1699
complet

Leonard Forster
Brussels 1965

Vol. 1 only


APELLES SYMBOLICUS

Auctore

R.P. JOANNE MICHAELE von der KETTEN.
Ord. SS. SALVATORIS Vulgo S. BIRGITTÆ.

Amſtelædami et Gedani
Apud JANSSONIO WAESBERGIOS.
1699





JOANNIS MICHAELIS
vonder KETTEN

Ord. SALV. vulgo S. BIRGITTÆ SACERDOTIS

APELLES SYMBOLICUS

EXHIBENS
SERIEM AMPLISSIMAM
SYMBOLORUM,
POETISQUE, ORATORIBUS AC VERBI DEI PRÆDICATORIBUS
CONCEPTUS
SUBMINISTRANS VARIOS.



AMSTELÆDAMI & GEDANI,

Apud JANSSONIO-WAESBERGIOS. 1699.

FACULTAS ORDINARII.

STANISLAUS IN LUBRANIEC DAMBSKI,

Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ,

EPISCOPUS ULADISLAVIENSIS ET POMERANIÆ.

EXhibitus nobis Liber, qui inſcribitur APELLES SYMBOLICUS duobus Tomulis expreſſus & comprehenſus, à R. P. JOANNE MICHAELE von der KETTEN *Ordinis Sanctiſſimi Salvatoris, vulgo Birgittæ concinnatus*, ab iis, quibus eum commiſimus Theologis, cum repertus ſit, nihil continere, Fidei Catholicæ, aut bonis moribus contrarium, licentiam facimus, per præſentes, ut per Typum publici juris fiat; In quorum fidem, præſentes, manu noſtrâ ſubſcriptas, ſigillo noſtro communiri juſſimus. Dabatur, in Reſidentiâ noſtra Iloviensi. Die 2 Auguſti 1697.

STANISLAUS DAMSKI. L. S.

Epiſcopus Uladiſlavienſis. m. p.

PRÆFATIO

AD

BENEVOLUM LECTOREM.

QVantum curioso huic, doctoque Sæculo, præ aliis quæ in lucem emissa vidit, arriserint Symbola, hic fusius enarrare non attinet, quando id in uno MVNDO SYMBOLICO PHILIPPI PICINELLI, duæ Italicæ, & quatuor Latinæ, intra annos non omnino 25. Editiones, abundè testatum faciunt. Eundem PICINELLVM, quod multa Symbola fugerent, quæ in Regno Galliæ adornata sunt, nec ultramontanis inferiora essent, æmulatus est *R. P. CLAVDIVS FRANCISCVS MENESTRERIVS E SOC. JESV, qui ea omnia in* Gallic*æ Nationis gloriam, multis extraneis admixtis, in PHILOSOPHIA SVA IMAGINVM,* Gallico *idiomate in lucem dedit, quæ deinde operâ Clarissimorum Fratrum Janssoniorum, Latinitati donata, eorundem Typis prodiit Amstelodami, Anno MDCXCV. Vtrumque Auctorem, quod appareat, pro maximâ parte Symbola, ab hominibus suæ Nationis excogitata, adfer-*

*re, verosimile sit, plurimos Germanos, ac Polonos, aliarumque Nationum De Re Symbolicâ Scriptores, non legisse; unde cogitatio subiit, exemplo ejusdem Menestrerii, idem tentare de Symbolis in Germaniâ aut Poloniâ vel alibi excogitatis, quod ille de Gallicis præstiterat, atque Litterario orbi, etiam communicare ea, quæ sive ex utriusque Gentis Auctoribus, ab utroque (ut videtur) nondum visis, sive ex publicis in Germaniâ & Poloniâ monumentis, in pugillares retuleram, sive ipse excogitaveram. In prioribus, fideliter eorum, qui ea invenerant, seu monumentorum, ex quibus desumta sunt, nomina adscribo; in posterioribus, quæ meæ inventionis sunt, * asteriscum addi à Typothetis præceperam, sed dum aliquot folia jam correcta, mihi transmittuntur Amstelodamo Varsaviam, ita negligenter in tantâ meâ à Typis distantiâ curatum id video, ut etiam iis Symbolis, quibus Auctorum nomina adscripseram, quæque nullo asterisco notaveram, quod dubius essem num alibi ea aut legissem aut vidissem, asteriscum solis meis deputatum, appositum videam: Quæ præcautio, specimen erit Benevolo Lectori, candoris mei, quam non intendam hic alieni laboris & gloriæ prædo*

esse

esse, & cum Æsopicâ Corniculâ alienis plumis ornari: Cui proinde Typothetarum errori, ut veniam Benevolus Lector in hac Editione det, nullumque ad asteriscos respectum habeat, eum humiliter rogatum velim. Isthæc ergo, de quibus dixi Symbola, hic tibi sisto Lector Benevole, cum eâ præcautione, quam in Præfatione suâ ad MUNDUM suum SYMBOLICUM adhibuit PICINELLUS, sive ejus Interpres R. D. AUGUSTINUS ERATH, ut mihi non succenseas, si in Libro III. De Corporibus Humanis, in VI. De Piscibus, in XII. & XIII. De Gemmis, & Metallis, non omnem rigoris Symbolici artem repereris observatam, tametsi enim in iis multa reperiantur corpora, quæ vel nimium peregrina, vel plus æquo obscura, in Emblematum Regulas delinquunt, nolebam illa tamen penitus exclusa; Unde sortis hujus Emblemata, in Libris illis, debebunt à Benigno Lectore accipi, ut similitudines duntaxat, quæ pro occasionum diversitate, possunt inservire discursui, non vero ut ingenii partus, ad illud pascendum accommodati. *Quanquam & hanc præcautionem, etiam ad paucula alia extra eosdem Libros extendi velim, in quibus Lectorem meum, magis curiosis inscriptionibus recreare volui,*

lui, quam exactè ad artis Regulas formatis Symbolis; in hoc etiam exemplum secutus ejusdem Picinelli, ingenue profitentis, non tantum Emblemata heroica (quæ rigorose solum Symbola dici possunt) sed etiam nescio quâ analogiâ, innumera Emblemata Moralia, in eodem suo MUNDO reperiri. *Nec ideo tamen iis Symbolorum nomen præfigere dubitavi, cum & acervus tritici dicendus is sit, in quo paucula hordei aut avenæ grana, intermixta videas. Quod Ordinem attinet, sequor eum, quem sibi in MUNDO suo SYMBOLICO præfixit, idem PICINELLUS, utpote accommodatissimum; quod Symbolorum delectum, non is mihi præ oculis fuit, ut esset Symbolorum tantum exquisitissimorum, quæque plurimum ingenii haberent, sed etiam mediocrium, apprimè sciens, APELLEM, nullam perfectam adeo, tabulam pinxisse, quin non in eadem cum luce umbras expresserit, & quod in Præfatione suâ ait MENESTRERIUS cum Symbolis rem se habere, ac cum cœlo*, in quo omnes stellæ non sunt primæ magnitudinis, dantur & nebulosæ, imo & perexiguæ, quæ sine conspiciliorum ope aspici nequeunt, quas tamen Eruditorum curiositas, haud latere sinit. *Quoniam autem PICINELLUS*

&

& MENESTRERIUS, præ aliis, collectionem generalem Symbolorum adornarunt, expreßè cavi, ne crambem eandem recoquerem, Symbolis eorundem, in hunc meum APELLEM translatis; sed nova omnia sisterem. Quod de MENESTRERIO tamen ita intelligas velim, quod ex PHILOSOPHIA IMAGINUM nil adsciverim, eam tamen mihi facultatem fecerim, circa alia ejus Symbola, in diversis ab eo editis Opusculis sparsim invenienda, & ad PHILOSOPHIAM IMAGINUM nondum translata; quanquam & præter intentionem me hic aliquando, licet rarius, impegisse videam, quod nonnulla Symbola, quæ alibi habebat PICINELLUS, inscius ea in PICINELLO esse, ad alium aliquando Titulum transtulerim; unum ad instar omnium exemplar accipe. In lemmate isto, SIBI CONSCIA RECTI, quod virgæ in aquâ recurvæ, ad Titulum LIGNUM, BACULUS, VIRGA. LIB. IX. DE ARBORIBUS inscripseram, quod post à PICINELLO Regulæ inscriptum legi LIBRO. XVII. Cujus tamen erroris veniam, vel ideo magis à Benevolo Lectore mihi polliceor, quod in PHILOSOPHIA IMAGINUM sub eodem sæpe Ti-

Titulo, idem per errorem Lemma replicatum videam. Cæteroquin de Lemmate ex utroque aliquando accepto, alteri tamen à me corpori applicato, id libenter fatebor, uti & , idem Lemma sæpius hoc in APELLE inveniendum, diversis Emblematum corporibus assignatum, quod tanto minus culpandum credam, quo plus elegantiæ ei rei inesse Symbolistæ judicant; quam enim absurdum in Philosophicis Pythagoræ dogma est, animam unam de uno in alterum corpus migrare, tam in Re Symbolicâ conveniens est ac venustum, idem Lemma, ceu animam, plura Symbolica corpora informare. Exemplum habes in Lemmate POST TENEBRAS SPERO LUCEM. Quod & velato Falconi, & vitro optico terendo obscurato, atque Laternæ versatili & obductæ, à me inscriptum invenies.

In quibus etiam Lemmatibus, magis ad Euphoniam quam Prosodiam respexi, ubi tamen commodum sese hemistichium obtulit, nec illud rejeci. Cuilibet Symbolo saltem unam brevem applicationem subjunxi, mores sæpius in Generali, homines vero in particulari nunquam (quod sanctè profiteor) carpendo, id autem ita raptim me fecisse nunc pœnitet, nullâ omnino styli habitâ ratione;

quam

quam ſocordiam meam, correctam videbit Benevolus Lector, ſi APELLEM hunc alterâ vice prælum ſubire contigerit, cujus rei nonnullam fiduciam mihi facere poterit, ingens illud Symbolorum Auctarium, quod Opere ſub prælo ſudante mihi obtigit, quoque ad novum Tomulum excreſcere poterit, in Editione alterâ. Quoad Typographicos errores contra Syntaxin & Ortographiam, veniam merebor, ex tantâ à typis diſtantiâ (ſcribo enim Varſaviæ) cum & abſque iiſdem, præſentibus etiam ad Typum ductoribus ipſis, nullus comparuerit hactenus liber. Porro ut eos errores, quos contra Heroici Symboli Regulas, hunc APELLEM commiſiſſe judicaverint doctiores, tanto facilius condonare valeant; non alienum eſſe hic duxi, paucis exponere, quanta circa eaſdem ſtatuendas, ſit Auctorum confuſio & diſcordia. Et quanquam ejus rei fidem, litterato orbi ſufficienter facere poſſit, Symboliſtarum Phœnix Illuſtriſſimus Areſius, Dertonenſis Epiſcopus, ſuper ſtatuendis Symbolorum Regulis, in eas lites & altercationes cum doctiſſimo Ferro Abbate devolutus, ut præter diverſos libros, quos alter contra alterum ediderat, ſe etiam Symbolis oppugnarent, prout latè diductum videbis, apud

Me-

Meneſtrerium in Judicio prævio de Symbolorum Auctoribus à pag. 24. ad 30. Placuit tamen judicio ſtare trium hac in arte doctiſſimorum virorum, è Societate Jeſu. Primus eſt R. P. Jacobus Maſenius, qui in SPECULO ſuo IMAGINUM Cap. 39. De Symbolis ita ſentit: Etenim quatuor hæc (*De Symbolis, Emblemate, Hieroglyphicis, atque Ænigmate loquitur*) ſuo quidem nomine jam dudum hac in arte recepta ſunt, ſed qui illa, ita intra ſe diſpertiatur, ut vel confuſa non ſint, vel omnia complectantur Imaginum publicarum genera, nemo à me repertus eſt hactenus; promiſcuus eorum uſus fuit, quæque alius Emblemata, alius aut Symbola dixit, aut Hieroglyphica, aut Ænigmata, Alciatus omnia exempla ſub Emblematis nomine propoſuit, Paradinus Symbolorum, Pierius Hieroglyphicorum titulo donavit: Omnes confuderunt omnia. Neque recentiores comperi, qui univerſim ex certis principiis ac fundamentis, hanc controverſiam ita definierint, ut niti quis tuto poſſit, & non alium alia conſectantem, nonnunquam etiam eundem ſibi adverſantem, invenerit. *Hactenus Maſenius.*

Alterum hujus rei arbitrum ſiſto R. P. Meneſtrerium, in Præfatione ſuâ ad PHILO-

LOSOPHIAM IMAGINUM ita loquentem. Tanta quippe inter illos ipsos intercedit opinionum discrepantia, qui se duces in hac arte nobis præbuêre, ut nil unquam veri ex illorum Regulis elicueris, nisi alio modo rem aggrediaris, eorumque multitudini ac auctoritati, quæ duo alias multum in judiciis fascinandis valent, rationem & examen acre opponas, quibus solis opiniones diversæ, ad prima rerum principia revocari possunt, & ad veritatis penetralia aditus facilis paratur; atque ea ipsa est ratio, quâ me eousque perduci passus sum, ut Operi judicium de ducentis fere Auctoribus, qui de Re Symbolicâ scripserunt, præfigerem: ex quo, quoniam eâ, quâ par erat fide, cujusvis opiniones recensui, facile judicabit æquus Lector, solidi nihil ab ipsis eâ in re esse præstitum, aliamque nobis necessario ineundam esse viam, ad veram Symbolorum artem eruendam.

Brevius rem tangit R. P. Petrus l'Abbe lib. 8. Suorum Elogiorum &c. In quibus Titulo Miscellanea *hoc de eadem Re fert judicium.* Appello Miscellanea, Inscriptiones, Emblemata, Symbola, Elogia: an autem rerum earum ars aliqua certa tradi possit, neque affirmo, neque nego; fortasse res tota ex ingenio magis, quam ex consilio, & magis

gis ab experientiâ pendet, quam certâ doctrinâ.

Plures, ejusdem mentis, in medium produci possent, sed sufficient tres hi, qui ob eximiam suam, in arte symbolicâ scientiam & experientiam, esse possunt loco, & ad instar omnium; quos eâ de causâ in medium adduxisse conduxerit, ut si non omnibus Symbolorum Regulis satisfecisse à quopiam hoc in APELLE *visus fuero, recordetur is, quam rem à me difficilem postulet, ejus artis Regulis, nondum neque satis clarè, neque satis unanimiter, à doctioribus determinatis.*

APEL-

APELLI SYMBOLICO

A. R. P. JOANNIS MICHAELIS VON DER KETTEN,

Ord. S. BIRGITTÆ Inſcriptum Lemma.

SYmbolico in cultu, veterem dum fingis Apellem,
Tu mihi verus eris, pictus at ille fuit.
Multi illi fuerant, Tibi nulli, cerno, colores,
Candida pro cunctis, mens ſatis una Tibi.
Candida mens ſatis eſt, tamen atra hâc ſepia venit
Livori ut deſit, ſcilicet iſte color.
Quam bene conveniunt, candor nigredine tinctus,
Icon formoſa eſt, ſit licet illa nigra.
Ut dixi repeto; poſt hac Tu verus Apelles:
Pingeris, & pingis, Pictor, Imago, ſimul.
Symbolico, quod Lemma tuo, ſcribemus Apelli?
Omnia pingentem, pingere quis poterit?

Amoris ergo, inſcribebat

ADAMUS DE LA MARS.

Soc. Jeſu. Metaphyſices in Gymnaſio Varſavienſi, Societatis ejuſdem, Profeſſor Ordinarius.

AD
APELLEM
SYMBOLICUM

A.R.P. JOANNIS MICHAELIS VON DER KETTEN,

Ord. S. BIRGITTÆ, æternitati pingentem,

CARMEN PANEGYRICUM.

QVid non caducum? quid lachrymabilis
Immune fati? Nil juvat anxio
Frenasse conatu, furentis
Invidiæ rabiem, vel acto
De nube frontis non miserantium
Vrsisse nimbo fœdera temporum!
Nil usque tutum! nil ferocis
Insidias, aciemque leti
Vnquam fefellit. Quæ modo candidis
Pæstana miscet prata coloribus,
Divos sera natura cultus,
Id aliis modo pulsa campis.
Inter rigentis flamina Circii,
Et virulenti jurgia turbinis,

Im-

Impunè contractum virentis
Prodigii rosa plangit ævum.
Sed nec perenni lubrica marmore
Delubra perstant! Invida temporis
Ærugo, jam Massylæ momordit
Rupis opus, rigidoque saxo
Postes Deorum rupit, & invias
Ferro columnas, rodere pertinax
Excussit, editasque turres,
Ausoniæ tumulavit arcis.
At tu, latentem Symbolica placet
Cui veritatem nube recondere,
Ne pervicacis signa leti
Funereis sociata pilis
Pavesce APELLES! *Pinge perennibus*
Quæcunque sors fert, æqua coloribus
Momenta rerum! pinge veri,
Pinge boni, faciem, malique.
Ultore fraudes pinge stylo, probæ
Et quidquid artis semina decoquit,
Vultusve funestat serenum
Ingenui, placidosque mores.
Æternitatis pronuba laus Tibi
Jam pone doctum pectus inambulat,
Jam fama colludit virenti
Fronde comas onerata, pulsis
Ut sortis atræ nubibus aureos
Maritet annos, quosque fugacibus

Curis perennaturos Apelles
Ille vetus sibi finxit, addat.
Nil nempe vulgi fontibus erutum,
Præterfluenti prolicitum aut vado
Quidquam propinas. Quod Camoenæ
Jam veteris redolet lacunas,
Priscâque natum stirpe repullulat,
Nil aucupari sollicitus vagæ
Curas laborantes Minervæ
Exuperas meliore venâ.
Seu literato navus in otio
Fœcunda veri sidera colligis,
Et tela cœlorum facesque
Aut placidi cava Regna Phœbi
Percurris audax, sive per aëra
Sublime vectus, nunc celeres Noti
Moraris ausus, nunc serenæ
Lucis opes, aviumque raras
Scrutaris artes: altior æthere
Polique flammis, non popularium
Cantanda venturo nepoti
Deproperas documenta rerum.
Pigras relapso seu relegis pede
Telluris oras; inde reconditas
Soli medullas, inde census
Alcinoï, triviæque lucos
Mensus Dianæ & Chloridis herbidos
Sinus, & alti cærula Nerei,

Hy-

Hyblæque rivos, Liberique
Illecebras, Cererisque culmos.
Proh! quam redundat lucis & ingenî
Cognatus astris fulgor, ad intima
Vibrare sese veritatis
Et facili penetrare lapsu
Arcana promptus! Figeret hic suam
O si maligni progenies soli
Tempore decusso pupillam
Dulce micans remearet atro
Ab ore virtus pulsa, nec horridis
Immixta latè crimina pallidam
Furente (prô pudor) Megæra
Succuterent faciem chelydris.
Tutum fluentem prodige sepiam
Argute APELLES! *hoc tibi flumine*
Semper secundos æviterna
Fama vehet, revehetque puros
Me vate soles. Ibis inhospiti
Per terga Ponti, trans Mareotidis
Theatra Nymphæ, trans calentis
Hesperiæ, & juga gratioso
Rumore vectus! quaque Hyperione
Satus rubentem tollit ab æquore
Rursusque demergit citato
Calce diem pelagi sub undas
Dicere magnus! Te sciet accola
Doctus Galesi, Te resonas canet

Projectus ad Gades, Erythne &
Eridani Tyberisque potor,
Et quisquis Arcto, sub gelida feros
Damnat triones, divite provehet
Laudis coronatæ phasello
Teque Tuæ & simulacra mentis.

Accinebat

SIGISMUNDUS KRUGER,

Soc. Jesu, Physicæ in Gymnasio Varsaviensi Societatis ejusdem Professor Ordinarius.

PLAU-

PLAUSUS AMICUS

APELLI

KETTIANO.

I Liber: & mundi ſtipatus, plauſibus Ortum
Occaſumque reple, ter grandia remige pennâ
Auctoris monumenta tui, Libanitide Cedro
Et tripode & vittis, digniſſima Symbola tolle
Qui mare, qui terras, immoto ſuſtinet axe,
Æthereumque polum, ſociali cardine verſat;
Qui rotat æternâ cœlum vertigine, totus
Clauditur hic orbis: Pennæ concede bipennis
Graïa, victrices hederas, Sacroque perennem
Pellæus juvenis, laurum concedat APELLI

Ingenio quantus MICHAEL, faſtiſque ſub aſtra
Tolleris auguſtis! ſeu cum cœleſtis APELLES
Sydera perluſtrat, Muſarum ſydus & ipſe,
Seu cum Cœlicolas cœlo ſcrutaris in alto,
Cognatumque ſequens ſydus, te quæris in aſtris,
Seu cum par Phœbo, gemino circumflua Ponto
Terrarum convexa notas, faſtiſque ſerenas
Æquato ſuperis ferit altos vertice cœlos.
Quid referam celſis vicinas nubibus arces
Dædaleæ portenta manus? queis docta perenne
Magni DE KETTEN nomen dat penna decuſque.
Talem priſca virum mundo ſi ſæcla tuliſſent,
Certaſſent omnes uno pro vertice Laurus,
Hinc capitis crinale decus, tum laurea linguæ
Hinc oris mentiſque ſimul, calamique coronæ
Influerent ſoli ſimul hunc & vitta Stagyræ
Et lemniſcatæ peterent ornare tiaræ.
I liber in mundum felix, procede ſecundis

Al-

Alitibus, Liber i doctissime, funde per orbem
Phœbe sacer, mentis Kettanæ lumina funde.
Te juvenum, te cana senum, te docta virorum,
Nocturnâ versare manu, versare diurnâ
Ætas incipiat, te sæcula sera revolvant.

Applaudebat

CHRISTOPHORUS EYNAROWIEZ,

Soc. Jesu, Logicæ in Gymnasio Varsaviensi Professor Ordinarius.

E I-

EIDEM

APELLI.

SYMBOLICUM merito, quæ Symbola ſcribis APELLEM,
Pingere te præter talia nemo poteſt.

Pangebat

BERNARDUS HOGIUS,


Sereniſſimo Saxoniæ Duci & Javarinenſi Epiſcopo à Secretis.

COR-

APELLIS SYMBOLICI

LIBER PRIMUS.

CORPORA COELESTIA.



CAPUT. I.

COELUM,

* I. *Coelum à Gigantibus impugnatum.*
NEC SIDERA PACEM SEMPER HABENT, *Claud.*
In Virorum sanctorum & doctorum persecutiones.

II. Coe-

* II. *Cœlum nunquam qui tum, ſed in motu ſemper.*

AGILES NOCTESQUE, DIESQUE.

In Principem vel quemcunque alium jugiter occupatum

* III. *Cœlum Stellas in alterum hemiſphærium motu ſuo verſans.*

ALIUM SUA SIDERA MITTIT IN ORBEM.

In ſocietatem Jeſu, Viros Doctiſſimos & ſanctiſſimos, in alterum orbem mittentem, pro infidelium converſione.

* IV. *Cœlo P. Maſenius inſcripſit.*

ARTIFICEM COMMENDAT OPUS.

Creator e cœlorum pulchritudine dignoſci poteſt.

* V. *Cœlum inter tot revolutiones & motus ſuos ſemper ſerenum.*

AUFERT REVOLUTIO NULLA SERENUM.

In animum inter varias calamitates ac Revolutiones, ſemper ſerenum ac quietum.

* VI. *Cœlum de nocte quot ſtellis, tot veluti oculis oculatum.*

CENTUM OCULI.

In vigilantiam Cæſarei Generalis Mareſchalci MONTECUCULI, ex cujus nominis programmate hoc Anagramma CENTUM OCULI reſultat. Aut ſi magis placeat.

CENTUM OCULI SUPERIS.

In Deum quem nil latet. Item in Principem, vel Miniſtrum perſpicacem.

* VII. *Cœlum de nocte Stellatum.*

CENTUMQUE OCULOS NOX OCCUPAT UNA. *Ovid. lib.* I. *Metam. Fab.* 19.

In mortem Generalis Montecuculi, cujus nominis Anagramma eſt *Centum oculi*, uti jam dictum eſt. Item in mortem Viri ſagacis & providi. Item in Remp. hæreticam, in nocte ſuæ hæreſis habentem multa lumina

mina virorum prudentum in generatione suâ.

* VIII. *Coeli omnes, à coeptis semel cursibus suis nunquam deflectentes.*

COEPTOS SERVANTIA CURSUS.

Ovid. lib. 2. Pont. Eleg. 7.

In virum constantem, in stadio virtutum nunquam deflectentem à cœptis bene cursibus.

* IX. *Cœli nullam in revolutionibus suis mutationem habentes.*

CONSUETAS SEMPER ITURA VIAS, *Ovid. ut supra.*

In idem.

* X. *Cœlum serenum & pulchrum.*

CREATOR PULCHRIOR.

Vel istud, quod Thesibus Coloniæ defensis apud P. P. Societatis inscriptum vidi.

IPSO FORMOSIOR AUCTOR.

In Deum, cujus pulchritudo ex creaturis sufficienter dignoscitur.

* XI. *Cœlum fulminans, obscuratum nubibus.*

CUM FERIT OBSCURUM.

In vindictam seu iracundiam, quâ multum fœdatur ac obscuratur animus noster.

* XII. *Cœlum post fulmina adhuc pluvium & moerens.*

ET ADHUC POST FULMINA MOERET.

In Ecclesiam Dei post inflicta censurarum fulmina, adhuc mœrentem de filiorum suorum pertinaciâ.

* XIII. *Cœlum in summo silentio vastissimos Planetarum orbes circumagens.*

ET MULTA ET MAGNA SILENTER.

In taciturnum Ministrum, multas regni curias sustinentem in summo silentio.

*. XIV. *Cœlum in orbiculari & sphæricâ suâ figurâ.*

ET NOSCITUR ÆTHER AB ORBE.

Cœli pulchritudo sufficienter ex pulchritudine hujus mundi dignoscitur.

* XV. *Cœlum quod intelligentiæ in raptu suo paret, & morem gerit.*

ET PARET IN RAPTU.

In S Mariam Magdalenam de Pazzis, quæ in extasibus ac raptibus suis, â superiore suâ compellata, mox parebat.

* XVI. *Coelum stellas, quæ in oriente humiles apparebant, ad Meridianum evehens.*

EXALTAVIT HUMILES. *Ex magnificat.*

In Dominum Deum, exaltantem humiles in hoc & altero mundo.

* XVII. *Cœlum ex sereno pluvium.*

EX HILARI, TRISTE DEINDE FUIT.

In tristitiam succedentem gaudiis in orbe. Item in desolationes justorum succedentes post longam conscientiæ serenitatem

* XVIII. *Cœlum de nocte stellatum.*

FACULAS MULTAS, MACULAM NULLAM.

In Ecclesiam Dei, *non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed gloriam, sanctam, & immaculatam.* Ephes. 5. cap. habentem autem multa Virorum sanctorum & doctorum lumina.

* XIX. *Diversa Cœlorum systemata Clavianum,* T*ychonicum,* C*opernicanum* &c.

FINGIT COELUM, SUA CUIQUE LIBIDO.

In diversos, ultimum suum finem constituentes in variis Creaturis.

* XX. *Cœlestis globus terrestri appositus.*

FORMOSIOR ILLE EST.

In decorem Cœli, mundi pulchritudinem longe excedentem.

* XXI. *Cœli septem Planetarum, quorum unus, cujuslibet cœlo deputatus.*

HIC

HIC INCOLA RARUS.

In paucitatem ſalvandorum.

* XXII. *Cœlum, quo ſpectandum tutelaris Angelus digito monſtrans, in Faſtis Gallicis Marianis inſcriptum habet.*

HIC DOMUS, HIC PATRIA EST.

In exilium hujus mundi.

* XXIII. *Cœlum partim ſerenum, partim nubibus obductum, aut pluvium.*

HINC RIDET, HINC PLANGIT.

In futuram lætitiam, & fictam pœnitentiam.

* XXIV. *Cœlum pluvium, eos vapores quos è terra hauſit copioſâ pluviâ eidem remittens.*

HI PLANCTUS AB ORBE.

In peccata noſtra, quæ cauſa ſunt punitionum divinarum.

* XXV. *Cœlum ſtellas quæ in altitudine Meridiani erant, ad occidentem deprimens, eas vero, quæ in Oriente Horizonti admodum vicinæ apparebant, ad Meridianum elevans.*

HUNC HUMILIAT, ET HUNC EXALTAT.

In D. Deum, quos vult exaltantem & humiliantem.

* XXVI. *Cœlum per integrum ſæpe diem ſe ad fulmina tardiſſime diſponens.*

IN FULMINA TARDUM.

In tardam Dei vindictam, quâ peccatorum converſionem exſpectat.

* XXVII. *Cœlum ſemper in raptu ſuo exiſtens.*

IN RAPTU SEMPER.

In frequentes raptus & extaſes, S. Brigittæ & S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis.

* XXVIII. *Cœlum in conſtellationes ſuas non conſuetas, ſed meras ſanctorum effigies, à novo auctore diſtinctum.*

IN SPLENDORIBUS SANCTORUM. *Pſal.* 109.

In gloriam & ſplendores ſanctorum, quibus fulgent, velut ſtellæ; in perpetuas æternitates. Dan. 12.

* XXIX. *Cœlum in constellationes suas disperditum, quæ constellationes, leonis sagittarii & similium monstrorum è stellis formantur.*

IST HÆC MIHI MONSTRA, PER ASTRA.

Vox hæc est Ecclesiæ vel Religionis cujuslibet suas Hæreses vel nævos passæ a Viris doctissimis sæpe.

* XXX. *Cœlum in solo axis sui puncto quietum.*

IN UNO QUIES vel REQUIESCIT IN UNO.

In Requiem æternam sanctorum in cœlo, quæ est in uno, ac solo Deo.

* XXXI. *Cœlum fulminans simul & pluvium.*

LACHRYMATUR ET ARDET.

In lachrymas pœnitentiæ, expressas à vero amore Dei supra omnia dilecti.

* XXXII. *Cœlum ab intelligentia seu mente sua circumactum.*

MENS IMMOTA TAMEN.

In Virum constantem, immotâ semper mente, inter varias fortunæ revolutiones.

* XXXIII. *Cœli planetarum eo semper minores in peripheria suâ evadent, quo propius orbi appropinquant.*

MINUS QUOD PROPIUS ORBI.

Quo rebus mundanis propiores sumus, eo remotiores sumus à Deo.

* XXXIV. *Cœli Planetarum omnes diversis motibus circumacti.*

MOTUS NON OMNIBUS IDEM.


In gratiam actualem quâ hic aliter movetur ac ille.

* XXXV. *Cœlum quod ex aqua initium suum habuit, demum in fine mundi igne conflagrationis periturum.*

NATALIBUS EXITUS IMPAR.

In eum qui bona initia corrumpit obscœni amoris ignibus, aut eum qui degenerat à familiâ nobili.

XXXVI.



* XXXVI. *Cœlum in continuo ſuo raptu non intermittens influere in hæc inferiora.*

NEC DESES IN PARTU.

In S. Brigittam & S Mariam Magdalenam de Pazzis quæ in continuis ſuis raptibus mentaliter orare, ac multos virtutum actus exercere, auditæ ſunt.

* XXXVII. *Cœlum nullis columnis ſuffultum.*

NEC QUO SUSTINEATUR HABET.

In virum nullo Patronorum, ſed ſolo virtutum ſuarum fulcro in aulâ ſuffultum.

XXXVIII.

* XXXVIII. *Cœlum ſtellatum, quot ſtellis tot oculis ardens.*

QVOT OCVLIS, TOT IGNES.

Amorem beatificum ſanctorum in cœlo, viſionem claram Dei ſubſequentem, ſic exprimens.

* XXXIX. *Cœleſtis globus terreſtri conjunctus.*

NON BENE CONVENIUNT.

In eam differentiam, quæ eſt inter cœleſtia & mundana.

* XL. *Cœlum ſupra ſemper ſerenum.*

NULLÆ HIC SUNT LACHRYMÆ.

In Cœlo non erit *clamor neque luctus neque dolor* ex Apocalipſi.

* XLI. *Cœlum ſupra ſerenum & quietum.*

NULLI HIC SUNT TURBINES.

In ſempiternam quietem ſanctorum in Cœlo.

* XLII. *Cœlum ſuas ſtellas volvens.*

NULLI SVA SIDERA SEMPER.

Nulli perpetuo conceduntur hoc in mundo conſolationes divinæ. Item nulli perpetua felicitas, ſed multis ſæpe calamitatibus interrupta.

* XLIII. *Coelum cum viâ lacteâ.*

NULLUS LABYRINTHUS OLIMPO EST.

In D. Deum, nos nunquam fallentem, Item in via cœli, quæ quærentibus illam facilis eſt inveniri.

* XLIV. *Coelum de die ſole, de nocte Luna & Stellis illuſtratum.*

OBSCURI NIL HABET ILLA DOMVS.

In decorem cœli, quod nil maculati habet. Item in familiam nobilem, omnes numerantem Viros doctos, militares, aulicos, miniſtros &c.

* XLV. *Coeli inferiores, ambitu primi mobilis, omnes comprehenſi.*

OM-

OMNES AMBIMUR AB UNO.

In D. Deum qui amorem Creaturarum ambiens, in deliciis computat esse cum filiis Hominum.

* XLVI. *Coelum primum, omnia vertens.*

OMNIA VERSAT.

In D. Deum versantem in hoc mundo omnia ad suum divinum beneplacitum. Item in Virum omnia ponderantem.

* XLVII. *Coelum palam omnia versans.*

PALAM OMNIA.

In quendam nil occulte, sed palam omnia sua peragentem.

* XLVIII. *Coelum de nocte partim stellatum, partim nubibus obductum.*

PARTE TAMEN VIGILAT.

In quendam, inter alias curas sæculares quibus animum ejus obscurari necesse est, tamen adhuc Vigilem circa animæ suæ salutem.

* XLIX. *Coelum vastissimos orbes Planetarum de nocte & de die versans.*

PER NOCTEM VERSAT PLURIMA, PERQUE DIEM.

In nocturnam & diurnam Religiosarum meditationem.

* L. *Coelum eas stellas, quæ à polis altius sunt elevatæ, & æquinoctiali vicinæ, majori circulo circumagens, quam eas quæ depressiores ad polos sunt.*

PLUS VOLVIT ELATOS.

In D. Deum, hoc in mundo sæpe plus exagitantem superbos, quam humiles.

* LI. *Coelum populo Israëlitico omnibus aliis alimentis in deserto destituto, manna depluens.*

PROVIDUS ÆTHER. *Claudianus.*

In eam providentiam quâ D. Deus suos in hoc mundo sustentat.

LII.

* LII. *Cœlum ſtellatum adeo puros ſtellarum ignes habens, ut Philoſophi à noſtro elementari igne eoſdem ſpecie differre putent.*

PURIS FLAGRAT IGNIBUS ÆTHER.

In puros ſanctorum amores in cœlo.

* LIII. *Coelum primum, alios ſibi vicinos & remotos coelos verſans.*

QUÆ PROPE SUNT VERSAT PLURIMA, QVÆQVE PROCVL.

In Virum providum, ponderantem etiam ea, quæ adhuc longe diſtare videntur.

* LIV. *Cœlum tot oculis quot ſtellis oculatur.*

QVAM MVLTI QVAM PERSPICACES OMNES.

In perſpicaciam divinam. Item in Retorſionem ſcommatis cujuſdam, quo exprimendæ Cæſareorum Generalium multitudini & ſomnolentiæ, expreſſa à Gallis fuerat Cauda pavonica, cum ſuis oculis, iſto cum lemmate.

QVAM MVLTI, QVAM COECI OMNES.

* LV. *Cœlum tanto à nobis ſpatio remotum.*

QVAM PROCVL HÆC REGIO EST? *Ovid. l. 3. de Pont.*

In eam diſtantiam quâ vitâ & moribus noſtris à merendo cœlo adhuc abſumus.

* LVI. *Cœlum fulminans, eum quem ferit aerem ſimul expurgans.*

QVEM FERIT, EXPVRGAT.

In D. Deum, per eas quas nobis immittit calamitates, ſimul expurgantem noſtra peccata.

* LVII. *Cœlum diu ante fulmina quietum.*

QVIETVM, ANTEQVAM FERIAT.

In D. Deum, in ſumma quiete, ante pœnas quas nobis immittit, exſpectantem peccatorum converſionem.

LVIII.

* LVIII. *Primum mobile, reliquos quos secum rapit coelos, ab horizonte ad meridianum evehens.*

QUI ME RAPIT, EVENIT IDEM.

In mortem, quâ justi rapiuntur ex hoc orbe, & ad cœlestia gaudia evehuntur.

* LIX. *Primum mobile reliquos quos rapit cœlos, circumferentiâ suâ ambiens.*

QUOS RAPIT HOS AMBIT.

In D. Deum, eos quos morte hac è vitâ rapit, ambientem ad æterna præmia. Item in D. Deum, eos diligentem, quibus donum raptuum, & dona extatica largitur.

* LX. *Cœli inferiores, raptu primi mobilis circumacti.*

RAPIAT, DVM VERTAT.

Rapiat nos mors, dum in melius nos vertat.

* LXI. *Cœlum eos quos è terra habuit vapores per pluviam, in terram remittens.*

REDDIT IN AUCTOREM LACHRYMAS.

In eum, qui lachrymas pœnitentia sibi a D Deo immissas, D. Deo reddit peccatis suis deplorandis.

* LXII. *Idem.*

REDDIT SUA MUNERA TERRÆ.

In bonitatem D. Dei, remunerantem centies sibi oblata.

* LXIII. *Coelum continuo orbe versum.*

ÆTERNO VERTITVR ORBE.

In continuam creaturarum omnium revolutionem, è cœlo eis obvenientem.

* LXIV. *Coelum sæpe minitans fulmina, raro ea emittens.*

SÆPE MINATUR RARO FERIT.

In superiorem solis minis coercentem suos subditos.

* LXV. *Coelum Lunam nocturnam in alterum hemisphoerium ubi dies est vertens.*

CLARAMQVE REDEGIT IN VMBRAS.

In

In Invictissimum Imperatorem Leopoldum, qui ultimis bellis contra Turciam susceptis, in umbras Lunam Turcicam dimisit, ejusdem potentiâ multum imminutâ.

* LXVI *Cœlum suas stellas versans.*

SUA LUMINA VOLVIT.

In hominem memoriâ volventem gratias sibi à Deo datas.

* LXVII. *Cœlum sæpius nubibus, & alternis vicibus nocte funestatum.*

SUB NUBE, AUT NOCTE.

In humanam felicitatem, sæpius calamitatibus interpolatam.

* LXVIII. *Cœlum cujus circuli in suos gradus distributi ab Astronomis.*

SUNT GRADUS OLYMPO.

In hierachiam sanctorum in cœlo.

* LXIX. *Coelum cum viâ lacteâ quam Poetæ fabulantur ortam, exsuctis ab Hercule Junonis uberibus*

SUNT UBERA COELO.

In maternam curam quâ nos fovet *Jerusalem cœlestis quæ est mater nostra.* Gal. 4.

* LXX. *Coelum à prima sui creatione jam ætatem fere 6000. annorum numerans.*

TACITISQUE SENESCIMUS ANNIS.

In senectutem tacite adrepentem cuique etiam optimo.

* LXXI. *Cœlum à nubibus tectum, cum ad pluvias se disponit.*

TEGITUR, DUM PRÆPARAT IMBRES.

In exercitia spiritualia, quorum solitudine optimè disponimur ad lachrymas pœnitentiæ.

* LXXII. *Cœlum cum constellationibus suis ab Astronomis excogitatis.*

TELLUS HÆC MONSTRA MIHI AFFINXIT.

In sanctissimos sæpe homines, variis calumniis à mundanis impetitos.

LXXIII.

* LXXIII. *Primum mobile suo motu coelos alios inferiores rapiens.*

UNIUS MOTUS ALTERIUS RAPTUS.

In eum qui gratiis suis actualibus à Deo sibi immissis, alios rapit ad Deum.

* LXXIV. *Coelum non tantum motu primi mobilis, ac naturali, & sibi proprio motu sed alio insuper ex polis, quem* (Trepidationis *Astrologi vocant) commotum.*

UNDIQUE MOTUS.

In Rempublicam, vel conscientiam undique commotam.

* LXXV. *Coelum undique spectabile*

UNDIQUE SPECTATUR.

Deus ex omnibus creaturis relucet.

* LXXVI. *Coelum à Primâ sui creatione usque modo circumvolutum.*

VOLVITUR ADHUC.

In Rempublicam vel conscientiam adhuc commotam.

* LXXVII. *Coelum serenum.*

VOLVITUR ET RIDET.

In animum inter calamitates semper hilarem.

*LXXVIII. UT FERIAT ARDET.

In Zelosum concionatorem ferientem pectora suorum auditorum & pœnitentiam.

* LXXIX. *Cœlum omnia ambiens.*

UT FOVEAT AMBIT.

In ambientem dignitatis, ut occasionem habeat per eas proximo benefaciendi.

* LXXX *Coelum fulminans.*

VERSATUR ET ARDET.

In quendam cui in variis calamitatibus constituto, nil inde decedit de ardente amore in Dominum Deum.

* LXXXI. *Coelum quod vertigine sui noctem sibi inducit.*

DE

DE MEA VERTIGINE MEA NOX.

In ſcrupuloſum quendam, cujus conſcientiæ magnam noctem inducunt, continua dubia, ac ſcrupuli.

* LXXXII. *Coelum quod dimidia ſui parte hemiſphoerio noſtro ſeſe offert conſpiciendum.*

NEMINI TOTUM.

In politicum, qui internos animi ſui ſenſus, omnes nemini revelat.

* LXXXIII. *Coelum ſerenum.*

VOLVITUR ET SPLENDET.

In eum, qui variis infortuniis ac calamitatibus circumactus, illuſtrior factus eſt.

* LXXXIV. *Coelum ſtellatum, quod conſtellationes ſuas, inter quæ monſtra aliquot ſunt verſat.*

VERSAT SUA MONSTRA.

In eum qui mente revolvit ſua peccata mortalia.

* LXXXV. *Coelum ſerenum de die eas quas verſat ſtellas abſcondens,*

QUOS VERSAT ABSCONDIT.

In meditabunduum, & occultantem ſuos conceptus.

* LXXXVI. *Coelum vertigine ſuâ noctem & cum ea quietem orbi reddens.*

FERET HÆC VERTIGO QUIETEM.

In eum qui poſt diverſos ſcrupulos, ſerenitas & conſcientiæ quies adfertur. Item in eum, qui per multas inquietudines, hac in vita toleratas, requies æterna diſponitur in cœlis.

* LXXXVII. *Coelum, quod dum ſtellas verſat, ſimul etiam verſatur.*

VERSAT, VERSATUR AT IPSUM.

In aliquem, qui dum alterum exagitat, ſimul & ipſe exagitatur.

* LXXXVIII. *Coelum cum lemmate.*

QUO MAJUS NIHIL, MELIUSVE TERRIS.

In

In æternam beatitudinem, quâ nil majus, nil melius.

* LXXXIX. *Coelum dimidiâ suâ parte conspectum.*

ORBI SE DIVIDIT ÆTHER.

Providentia Domini Dei nostro & alteri orbi prospicit.

* XC. *Coelum stellarum fixarum, quo Coelum Sanctorum superius est.*

ALTIUS IRE DATUR.

In summam Sanctorum beatitudinem in Cœlis, quam Christi Dei hominis, & B: Virginis gloria longè transcendit.

* XCI. *Coelum sive cum sole sive cum stellis semper existens.*

SINE SIDERE NUNQUAM.

Homo nunquam est sine sufficiente gratià.

* *XCII. Coelum diurnum, constellationes quæ supra nostrum hemisphoerium erant, in alterum ubi nox, est vertens.*

SVA MONSTRA REDEGIT IN VMBRAS.

In D. Deum peccatores mittentem in umbram mortis sempiternæ, & tenebras exteriores.

* XCIII. *Coelum stellas diurnas vertens in alterum hoemisphoerium ubi nox est.*

SVA SIDERA MITTIT IN VMBRAS.

In Hominem gratias suas actuales negligentem.

* XCIV. *Coelum quod semper sub die aut nocte sit, Lemma habebit.*

SVB DIE, AVT NOCTE.

In Hominem, qui vel est constitutus in pleno gratiæ die, aut nocte peccatorum nullo alio statu intermedio.

* XCV. *Coelum hyemale ac rigens, semper Serenum.*

RIGORE SERENVM. *vel*

RIGET VSQVE SERENUM.

Conscientiæ in se rigidæ, semper interna quies est, & serenitas.

XCVI.

* XCVI. *Coelum etiam de nocte serenum.*

NOX NULLA SERENUM IMPEDIT.

In eum cui in media adversitatis & tribulationis nocte, semper serenitas conscientiæ manet.

* XCVII. *Cœlum monstra suarum constellationum vertens ad occasum, Poetis fabulantibus, ibidem astra mergi.*

MERGIT SUA MONSTRA PROFUNDO.

In pœnitentem animam monstra suorum mortalium peccatorum mergentem in amarum mare lachrymarum veræ contritionis, & profundum abissum misericordiæ & passionis Dominicæ.

* XCVIII. *Coelum stellas & solem in occasu fabulantibus Poetis mersum orbi in ortu motu suo reddens.*

MERSOS ORBI REDDO.

In S. Brigittam, aliosque Sanctos, qui naufragos multos, à naufragii periculo liberarunt.

* XCIX. *Cœli septem planetarum, ac stellarum fixarum atque primum mobile novem numero, diversis motibus circumacti, & diversa huic orbi nostro officia facientes.*

SED NON LABOR OMNIBUS IDEM.

In novem choros Angelorum, quorum quilibet diversa sibi a Deo munia commissa habet.

* C. *Cœlum ab Astrologo, tubo optico conspectum.*

NON PLUS VLTRA vel
HIC PLATO QVIESCERE JVBET.

Vltima omnium quies, & terminus, cœlestis beatitudo est, ultra quam nil appetere datur.

* CI. *Cœlum sidera sua mergens in Oceanum, & in ortu reddens.*

QUOS MERGO, REMITTO PROFVNDO.

Quos

Quos calamitates sæpe mergunt, remittunt ex profundo peccatorum suorum, saluti æternæ.

* CII. *Coelum stellas, quas deprimit, etiam levans.*

QUOS DEPRIMO, TOLLO.

Deus, quos in hoc mundo per calamitates deprimit, purgatos, elevat ad æterna gaudia.

* CIII. *Cœlum ab origine suâ absque omni macula creatum.*

AB ORIGINE MUNDUM.

In immaculatam conceptionem B. Virginis Mariæ.

* CIV. *Coelum quod ipsum Deum creatorem suum continet.*

CONTINET AUCTOREM vel QUI CREAVIT ME, REQUIEVIT IN TABERNACULO MEO.

In B. Virginem Mariam, gremio suo portantem creatorem suum Deum.

* CV. *Coelum à prima sui creatione mox circumvolutum.*

AB ORIGINE VOLVOR.

In eum qui a pueritià suâ calamitatibus & persecutionibus, mire fuit circumvolutus. Item in eum, qui inconstantis indolis jam tum a pueritia fuit.

* CVI. *Coelestis globus terrestri conjunctus & in polis suis volubiles.*

COELUM ET TERRA TRANSIBUNT.

In creaturarum omnium, corruptionem, & interitum eis imminentem.

* CVII. *Cœlum cum Lunâ orbi vacuâ.*

IN ME, VACUA NON FUIT.

In animam justam, lumina gratiarum actualium à Deo ei immissa non negligentem, sed curantem, ut ea impleantur in ipsâ per operis executionem.

* CVIII. *Coelis qui omnes aquis quæ super cœlos sunt, &*

ſphœrâ ignis elementaris verſus terram comprehenduntur. Lemma.

IGNES INTER VERSAMUR ET UNDAS.

In eum, qui inter ignes & aquas tribulationum diu agitatus fuit. In animas pœnitentes, quæ inter ignes & lachrymas veræ contritionis vitam ducunt.

* CIX. *Cœlum cui verſus terram ſphœra ignis elementaris ſemper vicina eſt. Lemma.*

SEMPER MIHI PROXIMUS ARDET UCALEGON.

In quotidiana pericula animæ in quibus verſatur ob vicinum ſibi corpus.

* CX. *Cœli, inter ſphœram ignis & aquarum quæ ſuper cœlos ſunt in motu ſuo quotidiano tranſeuntes.*

TRANSIVIMUS PER IGNEM ET AQUAM.

In eum, cui quotidie aquæ & ignes tribulationum tranſeundæ ſunt.

* CXI. *Cœlum de nocte ſtellatum inter tot ſtellarum ignes tamen non ardens.*

IGNES TOT INTER HAUD ARDET.

In eum qui inter plurimas occaſiones venereas caſtus tamen permanet.

* CXII. *Cœlum nocturnum hyemale ſtellatum.*

INTER TOT LUMINA FRIGET.

In eum qui pluribus gratiis actualibus ſibi à Deo immiſſis,, haud tamen inflammatur ſed frigidus totus perſeverat.

* CXIII. *Cœli cum motu aliquo quem Aſtrologi trepidationis vocant, ſemper conſtituti.*

SEMPER TREPIDI.

In continuos juſtorum timores, qui feruntur ne Deum offendant.

* CXIV. *Cœlum cum eodem motu ſuo trepidationis.*

CUM

CUM MOVEOR TREPIDO.

In gratias actuales à Deo nobis immissas, quibus concitamur ad timorem Dei, ejusque investigabilia judicia, & horrendas pœnas peccatoribus infligendas.

* CXV. *Cœlum cum variorum monstrorum constellationibus.*

HONOR EST, NON HORROR AB ISTIS.

In peccata per pœnitentiam diluta.

* CXVI. *Coelorum Machina in intimo velut centro sui, orbem comprehensum habens.*

INTIMUS ORBIS.

In amores eos, quibus in creaturas suas fertur earum Creator Deus.

* CXVII. *Cœlum cum quinque Zonis exhibitum, cum Lemmate.*

QUINQUE TENENT COELUM.

In quinque vulnera Christi Domini, modo in cœlis gloriosa, quæ ostendendo Patri interpellat pro nobis.

Ecce cicatrices manuumque pedumque cruentas ut superis plagis, constet adesse plagas.

* CXVIII. *Cœlum quod amplissimum in circuitu suo est, Deique domicilium*

MAGNA ÆDES, ET HOSPES.

In amplitudinem Cœli, de quâ Baruch cap. 3. *O Israel quam magna est domus Dei* etiam convenientem tanto hospiti qui immensus in se est, Deus.

CAPUT II.

LUX RADIUS UMBRA.

* CXIX. *Radius a sole derivatus.*

CLARI PATRIS PRÆCLARA PROPAGO.

In filium virtutibus inclyti Patris nobilem.

* CXX. *Collegium Coloniense Soc. Jes. tres viatores in sole expressit ab umbrâ suâ comitatos in promotione trium doctorum.*

COMITABITUR UMBRA.

In humilitatem, quæ viros doctos comitetur necesse est.

* CXXI. *Homo expansis brachiis ab umbrâ suâ in formam crucis expansâ comitatus.*

CRUX SUA CUIQUE COMES.

Quocunque nos convertamus cruces nostras comites experiemur. Simile quid leges apud P. Engelgrave in Festo Inventionis S. Crucis.

* CXXII. *Umbræ quæ modo præit modo sequitur inscribes.*

ET PRÆIT, ET SEQUITUR.

In vanam gloriam, opera nostra bona præcurrentem sæpe & subsequentem.

* CXXIII. *Radius refractus, plus lucis & ardoris habens.*

FRACTUS PLUS SPLENDET ET ARDET.

In Virum calamitatibus quidem fractum, sed inde excitatum ad amandum plus Deum.

* CXXIV. *Radius refractione remissus in corpus luminosum à quo formatus erat.*

FRACTUS, REDDITUR AUCTORI.

In S. Ignatium Loiolam, cui tibia in expugnatione Pampilonensi fracta, fortuita occasio fuit conversionis.

* CXXV. *Radius solis.*

FULGENS, LIBER, AGILIS. *ex Hymn.* Hom. *Dei creatura &c.*

In dotem claritatis & agilitatis.

* CXXVI. *Rhetores Antverpienses Soc. Jesu* in typo suo mundi

mundi, *radium ſolis exhibuerunt, per minimum foramen incidentem in obſcurum cubiculum, in quo in virgineâ chartâ exhibebat ſpectantibus, omnia objecta foris exiſtentia, cum lemmate.*

HIC ORITUR TENEBRIS SPLENDOR.

In veros honores, ortum habentes ex tenebris humilitatis.

* CXXVII. *Idem radius, omnia quæ exhibet inverſa ſiſtens, homines in capite &c.*

HOMINUM SIC SÆPE LABORES.

In inverſos Hominum labores hoc in mundo.

* CXXVIII. *Umbra.*

HIC SECURA QUIES.

Securiſſima quies ſub umbrâ crucis & humilitatis eſt.

* CXXIX. *Radius objectum in quod incidit illuſtrans, non abſumens ut ignis.*

ILLUSTRAT, NON DEVORAT.

In calamitates, quibus non abſumimur ſed potius illuſtramur.

* CXXX. *Umbra imitans geſtus ejus corporis a quo projicitur.*

IMITABITUR UMBRA.

In hypocritam.

* CXXXI. *Radius recta ducens oculorum aciem in auctorem à quo emittitur.*

INDICAT AUCTOREM.

In creaturas omnes, quæ nos in notitiam Creatoris ducunt.

* CXXXII. *Radius circumquaque à corpore à quo formatur in orbem ſparſus.*

IN ORBEM SPARGITUR.

In fidem Catholicam, à Deo per Apoſtolos circumquaque diffuſam.

* CXXXIII. *Radius momento evanescens.*

MOMENTO PERIT.

In honores mundi mox evanescentes.

* CXXXIV. *Radius hærens corpori à quo emittitur.*

NESCIUS AVELLI.

In amorem firmum & constantem. Item in laudem & gloriam virtutibus semper hærentem.

* CXXXV. *P. Masenius umbræ inscripsit.*

NIHIL EST, TAMEN HÆRET UBIQUE.

In vanam gloriam, operum nostrorum individuam comitem.

* CXXXVI. *Ingentem umbram pusillus formans.*

NIL MAJOR AB ISTA.

In vanam gloriam, quâ coram Deo nil crescimus. Item in honores mundi, qui etiam nos coram Deo non augent.

* CXXXVII. *In promotione trium e Societate Jesu Doctorum, Collegium Coloniense Viros aliquot expressit, sub umbra cujusdam arboris sese reficientes.*

PASCENTUR IN UMBRA.

Omnes pascimur & ædificamur in humilitate Virorum Doctorum.

* CXXXVIII. *Radius ab objecto repercussus plus ideo fervens.*

PLUS FERVET AB OBICE.

Adversitates sæpe in nobis majorem fervorem in via virtutis, & amorem erga Deum excitant.

* CXXXIX. *Vir in mediâ luce ab umbra sua exterritus.*

SIC NOS CUM LUCE TIMEMUS.

In Virum doctum & simul scrupulosum.

* CXL. *Radius corpus suum luminosum â quo creatur subsequens.*

QUO

QUO PRÆIT, HIC SEQUITUR.

In filium prementem veſtigia ſui Patris.

* CXLI. *Radius illuſtrans corpus in quod incidit.*

QUOS FERIT ILLUSTRAT.

In D. Deum extollentem eos, quos calamitatibus ferit.

* CXLII. *Radius ſolaris ſuaviter conclave ingrediens.*

SUAVITER INGREDITUR.

In Spiritum Sanctum ſuaviſſime fœcundantem B. Virginem Mariam.

CAPUT III.

CREPUSCULUM MATUTINUM.

* CXLIII. *Crepuſculum matutinum Parens Auroræ.*

ADFERET AURORAM vel PARTURIO AURORAM.

In S. Annam Matrem B. V. Mariæ, quæ eſt orbis aurora.

* CXLIV. *Aurora quæ crepuſculi filia dici poteſt, aurora longè formoſior.*

FILIA PULCHRIOR.

In eandem S. Annam, cujus filia B. Virgo, eam longe ſanctitate excedit.

* CXLV. *Crepuſculum.*

NEX LUX NEC TENEBRÆ.

In Virum politicum ſimulatorem occultæ hæreſis.

* CXLVI. *Crepuſculum.*

NOCTEM LUX ELIMINAT.

In novam legem gratiæ.

* CXLVII. *Crepusculum solis orituri indicium.*

NOS HINC PRÆVIDIMUS ORTUM.

In aliquam indolem, non obscura signa magnorum succedentium profectuum præbentem.

CAPUT IV.

AURORA.

* CXLVIII. R. P. *Sebastianus a Matre Dei Carmelita in suis, quæ de B. Virgine edidit symbolis, auroram exhibet solem mox adducturam, cum Lemmate.*

ADDUCO PULCHRUM.

In B Virginem parientem speciosum præ filiis hominum.

* CXLIX. *Aurora quæ Virgineo habitu depingitur semper rubens.*

APTUS COLOR ILLE PUELLIS.

In Virginalem verecundiam.

* CL. *Aurora nunquam spectanda cœlo nubilo sed sereno semper.*

COELO TANTUM SPECTANDA SERENO.

In gratiam Dei, quæ datur solum propitio nobis Deo.

* CLI. *Aurora semper rubicunda cum solem parit.*

CUM RUBORE PARIT.

In B. Virginem exterritam ad Annuntiationem Angelicam; *quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco.*

* CLII. *Aurora (quæ in curru depingitur Virgo) cum sol est in signo Leonis.*

CUR-

CURRUM DOMINÆ SUBIERE LEONES.

In Principes Palatinos & Bavaros (quibus pro insigni Leo est :) facientes se servos B. Virg. per Marianum sodalitium.

* CLIII. *Aurora omnem suum decorem habet a sole, quem etiam soli iterum orienti communicat, unde ab aurora rubet.*

DECORI INVICEM.

In Christum & B. Virginem, quæ uti partu suo virgineo, Christo, ita & Christus ipsi, magno decoramento fuit.

* CLIV. *Aurora rubicunda, quæ sole oriente, decoloratur & omnem suam pulchritudinem deperdit.*

DECOLORAVIT ME SOL.

Vox ea Germaniæ est deplorantis, pristino suo decori multum decerptum fuisse continuis aliquot annorum bellis, quibus à Ludovico XIV. Galliarum Rege (cui pro symbolo sol est) afflicta fuit.

Querela item illa est, excellentis cujusdam Virginis, cui nonnulla macula affiĉta à quodam fuerat, cui pro insigni sol erat.

* CLV. *Aurora per quam orbi lucis exordia.*

DEDIT HÆC EXORDIA LUCIS.

In S. Elizabetham, Matrem St. Joannis Baptistæ, qui missus à Deo erat, ut testimonium perhiberet de lumine.

* CLVI. *Aurora quæ Virgo est semper rubens multa bona orbi cum sole adducit.*

DE VIRGINEO BONA MULTA RUBORE.

In laudem virginalis verecundiæ.

* CLVII. *Aurora quæ solem præit cum perit.*

ET PRÆIT ATQUE PERIT.

In Legem veterem, præeuntem novam.

* CLVIII. *Aurora ſolem in ſigno tauri enitens.*

ENIXA BOVIS STATIONE.

In B. Virginem, coram bove parientem in ſtabulo Bethlemitico Chriſtum Dominum.

* CLIX. *Aurora cujus rubor luce adveniente perit.*

ERIPITUR CUM LUCE PUDOR *Claud.*

Cum luce gratiæ, eripitur nobis pudor ruſticus in confeſſione. Item cum luce honorum ſæpe deſerimus verecundiam.

* CLX. *Aurora ſolem pariens.*

EX QUA MUNDO LUX EST ORTA &c.

Ave Regina:

In B. Virginem parientem Chriſtum Dominum.

* CLXI. *Aurora mox evaneſcens.*

FUGIT DUM FULGET.

In honores mundanos.

* CLXII. *Aurora in Geminis.*

GEMINOS ENIXA.

In matrem SS. Coſmæ & Damiani.

* CLXIII. *Aurora a ſole Rubens.*

HIC RUBOR A PROLE EST.

In quendam, qui filiæ ſuæ interventu in numerum purpuratorum patrum aſſumebatur.

* CLXIV. *Aurora diei prænuntia.*

HINC DIGNOSCE DIEM.

Ex pulchritudine B. Virginis dignoſci poteſt pulchritudo Chriſti.

* CLXV. *Aurora ſole oriente evaneſcens.*

HOC ORIENTE FUGOR.

In Legem Gratiæ, quâ ortâ Lex Vetus ceſſavit.

* CLXVI. *Aurora in ſigno Geminorum orbi gratiſſima.*

JUNCTA NITET GEMINIS.

In

In B. Virginem in ſinu habentem Chriſtum parvulum, & colludentem ei S. Joannem Baptiſtam etiam parvulum.

* CLXVII. *P. Maſenius auroræ inſcripſit.*

LUX NUNTIA LUCIS.

In S. Joannem Baptiſtam, qui miſſus erat à Deo ut teſtimonium perhiberet de lumine Joan. cap. 1.

* CLXVIII. *Primam ſpem diei adfert Phoſphorus, auroram præcedens alteram ſpem ipſa aurora.*

MAGNÆ SPES ALTERA LUCIS.

In B. Virginem proximam ſpem Chriſti venturi poſt S. Annam.

* CLXIX. *Aurora præeunte dies.*

ME PRÆEUNTE DIES.

Gratiis actualibus à Deo nobis immiſſis, orietur plenus dies gratiæ ſanctificantis in conſcientiis noſtris. Item ut mox infra.

* CLXX. *Aurora veniente die diſparens.*

ME PEREUNTE DIES.

Occiſo S. Joanne Baptiſtâ Præcurſore Domini, ſecuta eſt orbi plena dies naſcente Chriſto. In Legem Veterem.

* CLXXI. *Aurora ſemper ſpectanda in ortu.*

NESCIT OCCASUM.

In virtutem.

* CLXXII. *Aurora aliquando ſerenum diem promittens, non vero præſtans, à N. Bruck in Emblematibus inſcribitur.*

NON TUTUM FIDERE SEMPER.

In indolem magnæ ſpei, ſæpe exſpectationi noſtræ non reſpondentem.

* CLXXIII. *Aurora rubens, quæ inſtar Virginis pingitur, prævium habens Phoſphorum qui Planeta* Venus *eſt.*

NO-

NOSTRO PRÆIVERAT ILLA RUBORI.

Venus seu luxuria post se trahit pudorem.

* CLXXIV. *Aurora.*

NULLI CONSPECTA PIGRORUM.

In sapientiam & scientiam quæ vigilantia acquiritur.

* CLXXV. *Aurora sensim ac sensim nascens.*

NULLI VISA CITO.

In lentam felicitatem. Item in sanctitatem tardè consequendam.

* CLXXVI. *Aurora semper præstans solem quem promisit.*

NUNQUAM PROMISSA MORARI *Claud. de stil.*

In B. Virginem, quam in Litaniis salutamus *Virgo fidelis.*

* CLXXVII. *Aurora Mater solis.*

ORBIS AMOREM GENUI.

In B. Virginem parientem Christum qui est amor noster.

* CLXXVIII. *Aurora conjuncta signo Virginis.*

PAR COMPARE GAUDET.

In Societatem castam virginalem. In B. Virginem amantem castas virgines vel Christum Dominum qui & ipse virgo est & *pergit inter lilia septus choreis* virginum ex hymno Eccl.

* CLXXIX. *Collegium Colon. S. J. Auroram in signo leonis expressit.*

PLACET ASSOCIATA LEONI.

In magnam indolem Maximiliani Henrici Ducis Bavariæ (quorum insigne Leo est) postea Electoris Coloniensis, quam juvenis præ se ferebat.

* CLXXX. *Aurora solem parturiens, & vicissim omnem splendorem à sole habens.*

PRO-

PROLE SUA SPLENDET.

In B. Virginem ſplendorem ſuum habentem a Chriſto.

* CLXXXI. *Aurora in ſpeculo ſe depingens.*

PROPRIO DEPICTA COLORE.

In virum aliquem cujus virtutes ex editis operibus cognoſcuntur. R. P. Godefrido Henſchenio Hiſtoriographo ſanctorum æri inciſo, hoc diſtichon appoſuit ejus ſucceſſor amiciſſimus meus P. Daniel Papebrochius.

Sic deditHenſchenium Pictor, ſe pulchrius ipſe;
Pinxit, ſanctorum quo dedit acta ſtylo.

* CLXXXII. *Aurora ad exortum ſuum ſtellas omnes extinguens, viciſſim â ſole oriente extinguitur.*

QUÆ FECI, PAR FUIT ILLA PATI.

Æquitas eſt pati quæ alteri feceris.

* CLXXXIII. *Aurora abſque alterius concurſu quam ejus quem parturit ſolis, ſolem enixa.*

QUÆ SOLA VIRGO PARTURIT.

In B. Virginem, Deum parturientem abſque alterius quam ſolius Dei concurſu.

* CLXXXIV. *Sol auroram generans, & eandem extinguens.*

QUI ME PARIT, ENECAT IDEM.

In confeſſarium, ſollicitantem ad turpia.

* CLXXXV. *Aurora cum luce referens labores.*

REFERET CUM LUCE LABORES.

In honores, qui cum luce dignitatum etiam labores adducunt.

* CLXXXVI. *Aurora poſt noctem ſolem adducens.*

REVEHET POST NUBILA PHOEBUM.

In gratiam Dei poſt multam ſcrupulorum noctem revehentem plenam diem conſcientiæ.

* CLXXXVII. *Aurora tota roſea.*

RO-

ROSEA CERVICE REFULSIT.

In Martyrem pro Deo decollatum.

* CLXXXVIII. *Aurora ut virgo, in ſigno geminorum rubea tota.*

RUBENT A VIRGINE FRATRES.

In pudorem convenientem ſexui maſculino, inter Virgines.

* CLXXXIX. *Aurora ſolis à quo generatur filia, ejuſdemque mater.*

SUÆ PROLIS MATER ET FILIA.

In B. Mariam Virginem.

* CXC. *Aurora ſemper à ſole rubens.*

SEMPER SOLE RUBENS. *Virg. Æneid.*

In S. Bernardinum Auctorem nominis Jeſu inſtar ſolis cum radiis depicti, ſumme verecundum. In B. Virginem, quæ memor dolorum, quos Chriſtus paſſus erat, fuit quaſi in continuo martyrio. Ex Revel. S. Brigittæ.

* CXCI. *Aurora muſis amica.*

STUDIIS AFFULGET AMICA.

In B. Virginem vel S. Catharinam M. ſtudiorum Patronam.

* CXCII. *Aurora cum ſole plenum diem faciens.*

TE CONSORTE DIES.

In gratiam ſanctificantem quæ plenum diem animæ infert.

* CXCIII. *Aurora ut virgo depicta in ſigno libræ exiſtens, juſtitiam cum librâ exhibet.*

TERRAS ASTRÆA REVISET.

In juſtitiam poſt bella orbi redeuntem.

CXCIV.

* CXCIV. *Aurora nullas omnino in exortu ſuo umbras habens.*

UMBRAS NESCIVIT IN ORTU.

In immaculatam conceptionem B. Virginis.

* CXCV. *Aurora ſub nubibus gratior à P. Engelgravo exhibetur in fronte ſui operis iſto cum lemmate.*

VOLET HÆC SUB NUBE VIDERI.

In Evangelicam Lucem latentem ſub nube parabolarum, ſimilitudinum &c.

* CXCVI. *Aurora.*

USQUE AD PERFECTAM DIEM.

In vitam ſanctorum conſummatam uſque ad plenam ſanctitatem.

CA-



CAPUT V.

SOL ORIENS.

* CXCVII. *Sol ſtellas extinguens in ortu ſuo.*

ALIORUM LAMPADES EXTINGUIT, UT SUAM ACCENDAT.

In indolem, quoscunque alios ſpernentem, quo ipſa ſola commendabilis videatur.

* CXCVIII. *Sol in ortu rubicundus apparens, cum minime talis ſit.*

ALIIS

ALIIS RUBEO NON MIHI.

In Regem vel Cardinalem, aliis non ſibi benefacientem.

* CXCIX. *Sol in ortu ſuo ſtellas extinguens.*

ALIOS EXTINGUIT ET ARDET.

In confeſſarium & concionatorem, declamantem contra vitium luxuriæ, qua ipſe maxime ardet.

* CC. *Sol ante ortum jam radiis ſuis illuminans montium apices.*

ANTE ORTUM NULLI APICES LATUERE.

Chriſtum jam conceptum, nondum natum, nil uti Deum latuit.

* CCI. *Sol oriens cum rubet, omnino ardere viſus.*

ARDET AB ORTU.

In Chriſtum Dominum à primo conceptionis ſuæ inſtanti, flagrantem amore humani generis. Item in B. Virginem offerentem ſeſe in ipſâ primævâ ætate Deo in templo.

* CCII. *Sol Boſphorum & lunam extinguens.*

CEDITE, PELLO DUOS.

Duo ultima verba Anagramma ſunt nominis Leopoldus. Iſto porro ſymbolo Leopold. Primum Rom. Imperatorem introduxit nonnemo alloquentem Imperatorem Turcarum, & Teckelium. Auctorem ſymboli fuiſſe lego Dominum quendam de Birken mihi ignotum.

* CCIII. *Sol oriens vapores e terrâ attrahens.*

COLLEGIT AB ORTU.

In Chriſtum Dominum, â primo Incarnationis ſuæ inſtanti, jam nobis plurima merita colligentem.

* CCIV. *Sol rubicundus in ortu.*

CUM RUBORE REDIT.

In Nuncium quendam Apoſtolicum, Romam reducem cum Cardinalitio galero; Item in peccatorem, cum verecundiâ redeuntem ad Deum in Sacramento Pœnitentiæ.

* CCV. *Sol in ortu & occasu ob ruborem quem habet ardere visus.*

CUM SURGIT ET OCCIDIT ARDET.

In vespertinam & matutinam meditationem ferventem, diversorum Religiosorum.

* CCVI. *Sol ortu suo, nebulas, vespertiliones & similia depellens.*

DUM FULSERO MOESTA RECEDUNT.

In gratiam Dei, in conscientiâ nostrâ dissipantem omne id quod triste est.

* CCVII. *Sol oriens fabulantibus Poëtis è mari emergens.*

EMERSIT AB UNDIS.

In animam peccatricem, beneficio lachrymarum emergentem ex abysso suorum peccatorum.

Item in Rempublicam, quæ beneficio navigationis marinæ crevit; qualis e Fœderatorum statuum Hollandiæ.

In Mercatorem divitem ex navigatione marinâ.

* CCVIII. *Sol cum summo decore oriens.*

JAM TUM SPECIOSUS IN ORTU.

In Christum natum jam speciosum præ filiis Hominum.

* CCIX. *Sol cum oritur & occidit, fabulantibus Poetis mare ingrediens & egrediens.*

ET SURGIT ET INTERIT UNDIS.

In peccatorem quendam præ vehementiâ doloris de peccatis suis mortuum.

* CCX. *Sol cum oritur, ex humili prope horizontem surgere visus.*

EX HUMILI SURGIT.

In Ministrum magnum exsurgentem ex humili parentelâ.

In eum Religiosum, qui profectum suum omnem habet, ex fundamento humilitatis.

CCXI.

* CCXI. *Sol oriens omnem ſuum ruborem & decorem ab aurorâ habens.*

GRATUS AB AURORA.

In indolem gratam a juventute.

In Chriſtum Dominum, gratum magis orbi quod a Virgine natus ſit.

* CCXII. *Sol oriens omnem ſuum ruborem ab aurorâ quæ mater ejus eſt, habens.*

HIC RUBOR A MATRE EST.

In verecundiam alicujus Virginis, educatæ à Matre ſuâ ad verecundiam.

* CCXIII. *Sol humilis admodum videtur cum horizonti vicinior naſcitur.*

HUMILIS CUM NASCITUR.

Chriſtus Dominus in nativitate ſuâ, mundum ſumme humilis ingreſſus eſt.

* CCXIV. *Sol tacite abſque omni ſtrepitu horizontem noſtrum ingrediens.*

INGREDITUR TACITUS.

In Chriſtum natum, *dum medium ſilentium tenerent omnia.*

* CCXV. *Sol oriens in gaudium orbis.*

IN PUBLICA GAUDIA SURGO.

Iu Chriſtum Dominum reſurgentem in communem Apoſtolorum & primitivæ Eccleſiæ lætitiam.

* CCXVI. *Sol maris balneo lotus, cum rubore oriens.*

ISTE POSTBALNEA RUBOR.

In certam Virginem, ex balneo cum rubore reducem, poſt ea perpetrata quæ Virginem non decebant.

* CCXVII. *Sol ordinaria nube tectus cum oritur.*

LATET CUM NASCITUR.

In Chriſtum occultè natum in Bethlehemitico ſtabulo.

Item in Chriſtum latentem in Ægypto.

* CCXVIII. *Oriens ſol luce ſua viam ſibi horizonti noſtro ſignans.*

LUCE VIAM SIGNAT.

In Chriſtum Dominum, viam ſibi facientem hoc in mundo per ſuum Præcurſorem S. Joannem Bapt. qui erat *candela ardens & lucens.*

* CCXIX. *Sol cum rubore oriens.*

LUX JUNCTA RUBORI.

In Sanctum aliquem Doctorem & Martyrem. In Reginaldum ord. noſtri priorem, & ſub Henrico VIII. Angliæ Rege Doctorem trium linguarum, ac pro Eccleſiæ primatu Martyrem.

* CCXX. *Sol mare egrediens.*

MAJOR REMEAVIT AB UNDIS.

In Generalem claſſis Belgicæ. In Rempublicam fœderatorum ſtatuum Belgii. In eum qui ab undis baptiſmi & pœnitentiæ coram Deo magnus eſt.

* CCXXI. *Sol in occaſu merſus in ortu è mari emergens.*

MERGOR ET EMERGO.

In eum, quem calamitates mergere videntur, iis tamen omnibus ſuperatis emergit.

* CCXXII. *Sol in ortu ſuo, cum prope horizontem conſiſtens humilis videtur etiam in mediâ æſtate omnino mitis eſt, minime adurens.*

MITIS CUM HUMILIS.

Humilitas fundamentum eſt manſuetudinis.

* CCXXIII. *Sol poſt occaſum multarum ſtellarum exoriens.*

MULTORUM OCCASU UNUS.

In quendam qui multorum aliorum ſuppreſſione enititur ad dignitates.

* CCXXIV. *Sol è mari egrediens, cum ſuis ut ante maculis.*

NEC

NEC PURIOR INDE.

In confeſſum ſacrilegè, ex lachrymis pœnitentiæ nil ablutum.

* CCXXV. *Sol parvo ſui globi ſegmento ſuper horizontem noſtrum prominens.*

NONDUM TOTUS.

In indolem prius dotes ſuas exſerentem.

* CCXXVI. *Sol oriens.*

NON SURREXIT MAJOR.

In S. Joannem Baptiſtam, quo *non ſurrexit major inter natos mulierum.*

* CCXXVII. *Sol oriens exiguâ ſui parte ſupra horizontem noſtrum proſpiciens.*

NOSTRO JAM PROSPICIT ORBI.

In Chriſtum natum, jam curantem ſalutem noſtram.

* CCXXVIII. *Sol oriens obſtantes paſſus nubes.*

OBSTANTES PASSUS AB ORTU.

In Chriſtum à Nativitate paſſum perſecutiones Herodis.

* CCXXIX. *Sol in ortu iam occaſum illuſtrans.*

OCCASUM ILLUSTRAT IN ORTU.

In S. Roſam Limanam, in regno Peruano ortam, ſanctitate autem totum noſtrum occidentalem orbem illuſtrantem.

* CCXXX. *Sol in ortu ſuo horizonti ſeu orbi noſtro propior apparens.*

ORBI NIL PROPIOR INDE.

In Virum qui inter continuas occupationes mundanas, nil tamen foecis mundanæ contrahit.

* CCXXXI. *Sol oriens a Perſis adoratur.*

ORIENS ADORATUR.

In Coadjutorem alicujus Archi-Epiſcopi & Electoris Germanici factum eſt, qui ab aulicis coli incipiebatur, neglecto vero Archi-Epiſcopo.

* CCXXXII. *Sol radiis ſuis in ortu luſtrans & deaurans apices montium.*

ORIENS QUOS LUSTRAT INAURAT.

In Principem in exordio ſui Principatus exſerentem liberalitatem ſuam in omnes quos viſitabat.

* CCXXXIII. *Sol cum in ortu ſuo horizonti noſtro humilis apparet, pulchrior eſt, ac in meridiano conſtitutus.*

PULCHRIOR IN HUMILI.

Omnes perſecutiones ac virtutes pulchriores ſunt, cum fundamento humilitatis.

* CCXXXIV. *Sol oriens nebulas diſcutiens.*

QUOS DEJICIT ORTUS.

In Chriſtum natum, nativitate ſua pellentem dæmonem ex Idolis, ipſo dæmone ſic ex idolo fatente.

Me puer Hæbreus divos Deus ipſe gubernans,
cedere ſede jubet; triſtemque redire ſub orcum.

* CCXXXV. *Sol oriens ſimul & rubens.*

RUBET CUM HUMILIS.

Humilitas ſemper adjunctam habet verecundiam.

* CCXXXVI. *Sol in ortu ſuo rubens.*

RUBET CUM NASCITUR ORBI.

In Chriſtum circumciſum.

* CCXXXVII. *Idem.*

RUBET CUM TOLLITUR ORBI.

In Chriſtum ſanguinolentem totum cum elevatus in crucem fuit.

Item in eum, qui in honoribus eſt verecundus.

* CCXXXIV. *Sol oriens ruborem ſuum ab Aurorâ matre ſuâ habens, quam ipſe tamen extinxit.*

RUBOR DE MATRE REPRESSA.

In Apoſtatam ab Eccleſiâ aut Religione, nunc pœnitentiâ ſuæ apoſtaſiæ ductum.

* CCXXXV. *Sol eodem fere modo quo oritur, etiam occidens.*

SIC

SIC SURGIT UT OCCIDIT ORBI.

In nos homines, qui nudi ingredimur & hunc orbem egredimur.

* CCXXXVI. *Sol prius apices montium illustrans.*

SUMMA PRIUS.

Deus primas gratias dat superioribus.

* CCXXXVII. *Sol post longas noctis tenebras oriens à Meisnero inscribitur.*

TANDEM LUX CLARA REFULGET.

In serenitatem, post longas tenebras conscientiæ redeuntem.

* CCXXXVIII. *Sol oriens tot stellas habens præeuntes.*

TOT PRÆEUNT UNI.

In Veteris Testamenti Prophetas, Christum annunciantes.

* CCXXXIX. *Sol oriens ab Andrea Meodzianowski* S. *Jesu inscriptus.*

TOTUS IN ORTU.

In sanctitatem B. Josaphat Martyris & Archi-Episcopi Polocensis, relucentem jam in ejus juventute.

* CCXL. *Sol oriens tuto spectatus.*

TUTUS SPECTATUR IN ORTU.

In Christum natum, ex fasciis constrictum nil timoris, sed multum amoris præse ferentem.

* CCXLI. *Sol oriens phosphorum seu Venerem Planetam ortu suo extinguens.*

VENEREM SUPPRESSIT AB ORTU.

In castam indolem S. Catharinæ Wadtzstenensis filiæ S. Birgitiæ, quæ lac mulierum earum quæ castæ non erant, aversabatur.

* CCXLII. *Sol oriens, ut iterum occidat.*

UT DEPRIMAR EVEHOR ORBI.

In eum qui elevatur ad modicum, ut postmodum ex iis, quos elevatus est honoribus, lapsu majore ruat.

* CCXLIII. *Sol oriens, cum ſtellæ quæ totâ nocte vigilarunt, extinguuntur.*

UT PARVÆ QUIESCANT.

In Principem aut quemlibet vigilem ſuperiorem, dum ejus ſubditi quieſcunt, non intermittentem curare ſibi commiſſorum ſalutem & commoda.

CAPUT VI.

SOL SUPRA HORIZONTEM ELEVATUS.

* CCXLIV. *Sol oriens.*

AB HESPERIA NON FLEXIT LVMINA TERRA. *Lucanus.*

In Monarchiam Regis Hiſpani, cujus terras ſemper ſol illuſtrat, cum in hoc vel altero orbe ſplendet, intelligit autem Lucanus per Heſperiam Hiſpaniam.

Item in fidem Catholicam, quæ lumen eſt ac donum Dei, ubique vigentem, in ditionibus Regi Hiſpano ſubjectis, excluſâ ex iis omni aliâ hæreſi.

* CCXLV. *Sol tot millibus milliarium à nobis abſens, tam potenter tamen in hæc inferiora influens.*

ABSENS QUANTA VALET?

In patrocinium ſanctorum in cœlo.

* CCXLVI. *Sol nunquam nobis altior eſt, quam cum eſt in meridiano.*

ALTIOR IN MEDIO.

Virtutes in medio conſtitutæ ſunt majores.

* CCXLVII. *Sol in ſolari horologio, primam poſt nubila lineam ducens.*

ADHUC NULLAM LINEAM DUXI.

In animum quovis die, ſpeciali exercitio curantem ſuum profectum.

* CCXLVIII. *Sol aquilis ſplendens.*

AQUI-

AQUILIS NON NOCTUIS.

In ſcriptorem excellentem, quem virorum indoctorum judicia terrere non debent.

Acclamatum aliquando id fuit R. P. Danieli Papebrochio S. J. Hiſtoriographo ſanctorum, à ſeverioris judicii Cenſore. Vide Vitam S. Alberti 8 Aprilis in fine.

* CCXLIX. *Sol ad quem aquila pennis renovatur.*

AQUILÆ PENNAS INSTAURAT ET ANNOS.

In D. Deum renovantem nos gratia ſua in novum hominem.

* CCL. *Sol primo ſuo ſuper horizontem in reſſu lucidus quidem, ſed nondum ardens.*

ARDOREM CELAT, NON LUMEN

In eum qui talenta quidem à Deo ſibi commiſſa exſerit, proximorum inſtructione illos tamen amoris ignes quibus flagrat erga Deum, omnino abſcondit.

* CCLI. *Sol ſupra horizontem paulo altius elevatus, mox ardorem ſuum omnem exſerens.*

ARDOR AB ELATU.

In S. Carolum Borromæum qui elatus ad Cardinalitium Galerum, & Mediolanenſem Archi-Epiſcopatum, Dioceſanos ſuos inflammavit ferventibus concionibus &c.

* CCLII. *Sol ardore ſuo heliotropium interimens.*

NECAT ADORANTEM.

In mundum, ejuſque honores, qui in æternam ſæpe mortem ſuos cultores adducunt.

* CCLIII. *Sol ardens etiam cum à primo mobili rapiatur.*

ARDET ET IN RAPTU.

In S. Brigittam, in mediis ſuis raptibus nihil intermittentem amare Deum.

* CCLIV. *Sol elevatus, qui cum Planeta ſit, ſimul ſidus errans eſt.*

AR-

ARDET ET ERRAT.

In amores profanos & turpes.

* CCLV. *Sol lunam respiciens.*

ASPICIT ERRANTEM.

In Christum Dominum, respicientem S. Petrum post negationem.

* CCLVI. *Sol qui in ortu & occasu rubicundus apparuit, cum ad meridianum elatus est, omnino candidus apparens.*

CANDIDUS IN SUMMO EST.

In virum innocentiam & candorem servantem in summis etiam dignitatibus.

In excellentem gradum Virginitatis.

* CCLVII. *Solem P. Engelgrave conspectum exhibet qui irretorto oculo conspicientem excæcat.*

COECAT, CONTRA SI TENDERE PERGAS.

In Mysterium SS. Trinitatis non scrutandum.

* CCLVIII. *Sol in aquâ fluidâ visus fluctuare.*

COELO NON FLUCTUAT.

In amores sanctorum in cœlo, qui nunc sunt constantissimi, & perennes.

* CCLIX. *Sol orbi nostro non adeo ingens visus, cum tamen eundem sæpius magnitudine excedat.*

COELO INGENS, PARVUS HUMI.

Qui hoc in orbe humilis est, magnus cœlo est.

Item ingentia Præmia in cœlo sanctis elargenda, parva admodum modo nobis apparent.

* CCLX. *Sol sereno & aperto cœlo.*

COELO SPECTANDUS APERTO.

In Christum spectatum à St. Stephano aperto Cœlo.

* CCLXI. *Sol Comitem ubique Hespherum & Phosphorum (qui Planeta Venus est) habens.*

COMES UBIQUE VENUS.

In hominem venereum.

In ſtimulum carnis, comitantem ubique.

* CCLXII. *Sol in horologio ſolari deſcribens horas.*

CUIQUE SUUM IN TEMPORE.

In prudentem diſpenſatorem.

In gratiam efficacem, in iis circumſtantiis nobis datam à Deo, in quibus à Deo prævidetur nos motura.

* CCLXIII. *Sol ſuper flores ſplendens.*

CURA PUSILLORUM EST.

In Elemoſynarium præſertim eum, cui de orphanis præcipua cura eſt.

* CCLXIV. *Sol in medio Planetarum conſtitutus.*

DIGNA STATIONE LOCAVIT.

In eum qui honoribus præfectus eſt, quos virtute meruit.

* CCLXV. *Sol Lunam reſpiciens.*

ET ARDET, ET ASPICIT UNAM.

In S. Sanctum, ſolam B. Virginem reſpicientem, & imprægnantem.

* CCLXVI. *Sol Planeta ſeu ſydus errans.*

ET ERRANDO HAUD PLURIBUS IMPAR.

In errorem viri cujusdam Magni. V. G. Origenis, Tertulliani &c.

* CCLXVII. *Sol virtute & radiis ſuis etiam profundiſſimas abyſſos penetrans.*

RESPICIT IMA vel HUMILIA RESPICIT.

In D. Deum qui reſpicit maxime humiles.

* CCLXVIII. *Sol Planeta ſeu ſydus errans.*

ERRAT ET ASPICITUR.

In eum qui etſi ſummos in Politia errores committat, iis tamen non obſtantibus pro politico a vulgo habetur.

In S. Petrum.

Sol

* CCLXIX. *Sol placidè diem quocunque ferens.*

FERT PLACITUS QUOCUNQUE DIEM.

In mansuetam indolem Doctoris cujusdam, diffundentem ubique doctrinæ suæ lucem ac diem.

* CCLXX. *Sol tot stellis fixis (etsi non appareant) ubique comitatus.*

ESSE LICET COMITES, NON LICET ESSE PARES.

In eam Comitum S. Romani Imperii copiam, qui Imperatori, etsi licet ubique à latere sint, haud tamen ei pares reddi possunt. In eas animas, qui licet continua meditatione Christum patientem ubique comitantur, haud tamen se pares profitentur iis doloribus patiendis quos passus est Salvator.

* CCLXXI. *Sol tacite quocunque decurrens.*

FEROR TACITUS, QUOCUNQUE FEROR.

In magnum ac taciturnum Principem ac Ministrum.

* CCLXXII. *Sol ex mari dulces vapores attrahens.*

EX AMARO DULCIA TRAHIT.

In eum qui ex amaro Dominicæ Passionis mari, dulces sibi consolationes attrahit.

* CCLXXIII. *Sol maxime festinus.*

FESTINUS IN HORAS.

In summam temporis velocitatem.

* CCLXXIV. *Sol in speculo aut parvo aquæ vase fulgens.*

FULGET ET IN PARVO.

Virtus in parvâ subinde refulget. In parvo sæpe corpore ingens animus ac virtus spectabilis est.

* *CCLXXV. Sol in pleno meridiè minor apparens*

CUM SUMMUS, MINIMUS.

Qui summo loco apud Deum est, sæpe in oculis hominum minimus est.

Sol

* *CCLXXVI. Sol tria ſpecula illuſtrans. In promotione trium Doctorum è Soc. Jeſu, exhibitus fuit à collegio Colon. ſoc. eiuſdem.*

TRES ILLUSTRANTUR AB UNO.

In S S. tres Reges gentium primitias, illuſtratos divinitus ad quærendum C. Dominum.

* *CCLXXVII. Sol ex adverſo Lunæ poſitus, in Theſibus quibuſdam Muſſiponti defenſis, cum Lemmate.*

SOLUS NON SUFFICIT ORBI.

Ad ſignificandum ſolum civile Jus orbi non ſufficere, ſed requiri inſuper Jus Canonicum, in ſubſidium Juris Civilis.

* CCLXXVIII. *Sol juſſus ſtare à Joſue. Jud. cap.*

HIC OBSTAT EUNTI.

Acclamatum fuit Imperatori Leopoldo in retorſionem cujuſdam ſymboli Gallici. NIL OBSTAT EUNTI. quando res Ludovici XIV. Cui pro ſymbolo ſol, ejusdem Leopoldi ac reliquorum Confœderatorum Regum ac Principum armis multum inclinabantur.

* CCLXXIX. *Sol à Marionibus aliquot, ſagittis impetitus, relabentibus ſagittis in capita eorundem, exhibetur in Imagine Primi ſæculi Societatis Jeſu.*

SOLEM NULLA SAGITTA FERIT.

In eandem ſocietatem Jeſu, omnibus adverſariorum calumniis majorem.

* CCLXXX. *Sol meridianus.*

UNDIQUE FULGET.

In S. Thomam Aquinatem, natalibus, ſanctitate, doctrinâ, ac miraculis, undique clarum.

* CCLXXXI. *Sol in aquâ reſplendens, ante Theologiam R. P. Arriagæ è Soc. Jeſu habet Lemma.*

NUNC

NUNC IN ÆNIGMATE.

In fidem, qua Deum nunc per ſpeculum & in ænigmate videmus.

* CCLXXXII. *Sol cum Luce umbram formans.*

HINC LUMEN ET UMBRA.

In eum, qui cum luce doctrinarum, conjungit umbram humilitatis.

Item in Scriptorem, qui ſalubri doctrinæ miſcet hæreſes.

* CCLXXXIII. *Sol Tubo optico ſpectatus à Gymnaſio Colonienſ. in Theſibus ibidem defenſis lemma tenuit.*

SINE MACULA.

In immaculatam conceptionem B. Virginis Mariæ.

* CCLXXXIV. *Sol in Collegio quodam Societatis Jeſu in Gallia lemma in ſolari habuit.*

TARDUS HUMI, COELO VELOX.

In velocitatem ſummam temporis, quod nobis hoc in mundo conſtitutis, ſæpe tardiſſimum videtur.

Item in eum, qui in rebus mundanis ordinandis, tardiſſimi ingenii videtur, in rebus autem animæ & ſalutis ſuæ ſummè perſpicax eſt.

* CCLXXXV. *Sol ſuper areolâ florum, radiis ſuis omnes pandens & aperiens.*

NATURAM EXPLICAT OMNEM.

In Phyſicam cujus eſt, explicare naturalis corporis eſſentiam, qualitates &c.

* CCLXXXVI. *Sol in meridie minimus.*

NON TAMEN INDE MINOR.

Inde nemo minor coram Deo eſt, quod à mundo deſpiciatur.

* CCLXXXVII. *Sol Planeta errans licet ſit, orbi tamen multum erroribus iſtis prodeſt.*

PRO-

PROFUIT ERRANDO.

S. Thomæ dubium & error, ad noſtram inſtructionem nobis profuit.

* CCLXXXVIII. *Sol cum aliquot ardentibus candelis in concionibus Sconbardi ſiſtitur hoc cum Lemmate.*

SI NON SUFFICERET ILLE.

S Thomas Aquinas comparatus aliis SS. Theologiæ Doctoribus.

* CCLXXXIX. *Sol inceſſantur cœlo errans veluti Planeta.*

NON CESSO SED ERRO.

In eum qui jugitur occupatus, inde multum animæ ſuæ profectui obeſt.

* *CCXC. Sol lunam ſemiplenam reſpiciens.*

TOTAM ILLUSTRARET, SI VELLET.

In D. Deum, qui gratiarum ſuarum donis nos illuſtraret ſi vellemus animam noſtram ad ea diſponere.

* CCXCI. *Sol remotiſſimus quamvis a nobis, tamen totum orbem illuſtrans.*

QVI PROPE SUNT GAVDENS LVMINE, QVIQVE PROCVL.

In D. Deum illuminantem omnes Homines, tam eos qui in gratiâ conſtituti, Deo proximi videntur, quam eos qui per ſtatum peccati ſe à Deo elongarunt.

* CCXCII. *Sol nemini ſemper ſplendens.*

NEMINI SEMPER.

In felicitatem humanam, nemini ſemper ſtabilem.

* CCXCIII. *Sol lumen ſuum in ſphœram terreſtrem diffundens in Theſibus Pariſiis apud Patres ſoc. defenſis inſcribitur.*

IN

IN OMNEM TERRAM GLORIA EJUS..
In S. Franciſcum Xaverium.

* CCXCIV. *Sol Indum à quo adoratur deformans.*

FOEDAT ADORANTEM.

In mundum qui conſcientias ſuorum clientum coinquinat.

* CCXCV. *Sol ſuper areola florum quos aperit, à Patre Coret in vita Gallica S. Catharinæ Wadtſteenſis filiæ S. Birgittæ exhibetur.*

PANDO RECLUSOS.

In miracula ejusdem ſanctæ in illuminatione cœcorum patrata.

* CCXCVI. *Sol puteum ſeu abyſſum radios ſuos immittens.*

OBSCURA REVELO.

Eruditioni hoc proprium eſt. In amiciſſimum meum R. P. *Dan Papebrochium* Hiſtoriogr. ſanctorum ejuſque ſocios R. P. CONRADUM JANINGUM & FRANCISCUM BAERTIUM qui jam 19 in folio voluminibus, nil aliud agere quam illuſtrare Acta Sanctorum, & quidquid in iis obſcurum eſt explicare, digerere, &c. quibus ut Deus vitam & vires ad operis tanti complementum largiatur, bonorum omnium votum eſt.

* CCXCVII. *Sol lunam abſentem reſpiciens.*

RESPICIT ABSENTEM.

In amorem perſonæ abſentis.

* CCXCVIII. *Sol cum Venere Planeta.*

PER ME COMITATA PLACEBAS.

Placet ſcientia conjuncta virtuti omnis venuſtas humana maxime amatur, ſi etiam animæ venuſtas comitetur.

* CCXCIX. *Sol mundo diem formans.*

PER

PER QUEM VIDET OMNIA TELLUS.

Quidquid hoc in mundo ſcimus, per gratiam a Deo datam ſcimus.

* CCC. *Sol ſemper idem ſpectatus ut in ſe eſt.*

SIC MIHI ATQUE ALIIS.

In eum qui quam famam apud alios habet, virtutibus implet.

* CCCI. *Reſpublica Gedanenſis quo tempore Joh. III. Rex Poloniæ eam præſentiâ ſuâ dignabatur, exprimendæ Regiæ ſedulitati in Regni ſui negotiis diſponendis ſolem expreſſit, hoc cum lemmate.*

SPECTATUR AGENDO.

In Virum nunquam otioſum.

* CCCII. *Soli P. Maſenius inſcripſit.*

QUÆRITUR ABSENS, SED PRÆSENS FUGITUR.

In amicitias humanas, quæ ſæpe avidè quæſitæ non ita diu poſt tædium inducunt.

* CCCIII. *Sol admodum ſpecioſus.*

PAR NULLA VENUSTAS.

In Chriſt. ſolem juſtitiæ, ſpecioſum præ filiis Hominum

* CCCIV. *Sol horam in ſolario indicans.*

QUAM FERIT OBSCURAT.

In Principem, multum obſcurantem virtutes ac dotes ejus, in quem indignationem ſuam exſerit.

* CCCV. *Sol nondum ad meridianum perveniens.*

SCANDIT ADHUC.

In Virum proficientem adhuc indies in virtutibus, ſcientiâ &c.

* CCCVI. *Sol lunam in præſentia ſua de die ſplendere haud paſſus.*

OMNISQUE POTESTAS IMPATIENS CONSORTIS ERIT. *Luc.*

In Regnum quod duos non capit.

* CCCVII. *Sol cum Luna.*

REGUNT CURIS ÆQUALIBUS ORBEM.

In Imperatorem & Regem Romanorum.

* CCCVIII. *Sol in lineâ Meridianâ constitutus.*

MEDIO MAGIS ARDET OLIMPO.

In Virum qui in dimidio dierum suorum Deum ardentissime amat.

* CCCIX. *Sol sine nubibus ardentior.*

PLUS SINE NUBE CALET.

In Christum Dominum, ardentissimè nos amantem, quando nudus pendebat in cruce. Audi Masenium inducentem Christum crucifixum loquentem,

Frigora non patior, quantumvis frigeo, namque
quo nudus magis est; hoc magis ardet amor.

* CCCX. *Sol cum ad meridianum venit incipiens declinare.*

CUM SUMMUS DECLINO.

In honores hujus mundi, qui cum summi fuerint, incipiunt evanescere.

* CCCXI. *Sol splendens.*

SPLENDET ET IN RAPTU.

In S. Birgittam, quæ rapta in aerem, splendere visa est Romæ, & tota facie radiare.

* CCCXII. *Pater Masenius solem hinc cum aquilis, inde cum noctuis & vespertilionibus exhibet.*

HIS DIEM, ILLIS NOCTEM.

In S S. Sacramentum Eucharistiæ, quod æternam damnationis noctem peccatoribus indignè sumptum inducit, justis vero sanctificantis Gratiæ plenum diem.

* CCCXIII. *Sol suprà latè patentem campum frugibus & floribus conspicuum splendens, omniaque vegetans.*

SOLUM A SOLE.

In bona & gratias hominum, à solo Deo illis obvenientes.

* CCCXIV. *Sol viatorem intenso calore suo suaviter in-*

inducens ad amotionem pallii, quod ventus turbulentior aufferre non poterat, isto cum Lemmate.

QUOD VIS NON POTEST, GRATIA POTEST.

Suavitate plus peragitur apud homines, quam severitate & tribulentiâ.

* CCCXV. *Sol lucens & ardens.*

PAR LUMEN ET ARDOR.

In eum, qui luce doctrinarum adjunxit divinæ charitatis ardorem.

* CCCXVI. *Sol orbis & universi lux.*

IMMENSI LUX PUBLICA MUNDI.

In D. Deum.

* CCCXVII. *Sol vastissimus simul & celerrimus.*

TAM CELER ET TANTUS.

In summum aliquem Monarcham, celerrimum in curandis regni sui negotiis.

* CCCXVIII. *Sol â quo rebus omnibus venustas accedit.*

HINC PULCHRIS PULCHRIUS ESSE.

Omnis venustas nostra intenditur â gratiâ sanctificante.

* *CCCXIX. Sol de die, nunquam de nocte præsens.*

PERDIUS, HAUD PERNOX.

In amicum fictum, adhærentem solum quando dies mundanæ felicitatis est, deserentem vero, cum tempora fuerint nubila.

* CCCXX. *Sol inter tot stellas absconsas, solus conspectus.*

INTER TOT SIDERA SOLUS.

In eum qui in communitate virorum doctorum solus qualitates suas exerit, aliis latere cupientibus.

* CCCXXI. *Sol paulatim ad occasum vergens.*

SENSIM LANGUIDIOR.

In eum qui ætate ingraveſcente languidior eſt in amando Deo.

* CCCXXII. *Sol cum ſtellis de die latentibus.*

LATENT QUOTQUOT COMITANTUR EUNTEM.

In hominem celantem virtutes ſuas ubique comites. In SS. Angelos latentes, quando ſeſe in Proceſſionibus Comites præbent Chriſto in Euchariſtiâ.

* CCCXXIII *Sol radios in abyſſum immittens.*

SCRUTATUR ABYSSOS.

In D. Deum qui ſcrutatur abyſſos cordium noſtrorum.

* CCCXXIV. *Sol in placido flumine reſplendens.*

PULCHRIOR IN PLACIDO.

Omnes gratiæ divinæ pulchriores apparent in placida & quieta indole.

* CCCXXV. *Sol diem orbi inducens.*

ME SINE NULLA DIES.

Sine gratiâ ſanctificante, perpetuâ animæ noſtræ nox eſt.

* CCCXXVI. *Sol.*

SEMPER OPEROSUS, NUNQUAM OTIOSUS.

In miniſtrum ſedulum. Item in intellectum humanum.

* CCCXXVII. *Sol.*

PURIS NITET IGNIBUS.

In amorem caſtum.

* CCCXXVIII *Sol ſplendens ventis minimè flantibus plantis floribus & benignius influat.*

NIL TAMEN INVITIS AUSTRIS.

Ludovicus XIV. Rex Galliarum (pro ſymbolo ſolem habens) tot tantiſque bellis contra Hiſpanos ac Hollandos ſuſceptis parum egit contrario ſibi ſemper Leopoldo Imperatore.

* CCCXXIX. *Sol sereno cœlo.*

SERENO PULCHRIOR.

In serenâ & placidâ indole pulchrior relucet Dei gratia aliæque dotes.

* CCCXXX. *Sol noctuas & vespertiliones fugans.*

HOS FUGAT ASPECTU.

In S. Bernardinum Senensem, ad cujus præsentiam mox se subducebant impuri, sibi ingerentes, illud BERNARDINUS ADEST.

* CCCXXXI. *Sol in aqua resplendens.*

MEDIIS FORMOSUS IN UNDIS.

In eum, qui in lachrymis pœnitentiæ constitutus, formosior inde oculis divinis efficitur.

* CCCXXXII. *Sol altior minores umbras habens.*

MINIMAS HABET ALTIOR UMBRAS.

In eum qui in summis honoribus, minime humilis est.

* CCCXXXIII *Sol in speculo vel aqua exhibitus.*

IN PARVO NEMO MAGNUS.

Nemo in summis etiam honoribus magnus est, hoc in orbe, qui universi punctum est.

* CCCXXXIV. *Sol ardens formosior.*

INDE NITET, UNDE ARDET.

Omnem animæ nitorem habemus ab amando Deum.

* CCCXXXV. *Sol coronam Imperialem florem è terrâ ardore suo provocans.*

FACIET REVIRERE CORONAS.

In Imperatorem Leopoldum coronæ Imperii Rom. antiquum suum florem restituturum.

* CCCXXXVI. *Sol in amplissimo cœli spatio velut in stadio decurrens.*

QUANTUS IN HOC STADIO?

In magnam indolem, amplissimum campum virtutum suarum gloriose decurrentem.

* CCCXXXVII. *Sol è cœlo suo inspiciens ac despiciens orbem.*

INSPECTUM DESPICIT ORBEM.

In eum qui post varias peregrinationes susceptas, orbe contempto religionem ingreditur.

* CCCXXXVIII. Sol *per minima foramina in chartâ acu factâ conspectus innoxiè.*

REVELAT PARVULIS.

In Dominum Deum, qui secreta sua abscondit sapientibus & prudentibus, & revelat ea parvulis.

* CCCXXXIX. *Sol flores pandens.*

HORUM INTIMA PANDIT.

In Confessarium prudentem, scientem pœnitentes suos disponere ad bonam confessionem per revelationem sinceram suorum peccatorum.

* CCCXL. *Sol cum stellis, una è massâ corporis luminosi, in principio creatus.*

SIMILI QUAM DISPARES ORTU.

In fratres sibi multum dissimiles in indole.

* CCCXLI. *Sol heliotrophia secum circumagens.*

MEOS, E COELO TRAHO.

In D. Deum, qui quos vult ad se attrahit, & hoc in orbe, ad divinæ voluntatis suæ nutus circumagit.

* CCCXLII. *Sol*

UBIQUE LUCEM NULLIBI LUEM.

In Virum Religiosum, ubique exemplarem, ac nullibi oblitum sui.

* CCCXLIII. *Sol.*

MOVETUR ET ARDET.

In eum, qui gratiis actualibus sibi a Deo immissis, commotus est, ad amorem ferventem Dei.

* *CCCXLIV. Sol quem Moriones sagittis impetunt.*

FERIENTES PATITUR.

In S. Sebastianum & Stephanum. In eum qui lapides vel sagittas calumniarum ab adversariis in se directas, mansuetus patitur.

* CCCXLV. *Sol in ortu & occaſu celerior viſus, in meridiano lentior apparet.*

LENTIOR IN SUMMO EST.

In eum qui in ſummis dignitatibus conſtitutus, lentior inde effectus eſt in virtutum ſtadio.

* CCCXLVI. *Sol lunam & ſtellas illuminans.*

LUX OMNIS AB ILLO EST.

In fidem quæ lux eſt, & donum Dei.

* CCCXLVII. *Sol ab alto hæc inferiora reſpiciens.*

HUMILIA A LONGE.

In Deum qui è cœlo reſpicit humiles.

* CCCXLVIII. *Sol in decurrente fluvio immotus.*

RAPIT OMNIA, NON ME.

In virtutem, quæ ſola morti non ſubeſt. Item in famam mori neſciam.

* CCCXLIX. *Idem Sol.*

IN MOTU IMMOTUS.

In eum qui intaminatus in carnalibus motibus manet. Item in eum, qui in publicâ plebis commotione, immobilis ad mala perſeverat.

* CCCL. *Sol cum Aquilâ & noctuâ.*

NON OMNIBUS IDEM.

In venerabile Sacramentum Euchariſtiæ, ex quo vita bonis, mors eſt malis. In Virum Politicum, qui novit ſeſe geniis diverſis hominum accommodare.

* CCCLI. *Sol in ſpeculo vel aquâ.*

QUIDQUID AGIT COELO.

In Theologiam, repræſentantem nobis eſſentiam & attributa Dei.

* *CCCLII. Sol terram vere pandens.*

PANDIT VERE NOVO.

In confeſſionem Paſchalem.

* *CCCLIII. Sol aquilas probans & reprobans.*

HUNC PROBAT, HUNC REPROBAT.

In prædeſtinationem Dei ad gloriam, & reprobationem ad gehennam.

* CCCLIV. *Sol totum orbem fovens.*

ME SINE LANGUET HUMUS.

Sine conſervatione Dei, omnia creata mox languebunt, & in nihilum ſuum redibunt.

* CCCLV. *Sol.*

ORBI FERT LUMEN, ET ÆTHRI.

In Dominum Deum qui æterna lux eſt hoc in orbe credentium, & Sanctorum æternum gaudentium in cœlo.

* CCCLVI. *Sol lineam in ſolari deſcribens.*

MELIOR MIHI LINEA SCRIBITUR ASTRIS.

In eum, qui quotidie hominibus benefaciendo, gratitudinem meliorem ſperat è cœlo, quam habet ab hominibus.

* CCCLVII. *Sol ſerenus vapores in fulmina attrahens.*

SERENUS FULMINA PARAT.

In animum prementem ſub vultu ſereno meditatam vindictam.

* CCCLVIII. *Sol ardentior ſine nebulis & nubibus.*

QUO MAGIS ARDET, QUO MINUS LATET.

In amorem Chriſti crucifixi in nos, qui in monte Calvariæ ardentiſſime nos amans, minus latebat quando elevatus in crucem fuit, ſic orbi conſpectior. In eum qui latere mundo cupiens, ex amoris in Deum incendiis, magis tamen inde patet.

* CCCLIX. *Sol cum floribus, frumentis, herbis &c.*

RIDENT SI VIDENT.

Animæ hominum oculo benigniore à Deo conſpectæ, ad ſpirituale gaudium incitantur.

* CCCLX. *Sol etſi nubibus tegatur infernè, ſupernè tamen cœlo ſemper iis liber.*

MI-

MIHI COELUM TOLLERE NEMO POTEST.

In animam firmam ſpem ſuæ beatitudinis conſequendæ, concipientem.

* CCCLXI. *Sol.*

LUCIS VESTIGIA LINQUIT UBIQUE.

In Concionatorem vel Miſſionarium, ubique ſpargentem, parvulis lucis Evangelicæ radios.

* CCCLXII. *Sol ſemper decurrens.*

IN STADIO SEMPER.

Nunquam hoc in orbe conſtituti non ſumus in ſtadio beatitudinis noſtræ decurrendo, ſemper Viatores.

* CCCLIII. *Sol ſuper diverſos flores, ſplendens.*

SUPER MAGNOS, ET PARVOS.

In D. Deum qui creator & conſervator ſummorum & minimorum quorumcunque eſt.

* CCCLXIV. *Sol ſemper ſtellis comitatus.*

NUNQUAM SOLUS.

In præſentiam ſanctorum Angelorum ubique nobis cogitandam.

* CCCLXV. *Sol comites ſuos ſtellas occultans.*

OCCULTAT COMITES.

In S. Brunonem, occultantem mundo ſuos aſſeclas per rigidiſſimam clauſuram. In Chriſtum in SS. Euchariſtiæ Sacramento occultantem comites ſuos Angelos.

* CCCLXVI. *Sol luce ſua ſe condens ut irretortis oculis aſpici nequeat.*

SUO SE LUMINE CONDIT.

In D. Deum qui *habitat lucem inacceſſibilem.*

* CCCLXVII. *Sol tot ſtellis comitatus.*

UNI TOT COMITES.

In Inviciſſimum Imperatorem Leopoldum ingenti famulitio Principum & Comitum indies ſtipatum.

* CCCLXVIII. *Sol cujus per criſtallum uſtoriam radii in vicinum objectum taliter trajecti ſunt, ut parvum circulum adinſtar nollæ cifræ efficere videantur.*

TRAJECTO NIHIL.

Reſponſum hoc eſt, ad ſymbolum quoddam, quod in expugnationem Ultrajecti ſuperioris vulgo Maeſtricht à Gallis efformatum fuerat, quando ſolem ſtatuebant, qui globum criſtallinum tranſiens, lignum quoddam accendebat, iſto cum lemmate.

TRAJECTO QUID NON?

Veritatem hujus lemmatis mei probavit eventus, quando in Pacificatione Neomagenſi cum Republica Fœderatorum ſtatuum â Gallis factâ, eisdem Fœderatis ſtatibus, reſtitutio ejusdem Trajecti facta, ſufficienter oſtendit Gallis expugnato TRAJECTO NIHIL acceſſiſſe.

* CCCLXIX. *Radius ſolis per vitrum uſtorium in vicinum objectum Trajectus, obnubilato ſole mox diſparens.*

NON DIU TRAJECTO.

Et hoc reſponſum eſt ad ſupra allegatam Gallorum quæſtionem.

TRAJECTO QUID NON?

Quando pariter Trajectum ſuperius urbs ad Moſam fluvium ſituata expugnata quidem a Gallis, ſed non diu poſſeſſa fuit.

In honores etiam mundanos, qui obnubilatâ per æmulos fortunâ noſtrâ non diu ſæpe mundo apparent.

* CCCLXX. *Sol.*

QUÆ PROPE SUNT, SPECTAT SINGULA; QUÆQUE PROCUL.

In D. Deum uno intuitu videntem præſentia & futura. Item in Virum ſagacem, qui futura ſcit proſpicere.

Sol

* CCCLXXI. *Sol.*

QUÆ SUNT INFRA, VIDET SINGULA, QUÆQUE SUPRA.

In D. Deum videntem omnia quæ in cœlo, terrâ, ac apud inferos geruntur.

CAPUT VII.

* CCCLXXII.

SOL CUM MACULIS.

In Arcadiâ Lubomirianâ prope Varſaviam, Regni Mareſchalcus Lubomirius, ſoli cum maculis inſcripſit.

OBSERVANT MACULAS, MIRATUR COMMODA NEMO.

In libidinem hominum, magis nævos quam virtutes proximi ſpectantium.

* CCCLXXIII. *Idem Sol.*

ET MACULIS SPLENDET.

In S. Mariam Magdalenam, cui commiſſa per & pœnitentiam diluta peccata nunc cedunt in magnam gloriæ partem.

CCCLXXIV. *Idem Sol, etſi parvæ ejus maculæ appareant, maximas tamen habens.*

VIDENTUR PARVÆ, NON SUNT.

In peccata ea, quæ cum nobis parva ſæpe appareant, in oculis Dei tamen ſunt maxima.

* CCCLXXV. *Maculæ ſolis, magnæ, in magno ſolis corpore.*

IN MAGNO MAGNÆ.

Peccatorum maculæ majores ſunt in magno Principe, quam alio privato.

Ma-

* CCCLXXVI. *Maculæ solis prius perfectè hoc seculo detectæ.*

TANDEM PATUERE.

Occulta peccata hominum, tandem D Deo sic permittente, orbi patefiunt.

* CCCLXXVII. *Solis maculorum corpus, variis tubis opticis conspectum, quorum cuivis non patent maculæ.*

NON CUIVIS PATENT.

Peccatorum venialium malitia, non cuivis patet.

* CCCLXXVIII. *Sol cum maculis.*

MACULIS NEC PLURIBUS IMPAR.

In virum tam vitiis quam virtutibus aliis vix parem.

* CCCLXXIX. *Sol in ortu vel occasu major cum maculis.*

MAJOR! AT ET MACULÆ MAJORES.

In eum qui in dignitate crescit, simul & in vitiis.

* CCCLXXX. *Sol cum maculis.*

PLURES LATENT.

In examine conscientiæ plurimi defectus sæpe animi nostri oculos fugiunt.

* CCCLXXXI. *Idem Sol.*

UNDIQUE FORMOSUM NIHIL EST.

In pulchritudinem creaturarum multis nævis intermixtam.

* CCCLXXXII. *Idem Sol.*

UNDIQUE PERFECTUM NIHIL EST.

In perfectionem creaturarum, multis in partibus, subjectam suis imperfectionibus.

* CCCLXXXIII. *Idem Sol.*

SECUM FERT UNDIQUE NÆVOS.

Imperfectiones nostræ ubique nobis sunt comites.

* *CCCLXXXIV. Idem sol maculas lumine suo orbi patefaciens.*

OSTENDIT PROPRIO LUMINE NÆVOS.

In

In Virum Principem, qui in luce publicâ dignitatum constitutus, nævos suos occultare nequit.

** CCCLXXXV. Idem Sol.*

ORBI NÆVOS, NON LUMINA CONDIT.

In eum, qui virtutes suas orbi exserens, nævos vitiorum suorum occultare novit.

** CCCLXXXVI. Idem Sol.*

ORBI PULCHER, GIBBOSUS OLYMPO EST.

Illi qui coram orbe nostro sæpe sancti judicantur, coram Deo pleni nævis sunt.

** CCCLXXXVII. Idem Sol.*

OMNIBUS LUCEM, PAUCIS MACULAS.

In eum qui ubique talentorum suorum lucem exserere satagit, nævos autem abscondere.

** CCCLXXXVIII. Idem Sol.*

NIL OBSUNT MACULÆ.

In peccatorem conversum, qui etiam maculis prioribus modo orbi splendet.

** CCCLXXXIX. Idem Sol luce suâ alienos nævos revelat, tegit vero suos.*

ALIORUM NÆVOS REVELO, MEOS TEGO.

In Momum quendam, qui ipse maculis plenus, aliorum nævos continuo revelare scit, & suos occultare.

** CCCXC. Idem Sol.*

COMPENSAT LUMINE NÆVOS.

In eum, qui pauculos defectus compensat scientiis.

** CCCXCI. Idem Sol.*

LUCE SUA NÆVOS CONDIT.

In eum, qui ingeniose defectus suos novit celare.

Sol

* CCCXCII. *Sol vitro uſtorio, maculam projicere in viſa objecta viſus.*

NON IDEO MACULOR.

Etſi multi videantur orbi noſtro peccatores, non exinde tamen tales ſunt in oculis Dei.

CAPUT VIII.

SOL CUM MENTE SEU INTELLIGENTIA, A QUA VERTITUR.

* CCCXCIII. *Sol motu ſuo proprio, ab occaſu in ortum tendens, ab intelligentia primi mobilis contra inclinationem ſuam ab ortu in occaſum rapitur.*

MENS RAPIT INVITUM.

In eum qui paſſionibus mentis ſuæ raptus, non quod vult bonum, ſed quod non vult malum cum S. Paulo perpatrat.

* CCCXCIV. *Idem Sol.*

QUO MENS DEDUCET EUNTEM.

In eum qui inſpirationibus Angeli ſui Tutelaris morem gerit.

* CCCXCV. *Idem Sol Planeta errans, cum intelligentiâ ſuâ.*

DESERIT ERRANTEM NUNQUAM MENS.

In eum, qui in erroribus ſuis præſenti ſibi ſemper animo eſt. In Angelum tutelarem, qui etiam peccantes nos, nunquam deſerit.

* CCCXCVI. *Sol eclipſatus, ſeu cum nebulis & nubibus.*

NIL MENS PATIETUR AB ISTIS.

In

In eum, qui inter nebulas & nubes adverſitatum, generoſâ ſemper mente eſt.

* CCCXCVII. *Sol ſplendens.*

MENS PRÆCLARA MAGIS.

Animus in ſpecioſo corpore longe formoſior.

* CCCXCVIII. *Sol cum maculis.*

MENS NESCIA NÆVI EST.

Mens ſpecioſa in deformi corpore. In puritatem SS. Angelorum.

* CCCXCIX. *Sol à mente ſuâ celerrime circumactus.*

MENS TARDA MOLIMINA NESCIT.

In Angelorum agilitatem.

* CD *idem Sol.*

MENS HABITAT COELUM.

In animum cujus converſatio ſemper in cœlis eſt.

* CDI. *idem Sol.*

QUO REGOR, HIC REGITUR.

In mundanos Principes orbi quidem à Deo præfectos, ſubditos tamen Deo.

* CDII. *Sol elevatus ad meridianum.*

AST MENS ELATA NEQUAQUAM.

In humilitatem SS. Angelorum.

* CDIII. *Sol fervens.*

FERVIDA MENS MAGIS EST.

In ferventes amores Seraphinorum.

* CDIV. *Idem Sol a mente ſuâ contra primum mobile actus.*

MENS IN CONTRARIA VERSAT.

In Angeli Tutelaris inſpirationes contrarias carni noſtræ & ſanguini.



CAPUT IX.

SOL IN PARELIO.

* CDV. *Sol in parelio.*
ALTER, ET IDEM.
In Filium Dei, qui alter in perſonis eſt, idem vero cum Patre in eſſentiâ divinâ.

* CDVI. *Sol in adverſâ ſibi nube parelium patiens.*
AUGENT ÆMULOS ADVERSA.
In adverſitatibus experimur frequentes æmulos.

* CDVII. *Sol cum duobus Pareliis.*

AB

AB UNO PROCEDIT UTERQUE.

In duos filios Patri simillimos.

* CDVIII. *idem Sol.*

COELO FRAUS NULLA.

In D. Deum ignarum fallere.

* CDIX. *idem Sol è cœlo in duos Parelios re'piciens.*

E COELO, MEOS DESPICIO ÆMULOS.

In eum qui favore cœlitum adjutus, adversarios suos despicit.

* CDX. *idem Sol cum uno Parelio.*

GLORIAM QUASI UNIGENITI A PATRE. *Joan. 1.*

In Christum Dominum, ejusque gloriam.

* CDXI. *idem Sol in Parelio.*

HIC PLURIBUS IMPAR. vel SIC PLURIBUS IMPAR.

In filium cujusdam, quem hic nominare fas non est.

* CDII. *idem Sol.*

IMAGO BONITATIS ILLIUS *Sap. 7.*

In Christum Dominum qui est imago sui Patris cœlestis.

* CDIII. *idem Sol cum pluribus Pareliis.*

IN ADVERSIS GENITI.

In filios natos in adversitatibus quæ fere sors omnium nascendi est, ex maledictione Evæ, à Deo factâ.

* CDXIV. *Parelius disparens.*

IN IMAGINE PERTRANSIT.

In imagine pertransit homo.

* CDXV. *Parelius duplex.*

IN UTROQUE RELUCET.

Imago Dei relucet in intellectu & voluntate nostrâ.

* CDXVI. *Sol vapores attrahens ad nubes, in quibus duo Parelii relucent loquentibus iis Pareliis.*

NEMO VENIT AD ME, NISI PATER MEUS TRAXERIT ILLUM.

In eum modum quo trahimur a Patre cœlesti, ad sequendum filium suum.

* CDXVII. *Sol parelius, multum amen impar vero soli.*

NON FERT ILLE PAREM.

In D. Deum. In Monarcham qui parem pati nescit.

* CDXVIII. *Sol Parelius.*

PATRII CANDORIS IMAGO.

In Christum Dominum.

* CDXIX. *Sol Parelius duplex.*

PAR SINE PARI.

In Invictissimi Imperatoris Leopoldi primogenitum Josephum Regem Romanorum, ac secundo genitum Carolum Austriæ Archiducem.

* CDXX. *Sol cum duplici parelio.*

PRÆLUCET PLURIBUS UNUS.

In parentem, virtutum suarum splendore prælucentem filiis.

* CDXXI. *Sol Parelium formans & expungens.*

PINXIT ET EXPUNXIT.

In eum, qui, quas laudes alteri dedit, postmodum contrariis vituperiis destruit.

* CDXXII. *Sol duos Parelios habens.*

VIDENT FACIEM PATRIS.

In Sanctos in Cœlo.

* CDXXIII. *Sol cum uno Parelio.*

POSUISTI ME, CONTRARIUM TIBI. *Job.*

In D. Deum, cujus gratia peccator destitutus, lachrymabundè conqueri potest, positum se eidem contrarium.

* CDXXIV. *Parelius disparens.*

PAR DESIIT ESSE PARENTI.

In filium Patri præmortuum. Item in filium, paternarum virtutum minimè æmulum. *Pa-*

* CDXXV. *Parelii duo.*

QUID JUVAT ESSE PARES?

In noxiam æmulationem hominum.

* CDXXVI. *Sol cum duobus Pareliis.*

QUOS PATITUR, FECIT ÆMULOS.

In quendam ſuſcitantem ſibi adverſarios.

* CDXXVII. *Sol cum Parelio.*

NEC PAR, NEC POTIOR.

In quendam longè aſſequentem paternas virtutes.

* CDXXVIII. *Sol cum Parelio.*

SPECIEM NON ARDOREM.

In eum qui ſpeciem Viri ſancti tantum habet, non vero ejus charitatem.

* CDXXIX. *Sol occidens, orbi Parelium relinquens.*

SIMILEM ENIM RELIQUIT POST SE.

In filium defuncto Patre, ejuſdem virtutum hæredem.

* CDXXX. *Sol cum uno Parelio.*

SIMILEM ILLUM FECIT IN GLORIA.

In Deum Patrem, reſpectu filii ſui Unigeniti.

* CDXXXI. *Idem.*

SPLENDOR PATERNÆ GLORIÆ.

In Chriſtum Dominum.

* *CDXXXII. idem.*

MENTITUR SOLEM.

In eum qui ſe fingit Thomiſtam, cum non ſit.

CAPUT X.

SOL ECLIPSATUS.

* CDXXXIII. *Sol eclipſatus à Lunâ, de eadem conquerens.*

UMBRAS PRO LUCE REPENDIT.

In ingratum reddentem mala pro bonis.

* CDXXXIV *idem Sol eclipsatus à Lunâ.*

NOLUIT HOC FRATER. *Ovid.*

In invidiam fraternam religiosorum.

* CDXXXV. *idem Sol in eclipsi pallidus.*

TOTUS VERSUS IN PALLOREM.

In Christum Dominum in eclipsi mortis suæ pallidum in sinu Matris.

* CDXXXVI. *idem Sol à Lunâ quæ ipso minor est eclipsatus.*

DOCET TOLERARE MINORES.

In eam patientiam, quam superiores cum subditis suis exercere, sæpe necessarium est.

* CDXXXVII. *Idem Sol non ita diu post exortum suum eclipsin passus à Lunâ.*

ET COEPTIS INVIDAT NOSTRIS *Ovid.*

In eum cujus bona initia laborant invidiâ hominum.

* CDXXXVIII. *Sol eclipsatus.*

LABORAT ET DEFICIT.

In diligentem opificem, semper tamen pauperem.

* CDXXXIX. *idem Sol.*

LANGUET, ET ASPICITUR.

In Christum Crucifixum à B. Virgine S. Joanne, & latrone Pœnitente in monte Calvariæ aspectum.

* CDXL. *Sol lunam, à quâ eclipsin passus est, nihilominus illustrans.*

HANC TAMEN ILLUSTRAT.

In animum minimè vindicativum, reddentem bona pro malis.

* CDXLI. *P. Masenius solem eclipsatum hoc lemmate inscribit.*

ABSCONDITUR ORBI.

In Christum infantem absconsum in Ægypto, quando ad necem quærebatur ab Herode.

LAN-

LANGUET AB ASPECTU.

In eum, qui profanis amoribus languet ab aſpectu cujusdam mulieris.

* CDXLII. *Sol in eclipſi etiam curſum ſuum perficiens.*

NEC OTIOSUS CUM DEFICIT.

In infirmum, nihilominus nil intermittentem de ſolitis ſuis exercitiis.

* CDXLIII. *Sol eclipſatus cum verbis Pſalm. 71.*

DONEC AUFERATUR LUNA.

Pſalm. 71.

In quendam, qui tamdiu obſcurus eſt, quam diu non deſeret inconſtantiam, cujus Luna eſt hieroglyphicum.

* CDXLIV. *Sol eclipſatus à vicina Lunâ.*

VICINIA DAMNO EST. *Ovid.*

In nimiam cum fœminis familiaritatem, aut cohabitationem, quæ multorum virorum innocentium famæ, magnam ſæpè eclipſin attulit.

* CDXLV. *Idem ab obviâ Lunâ eclipſin patiens*

QUIA OBVII.

In eandem familiaritatem, ut ſupra.

* CDXLVI. *Idem.*

SORORIS OPUS. *Ovid. l. 3 faſt.*

In eandem familiaritatem, ut ſupra.

* CDXLVII. *idem Sol eclipſatus.*

NUNC PLURIBUS IMPAR.

In potentiam Ludovici XIV, demum armis confœderatorum redditæ imparem tantis eorundem confœderatorum exercitibus.

* CDXLVIII. *Idem.*

NUNC IMPAR ET UNI.

In morte impares omnes, huic uni.

* CDXLIX. *Idem Sol in medio cœlo eclipſatus.*

MEDIO RADIOS AMISIT OLIMPO.

In morte cujuſdam Naſſavici Principis in dimidio dierum ſuorum mortui, exhibitum legi à Patribus Societatis Jeſu. Item in eum, qui in medio honorum ſuorum curſu ſupprimitur.

* CDL. *idem Sol eclipſatus.*

QUANTUM MUTATUS AB ILLO. *Ovid.*

In quendam ſubito in moribus mutatum. In ſubitaneam mutationem fortunæ.

* CDLI. *Sol, qui Lunâ multo ſuperior eſt, ab eadem tamen eclipſin paſſus, inſcribitur.*

PATITUR QUANDOQUE SUPREMUS.

In magnorum Dei amicorum paſſiones & perſecutiones.

* CDLII. *Sol à Lunâ eclipſatus.*

HÆC OBSTAT EUNTI.

Inconſtantia (cujus ut dixi Luna hieroglyphicum eſt:) multum obeſt in ſtadio virtutis currentibus.

* CDLIII. *Idem.*

SINE LUMINE LUMINIS AUCTOR.

In Chriſtum totum in Paſſione lividum.

* CDLIV. *Idem.*

QUASI ABSCONDITUS VULTUS EJUS.

In eundem Chriſtum patientem.

* CDLV. *Idem in Eclipſi curſum ſuum perficiens.*

NEC DESES, QUANDO LABORAT.

In diligentem laboratorem.

* *CDLVI. idem Sol Eclipſatus.*

AST MENS NON DEFICIT UNQUAM.

In eum, qui inter calamitates ſemper eadem mente, & animo, ſibi conſtat.

* *CDLVII. Sol ſub nube Eclipſatus.*

DEFICIT ABSCONSUS.

In eum, qui clam in virtutibus deficit. In religioſum, qui in Religione ſuâ in quâ mundo abſconſus vide-

videtur, in virtute plus deficit, quam fecerat in sæculo.

* CDLVIII. *Sol festinus in obviam sibi Lunam, à quâ eclipsatur.*

IN MEA DAMNA VELOX.

Frequentissime properamus ad perpetuum animæ interitum, dum concitati ferimur in honores voluptates.

* CDLIX. *R. P. Lyræus Belga è Soc. Jesu. In frontispicio libri sui de Patiente Christo, solis eclipsin in aquâ repræsentat imitantem eam eclipsin, quæ fit in cœlo, cum Lemmate.*

PATIENTE PATI, CUM SOLE VIDETUR.

In animam, Christo patienti, dolorose compatientem.

* CDLX. *Sol orbi, non cœlo eclipsatus.*

ORBI, NON COELO LABORAT.

In religiosum ob respectus humanos sua facientem.

* CDLXI. *idem Sol eclipsatus.*

QUAM MALE JUNGUNTUR?

In dispar matrimonium, viri nobilis cum fœminâ ignobili, à quo magnam existimationis eclipsin patitur.

* CDLXII. *Sol eclipsatus Lunam alloquens.*

QUID LUMINA NOSTRA MORARIS!

Querela ea est, animæ conjunctionem cum corpore suo tanquam solis cum Lunâ deplorantis, unde impeditur Deum lumen suum indeficiens, in æterna beatitudine intueri. Item querela ea est cujuslibet animæ exspectantis à Deo gratiarum actualium lumina.

* CDLXIII. *idem Sol à Lunâ tectus.*

TEGIT CUM LUMIME NÆVOS.

In eum, qui tam bona, quam mala proximi abscondere nititur.

* CDLXIV. *idem Sol in eclipsi pallidus.*

PALLESCIT ET ARDET.

In Christum, in cruce emisso sanguine pallidum,

quidem, ardentem nihilominus amore ſalutis noſtræ.

* CDLXV. *idem Sol eclipſatus.*

ORBI, NON COELO PATITUR.

In hypocritam, mortificationes ſuas exercentem, non quo Deo, ſed hominibus placeat.

* CDLXVI. *Sol raro eclipſatus.*

RARO LABORAT.

In hominem pigrum & otioſum.

* CDLXVII. *idem.*

RARO PATI DIDICIT.

In hominem immortificatum.

* CDLXVIII. *Sol eclipſatus, cum directè è cœlo Lunam inſpicit.*

DEFICIT INSPECTA.

In eum, cui fœmineâ converſatio lapſus cauſa fuit. In religioſum inſpecto orbe deficientem à bonis ſuis propoſitis.

* CDLXIX. *Sol Zodiacum luſtrans eclipſatus.*

LUSTRANDO DEFECIT.

In diligentem Provincialem viſitandis Provinciæ ſuæ conventibus immortuum.

* CDLXX. *Sol eclipſatus.*

SIC DEFICIT ORBI.

In Chriſtum patientem.

* CDLXXI. *Sol cœlum adhuc ſcandens eclipſatus.*

DEFICIT ET PROFICIT.

In eum, qui orbi deficere viſus, cœlo & Deo proficit.

* CDLXXII. *Sol in eclipſi obſcuratus.*

MOERET AB EXTINCTA SIBI LAMPADE.

In Peccatorem deflentem extinctam ſibi per peccatum lampadem gratiæ ſanctificantis. Item in Virginem, deflentem extinctam ſibi lampadem pudicitiæ Virginalis.

* *CDLXXIII. Sol eclipſin evitare non valens.*

NON-

NONNE HÆC OPORTUIT PATI.

In passionem Christi Domini, & justorum omnium, quas evitare nequeunt.

* *CDLXXIV. idem Sol eclipsatus.*

OBFUSCOR, NON EXTINGUOR.

In eum, qui calumniis non nihil maculatur, plane tamen non supprimitur.

* *CDLXXV. Sol festinus ad eclipsin suam.*

PATI PROPERAT vel PATI FESTINUS ANHELAT.

In desiderium quo Christus pati optabat.

* *CDLXXVI. idem.*

ET TAMEN HUIC JUNGI PROPERAT.

Christus, etsi per assumptionem carnis nostræ, magnam in passione suâ eclipsin se passurum prævideret; nihilominus tamen eidem jungi properavit.

* *CDLXXVII. Luna solem eclipsans.*

CLARUMQUE REDEGIT IN UMBRAS.

In mortem, quæ S. Thomam Aquinatem theologorum solem sustulit.

* *CDLXXVIII. Solis eclipsis in aquis repræsentata.*

COELOQUE LABORAT ET ORBI.

In eum, qui coram Deo & hominibus laborare incipit multis defectibus.

* *CDLXXIX. Luna solem eclipsans cum sit Planetarum infimus.*

TANTUM INFIMUS AUDET.

In abjecti cujusdam hominis audaciam.

* *CDLXXX. Sol eclipsatus ex eclipsi suâ properans.*

EXPEDIT UT VADAM.

Expediit Christum in passione suâ eclipsatum in cœlum ascendere, ut advocatus noster ibi esset.

CAPUT XI.

SOL CUM NUBIBUS ET NEBULIS.

P. Masenius in Meditationibus suis.

* *CDLXXXI. Soli sub nubibus latenti inscripsit.*

LATET MAJESTAS.

In Christi Majestatem, in Venerabili Sacramento latentem sub nube specierum sacramentalium.

* *CDLXXXII. Sol sub nubibus mœrens.*

ORBI MOERET, FULGET OLIMPO.

In lachrymas pœnitentiæ, quibus dum hoc in mundo mœret anima nostra, in oculis divinis fulget, iisdem jam mundata.

* *CDLXXXIII. Sol nubes sibi obstantes illustrans.*

OBSTANTES ILLUSTRAT.

In eum, qui inimicos docet, aut alio modo iis benefacit. In D. Deum, qui peccatores illustrat gratiis actualibus ut convertantur.

* *CDLXXXIV. Sol vapores trahens.*

HOS VI TRAHIT, ILLE SUAVI.

In eloquentiam. In D. Deum, suaviter ad se trahentem peccatores.

* *CDLXXXV. Sol nubes calore suo discutiens.*

ABSCONSUS DISCUTIT.

In examen conscientiæ, in spiritualibus exercitiis solitarie peractum.

* *CDLXXXVI. Sol fulmina parturiens in nubibus.*

SUA FULMINA PARTURIT ADHUC.

In tardam D. Dei vindictam quam parat in peccatores. In animum tarde vindicativum.

* *CDLXXXVII. Sol per nubes transparens.*

IN-

INTER TOT NUBILA SPLENDET.

In eum, qui inter nubila adversitatum, major redditur iisdem toleratis.

* CDLXXXVI. *Sol inter nubes ardens.*

VELATUR ET ARDET.

In Virginem sacram, quæ in susceptione veli sui intenso amore fertur in Deum.

* CDLXXXVII. *Sol inter nubes mœrens.*

VELATUS MOERET.

In Virginem sacram, male de religione vocatione suâ & velo sacro contentam.

* CDLXXXIX. *Sol sensum nubibus obducendus.*

SENSIM VELABOR.

In Virginem novitiam peracto Novitatu velo sacro donandam.

* CDXC. *Sol inter nubes coronatus splendore aliquo instar coronæ in nubibus apparente.*

DE MEO VELO MEA CORONA.

In Virginem sacram, amplâ remuneratione donandam in cœlo, quod neglecto sponso mundano, velari voluerit sponso virginum Christo Domino.

* CDXCI *Sol nubes dissipans.*

INTER TOT NUBILA VICTOR.

In animum omnibus æmulis & adversitatibus majorem.

* CDXCII. *Sol intra nubes fulmina parans.*

PARAT INTER NUBILA FULMEN.

In eum, qui inter varios turbines vindictæ suæ locum quærit.

* CDXCIII. *Sol vapores elatos dissipans.*

DISSIPAT ELATOS.

In D. Deum, qui dispergit superbos mente cordis sui.

* CDXCIV. *Sol sub nubibus innoxie conspiciendus.*

VELATUM ASPICIES.

In Christum, innoxiè spectandum, sub velo sacramentalium specierum.

Sol

CDXCV. *Sol nubem quâ velabatur, pluviam convertens.*

DE MEO VELO, ISTÆ LACHRYMÆ.

In Virginem velatam, cui religiosa vocatio causa est multarum lachrymarum pœnitentialium. Item in similem Virginem, tristem de sua vocatione religiosa.

* CDXCVI. *Sol nubem attrahens, & dissipans.*

NUBEM SIBI PONIT, ET AUFERT.

In Christum, ponentem se sub speciebus sacramentalibus, & vicissim se iis subtrahentem cum earundem specierum corruptio, id exigit.

* CDXCVII. *Sol in inaccessos scopulos radios suos immittens.*

LUSTRAT INACCESSOS.

In eum, qui difficultates hactenus non tentatas elucidat.

* CDXCVIII. *Sol nubes sibi formans.*

SUSCITAT ADVERSOS SIBI.

In eum, qui in humano agendi modo, sibi diversos æmulos suscitat.

* CDXCVIII. *Sol dum à nubibus coronam à radiis formatam habet, festinus ad perficiendum iter suum.*

CORONATUR ET FUGIT.

In Christum Dominum, fugientem, dum in eremo populus eum regem facere volebat. In eum, qui alienus est ab honoribus mundanis.

* CDXCIX. *Solem fugientem, corona radiorum suorum, in nubibus formata, comitatur.*

FUGACEM COMITATUR HONOS.

Honor fugacem persequitur.

* D. *Sol nubes dissipans in pluviam cum sub nubibus velut mœrens apparet.*

FUNDIT OPES MOERENS.

In tristem eleemosynarium, seu datorem.

Sol

* DI. *Sol ſub nubibus latens, & eaſdem diſſipans in pluviam.*

COELESTES EFFUNDIT OPES ET CONDITUR.

In ſecretum eleemoſynarum.

* DII. *Sol vapores jam perfectos diſſipans.*

DESTRUO PERFECTOS.

In mundum, viros perfectiſſimos ſæpe pervertentem.

* DIII. *Sol vapores perfectos per pluviam remittens*

REDDO PERFECTOS.

In novitiatum religioſum, vel Epiſcopale ſeminarium.

* DIV. *Sol vapores quos levavit, in nubes formans, quæ poſtmodum inter fulmina collidentur.*

IN PRÆLIA FORMO LEVATOS.

In ducem ſuos formantem ad bella & prælia.

* DV. *Sol nullis nebulis aut nubibus in curſu ſuo ſiſtendus.*

SISTI NESCIUS ADVERSIS.

In animum, in via virtutis nullis adverſitatibus ſiſtendum.

* DVI. *Sol ſub adverſis ſibi nubibus latens minus ardens.*

MITIOR ADVERSIS

In indolem ferociorem, adverſitatibus cicuratam & mitigatam.

* DVII. *Sol à nubibus ſibi adverſis modo quo ſupra dictum eſt coronatus.*

PRÆSTANT ADVERSA CORONAM.

Adverſitatibus patienter perpeſſis coronam meremur apud D. Deum.

Sol

* DIX. *Sol sub nube latens impunè conspectus.*

DUM LATET ASPICITUR.

In Christum in Eucharistiâ à fideli populo conspectum.

* DX. *Sol vapores attrahens formandos in nubes, quæ collisæ belligerabunt.*

IN PRÆLIA COLLIGIT HOSCE.

In Virum militarem conscribentem milites. In collectionem argumentorum Polemicorum contra hæreticos.

* DXI *Sol nubes quas attraxit dissipans.*

QUOS ATTRAHO PERDO.

Ingenium hoc mundi est, cultores suos quos voluptatibus suis irretiit, in æternum exitium detrudere.

* DXII. *Sol vapores attrahens*

QUOS TRAHIT HOS LEVAT.

In D. Deum, quos ad se attrahit, destinantem ad æterna præmia in cœlo.

* DXIV. *Sol undique vapores attrahens.*

QUOS VULT, TRAHIT UNDIQUE.

In D. Deum, quos vult trahentem, ex omni tribu, populo, natione, &c.

* DXV. *Sol coronam habens ab elatis à se nubibus.*

CORONATUR ELATIS.

In eum Monarcham, qui tales ad dignitates elevavit, ob quos mercedem habiturus est à D. Deo in cœlis.

* DXII. *Sol sub elatis à se nubibus pallidus.*

PALLET AB ELATIS.

In Christum Dominum in cruce pallidum operâ eorum quos ad dignitates levarat Caiphæ, Pilati, Sacerdotum &c. Item in eum qui quos extulit demum formidare cogitur.

* DXVI. *Sol elatos vapores, demum per pluviam in orbem spargens.*

QUOS

QUOS ATTRAHO, SPARGO PER ORBEM.

In Christum Dominum, Apostolos suos quos ad se traxit, mittentem in orbem universum, ad prædicandum Evangelium.

* DXVII. *Sol collectis vaporibus conditus.*

COLLECTIS CONDITUR.

In avarum, qui collectis sæpe multis curis, divitiis, iis non fruiturus, tumulo conditur.

* DXVIII. *Sol nubes quas attraxit gravidans.*

QUOS TRAHIT HOS GRAVIDAT.

Deus, quos per vocationem religiosam ad se tratrahit, eosdem etiam donis & gratiis spiritualibus cumulat.

* DXIX. *Sol post nubes in pluvias dissipatas, nonnihil languescere visus.*

LANGUET AB EFFUSIS.

In Eleemosynarium, post multas eleemosynas profusas, demum segniorem in iis elargiendis.

* DXX. *Sol nubibus tectus minus æstuans.*

TECTUS MINUS ÆSTUAT.

In Religiosum, vel velatam Virginem, minus in religione fervidam, quam fuerat in sæculo.

* DXXI. *Sol cum nubibus sese collidentibus inter fulgura.*

MEA SUNT CERTAMINA.

In quendam qui inter certos Principes collisiones quasdam causaverat.

* DXXII. *Sol sub nubibus absconsus, altius horizontem scandens.*

PROFICIT ABSCONSUS.

In Religiosum, inter claustra religiosa absconsum, sed secretè proficientem.

* DXXIII. *Sol nubibus tectus, adhuc vapores attrahens.*

ET TECTUS ATTRAHIT.

In Christum sub speciebus sacramentalibus absconditum, attrahentem corda hominum.

* DXXIV. *Sol nubibus coronatus vel ſupra, mœrere tamen adhuc viſus.*

PLANGO CORONATUS.

In eum, qui inter honores mundanos, de iis multum affligitur.

* DXXV. *Sol dum ſub nubibus, ab iiſdem radio in eas immiſſo coronatur, mœrens.*

DUM MOERET CORONATUR.

In lachrymas pœnitentiæ à Deo coronandas.

* DXXVI. *Sol etſi adverſas ſibi nebulas, aut nubes habeat, tamen conſtanter iter ſuum peragens.*

CONSTAT IN ADVERSIS SEMPER SIBI.

In animum, inter adverſa ſemper conſtantem.

* DXXVII. *Sol ſub nubibus.*

MINUS ARDORIS, NON LUCIS.

In eum, qui inter calamitates, minus D. Deum amat quidem, non tamen minores quam ante ab eo gratias actuales percipit.

* DXXVIII. *Sol nubes quas diſſipat ſimul illuſtrans.*

PERDIT ET ILLUSTRAT.

Mundus quos in interitum adducit, honoribus tamen illuſtres exhibet.

* DXXIX. *Sol vapores in fulmina colligens.*

IN FULMINA COLLIGIT ADHUC.

In animum meditantem adhuc de mediis exercendæ vindictæ ſuæ.

* DXXX. *Sol radiis ſuis in nube coronatus, è cœlo in hanc coronam deſpiciens.*

E COELO MEAM DESPICIO CORONAM.

In ſanctum quendam Imperatorem vel Regem è Cœlo nunc deſpicientem regnum mortale quod tenuerat.

* DXXXI. *Sol nebulam diſſipans.*

DISSIPAT INTUITU.

In Chriſtum Dominum, ſolo intuitu ſternentem Judæos in terram, qui ad eum occidendum veneran

rat. In Chriſtum ſolo intuitu ſuo in anima noſtra diſſipantem omnes nebulas mœſtitiæ, puſillanimitatis &c.

* DXXXII. *Sol nebulam attrahendo, ſerenum cœlum reddens.*

TRAHENDO SERENAT.

In D. Deum qui trahendo nos gratiæ ſuæ funiculis, ſerenat conſcientias noſtras.

* DXXXIII. *Sol à nubibus quas extulit mœrens.*

MOERET AB ELATIS.

In eum, qui mœret ab iis elatis, quos indignos ad dignitates promoverat.

* DXXXIV. *Sol è nubibus elatis obſcuratus.*

OBSCURATUR ELATIS.

In eum, qui obſcurus redditur ab indultis nimium animo ſuo inordinatis paſſionibus. In eum, qui contemptibilem ſe reddidit per aſſumptionem indignorum ad officia.

* DXXXV. *Sol ab adverſis ſibi nebulis aut nubibus mœrere viſus.*

MOERET AB ADVERSIS.

In animum, inter adverſitates dejectum. In pœnitentem animam contra quam peccatum ſuum cum Pſalte Regio eſt ſemper.

* DXXXVI. *Sol vapores etiam ex fimo trahens.*

TRAHIT DE FOECE VAPORES.

In eum qui è malis bona ſcit elicere.

* DXXXVII. *Sol tectus una cum maculis ſuis, ab iis quas levavit nubibus.*

TEGUNT NÆVOS, QUAS IPSE LEVAVI.

In gratum Clientem conantem nævos Patroni ſui orbi abſcondere.

* DXXXVIII. *Sol, nubes, quas format, radiis in eas immiſſis coronans.*

QUAS CONDO CORONO.

In D. Deum coronantem in cœlo suos quos condidit.

* DXXXIX. *Sol ab iis quas formavit nubibus modo supradicto coronatus.*

QUAS CONDO, CORONANT.

In Christum, spinis coronatum ab iis, quos condidit hominibus.

* DXL. *Sol à nubibus quas formavit conditus.*

IPSE CONDI VOLUIT.

In Christum, qui ipse non solum pati, sed & condi ac sepeliri voluit in corde terræ.

* DXLI. *Sol coronatus sub nubibus latens.*

CORONATUR ET LATET.

In eum, qui coronam mundanam fugit.

* DXLII. *idem Sol.*

CORONATUR, DUM LATET.

Solitudine coronam nobis fabricamus in cœlo.

In Coronam, delatam ei, qui maxime latere cupiebat.

* DXLIII. *Sol vapores levissimos, in nubes gravidas pluviâ convertens.*

EX LEVIBUS, FACIT ILLE GRAVES.

In Prælatum, qui ex levibus adolescentibus formare scit viros graves.

* DXLIV. *Sol sub adversis sibi nubibus latens.*

CONDITUR ADVERSIS.

In eum, qui in adversitatibus latere studet.

* DXLV. *Sol vapores attrahens.*

HOS COLLIGO MUNDO.

Societas Jesu nobilissima sibi ingenia attrahens, in mundi utriusque solatium & bonum, unde is habeat Professores, Concionatores, Catechistas, Confessarios, Doctores, fidei Catholicæ in altero orbe Prædicatores &c.

* DXLVI. *Sol collectis à se vaporibus obscuratus.*

OB-

OBSCURATUR COLLECTIS.

In Principem, qui ſe nimiis ſubditorum ſuorum collectis & contributionibus obſcurum reddit.

* DXLVII. *Sol vapores elatos, in pluviam perficiens.*

PERFICIT ELATOS.

Deus, quos ad dignitates elevat, eos etiam gratiis ſuis, ad eas aptos reddit.

* DXLVIII. *Idem.*

COLLECTOS PERFICIT.

Deus, Apoſtolos collectos, in unum, in feſto Pentecoſtes per Spiritum S. perfecit, ad Evangelii prædicationem.

* DXLIX. *Sol cum obſtantibus ſibi nebulis ac nubibus.*

OBSTANTES PATITUR.

In animum, erga æmulos ſuos omnino patientem.

* DL. *Sol coronatus ad modicum tempus eadem coronâ brevi diſparente.*

NUNQUAM LONGÆVA MAJESTAS.

In breves, & non diuturnos mundi hujus honores.

* DLI. *Sol nubes obſtantes patiens & ſimul coronatus.*

CORONATUR ET PATITUR.

In Chriſtum Dominum in Paſſione ſuâ coronatum.

* DLII. *Sol nebula diſſipata pulchrior.*

HINC PULCHRIOR IBIT IN HOSTES.

Homo poſt devictas tentationes, majori animo contra mundum, carnem & dæmonem depugnaturus.

* DLIII. *Sol nunquam à nubibus vel nebulis tutus.*

AB ADVERSIS NIHIL UNDIQUE TUTUM.

Nemo quantumvis etiam ſanctus ac bonus, tutus eſt ab æmulis & adverſariis.

* DLIV. *Sol in pleno & aperto cœlo undique nubibus & nebulis expoſitus.*

ADVERSIS PATET UNDIQUE.

In ſanctos & juſtos, undique hoſtibus & adverſitatibus expoſitos.

* DLV. *Sol vapores è terra attrahens.*

ARCANIS TRAHIT HOSCE MODIS.

In arcanos modos, quibus Deus ſuos ad ſe novit attrahere.

* DLVI. *Sol vapores attrahens, poſt à ſe in pluviam diſſipandos.*

COLLIGIT UT PERDAT.

In Principem abutentem tributis ſuis, in luxus & injuſta bella.

* DLVII. *Sol è Cœlo ſuo deſpiciens in adverſas ſibi nubes.*

DESPICIT ADVERSOS.

In animum generoſum, æmulos deſpicientem. Item in eum qui Dæmonum inſultus contemnendo Victor evadit

* DLVIII. *Sol in nubibus coronatus.*

DIGNUS MELIORE CORONA.

In eum cui merces non reſpondet meritis.

* DLIX. *Sol in nubibus coronatus, ſic in ſpeculo repræſentatus.*

ET IN PARVO CORONATUS.

In eam coronam, quæ etiam minimis bonis operibus à Deo obtingit.

* DLX *Sol à vaporibus, quos elevavit major apparens.*

MAJOR AB ELATIS.

In

In eum qui à promotis per ſe clientibus ad dignitates evehitur.

* DLXI. *Sol ſub nubibus ardens.*

LATEAM DUM ARDEAM.

Lateam orbi, dum ardeam Deo.

* DLXII. *Sol nubem diſſipans, in quâ iridem formoſiſſimam format.*


QUAM DISSIPAT, ORNAT.

Mundi ingenium eſt, eos quibus in vita nos ornavit honoribus, omnes in morte diſſipare.

* DLXIII. *Sol à motu cœli, quem trepidationis vocant, ſemper trepidus.*

AB HOC TREPIDO.

In eum timorem, quo Leopoldum ſemper extimuit Gallia, cujus modernus Rex pro ſymbolo ſolem habet.



CAPUT XII.

SOL IN ZODIACO.

DLXIV. *Sol semper in Zodiaco.*
CUI SOLI SOL SEMPER.

In Regem Hispaniæ, in cujus Regnis sol nunquam occidit. Inscriptum id habetur portis urbis Gruiac: In Burgundiâ. In sanctos in cœlo, quibus sol Deus semper splendet.

DLXV. *Sol ad signum Virginis properans.*
JUNGI FESTINUS ANHELAT.

In Christum, in Incarnatione properantem ut B. Virgini-

gini in utero jungeretur. Item in amores festinos mundani sponsi.

* DLXVI. *Sol in piscibus (quod inter frigida signa est) desinens, postquam in medio signorum Zodiaci multum incaluerat.*

MEDIUM CALET, EXITUS ALGET.

In eum, qui fervida principia sortitus, in fine demum omnino algidus erat.

* DLXVII. *Sol ad signum Virginis tendens.*

MOTU TENDIT PROPRIO.

In Christum Dominum, qui motu proprio elegit incarnari in utero B. Virginis.

* DLXVIII. *Sol in Zodiaco.*

CONSUETUM SECTATUR ITER.

In eum, qui non deflectit, à consueto sibi virtutum itinere.

* DLXIX. *Sol in signo Leonis.*

MAJORA SUPERSUNT.

In eum cui post devictos hostes, plures & graviores supersunt.

* DLXX. *Sol signa Zodiaci ingressu suo sospitans.*

SOSPITAT HOSPITIO.

In Christum, hospitio suo quod in utero B. Virginis habuit, eidem omnes gratias conferentem.

* DCLXXI. *Sol in Ecliptica.*

MEDIUM SI DESERAT, ERRAT.

Medium in omnibus qui non tenuerit vehementer errabit.

* DLXXII. *Idem.*

MEDIO NE DEVIET, HÆRET.

Idem.

* DLXXIII. *Sol cum eodem signo Zodiaci simul consurgens.*

LUSTRATIS CONSURGIT ET OCCIDIT UNA.

In Visitatorem religiosum, parem cum iis quos visitabat, in surgendo, & dormiendo sortem habens.

* DLXXIV. *Sol in Zodiaco.*

HIC STUDIUM HIC STADIUM.

In vitam noſtram, in qua tanquam in ſtadio ad felicem æternitatem, omne nobis ſtudium collocandum eſt.

* DLXXV. *Sol placidus percurrens Leonem, Sagittarium, Scorpium &c. monſtra.*

MONSTRA LUSTRAT PLACIDUS.

In placidum viſitatorem erga ferociſſimos etiam ſubditos.

* DLXXVI. *Sol ardorem ſuum in ea Zodiaci ſigna quæ luſtrat inferens.*

QUOS LUSTRAT ACCENDIT.

In Viſitatorem aut Miſſionarium, accendentem ad virtutem animos eorum quos viſitat.

* DLXXVII. *Signa Zodiaci illuſtrata & à ſole accenſa.*

ARDENT LUSTRATA NITENTQUE.

In Viſitationem Religioſam, quæ medium eſt, Religiones in priſtino & primævo ſuo nitore conſervandi, & accendendi in amorem Dei ac virtutum.

* DLXXVIII. *Sol in Zodiaco cum Lemmate*

QUI POTUIT TRANSGREDI, ET NON EST TRANSGRESSUS.

In eum qui ſæpe occaſiones habens Dei præcepta transgrediendi, ea tamen exactiſſime ſervat.

* DLXXIX. *Sol curſum ſuum incipiens in ſigno Arietis, in quo mitis omnino orbi eſt.*

MITE PRINCIPIUM.

In Prælatum in principio Regiminis mitem & clementem.

* DLXXX. *Sol in æquinoctiali lineâ conſtitutus.*

ALTIUS IRE NEQUIT.

In ſummam ſanctitatem Chriſti Domini, aut B. Virginis. Item in ſummum quendam in Aula Miniſtrum.

Sol

* DLXXXI. *Sol in ecliptica constitutus, quam lineam nunquam egreditur.*

PER ANGUSTAM VIAM.

In viam angustam quæ ducit ad cœlum.

* DLXXXII. *Sol in nullo signo quiescens.*

NUNQUAM FIXA QUIES.

Hoc in mundo nullibi fixam quietem habentes, eam præstolamur in cœlis.

* DLXXXIII. *Sol in Amphoræ signo constitutus, altius versus æquinoctialem progrediens.*

ALTIUS IRE DECET.

Altiora Christianum animum decent, quam amphoram & carnales voluptates sectari.

* DLXXXIV. *Reverendus P. Jacobus Coret solem in Zodiaco exhibet in vitâ S. Catharinæ Wadtzsteensis Filiæ S. Birgittæ cum Lemmate*

ÆQUALI SEMPER GRESSU.

In soliditatem & firmitatem sanctæ ejus in decurrendo virtutum Zodiaco.

* DLXXXV. *Sol libram egrediens.*

COMMERCIA NOSTRA PEROSUS

Luc. Lib. 3.

In eum, qui pertæsus mercaturæ, eadem se abdicat.

* DLXXXVI. *Sol ex Tauro procedens ad Geminos.*

PER TAURUM AD GEMINOS.

In Christum Dominum, qui per labores (quorum Taurus hieroglyphicum est) & sacrificium crucis, in Ascensione sua rediit ad Patrem & Spiritum Sanctum.

* DLXXXVII. *Sol in signo Arietis, tanquam in vellere aureo constitutus, indolem suam mutans, cum ver nobis formet ex hyeme.*

HONORES IMMUTANT MORES.

In naturam honorum mundanorum mores nostros immutantium.

Sol

* DLXXXVIII. *Sol in Zodiaco.*

EST HIC META MIHI.

In metam cuilibet homini à Deo conſtitutam, in donis naturalibus, quam egredi non datur.

* DLXXXIX. *Sol in ſignum Tauri & Geminorum quando dies longiores orbi oriuntur.*

INCIPIUNT MAGNI PROCEDERE MENSES.

In felicitatem regno ſuperventuram ex ingreſſu, vel regimine novi Regis, acclamatum à Repub. Gedanenſi fuit Joan. III. Regi Poloniæ.

* DXC. *Sol in libra occidens à Theſauro inſcribitur.*

ÆQUUS IN OCCASU.

In Principem qui ad exitum uſque coluit Juſtitiam, Et vel ex eo quoque quod moriendo ſolvebat debitum univerſæ carnis.

* DXCI. *Sol in ariete veluti aureo vellere officium ſuum orbi peragens ut ante.*

NEC MORES MUTANTUR HONORE.

In Virum in honoribus humilem ut ante.

* DXCII. *Sol in ſigno cancri ſtare & à nobis regredi viſus.*

CUM REGRADO REGRADUS.

In mala conſortia, quibus malis ſociorum moribus inficimur.

* DXCIII. *Sol in Virginis ſigno conſtitutus, fruges maturans*

SALUS EST A VIRGINE MUNDO.

In B. Virginis partum, quo Chriſtum Dominum orbi edidit, qui ipſe eſt, qui ſalvum faciet populum ſuum à peccatis eorum.

* DXCIV. *Sol ſigna omnia Zodiaci, gradibus ſuis definita percurrens.*

PER CUNCTOS IIT ILLE GRADUS.
Claud.

In promotionem ſucceſſivam ad honores factam, abſque ſaltu.

Sol

* DXCV. *Sol per duodecim Zodiaci ſigna, tempora formans.*

PER DUODENA REGIT. *Virg. Georg.*

In Chriſtum, primitivam Eccleſiam regentem per duodecim Apoſtolos.

* DXCVI. *Sol cui nullibi in Zodiaco meta eſt, ubique autem quaſi hoc momento prius incipit.*

PRINCIPIUM UBIQUE, TERMINUS NUSQUAM.

Doctrina Aſcetica eſt, ſic agendum homini Chriſtiano, quaſi modo Primum diem vivere inciperet, atque æternum victurus eſſet, æternitati laborando; Stude tanquam ſemper victurus, inquit S Hieron.

* DXCVII. *P. Pineda expreſſurus fortunæ vices, quas S. Propheta Job expertus fuerat, ſolem in Zodiaco expreſſit cum lemmate,*

MUTAT VICES.

In fortunam. Item in D. Deum, mutantem cum Creaturis ſuis vices, in lætis & adverſis, hoc in orbe, & altero, ut qui hic male habuit ei in altero orbe benè ſit, & vice verſâ, Cui hic bene fuit, male ſit in vita altera. Exemplum Evangelium ſuggerit in Lazaro & Epulone.

* DXCVIII. *Sol cum Zodiaco circumactus.*

VOLVOR QUO VOLVITUR ILLE.

In amicum, qui altero Patrono ſubnixus, ipſo cadente fortunæ revolutionem patitur.

* DXCIX. *Sol, cui poſt Geminorum ſignum, ſignum Cancri additur.*

POST GEMINOS CANCER.

Quando ſecunda in Deitate Perſona, relicto cœleſti ſuo Patre & Spiritu Sancto, naturam humanam aſſumpſit, ipſa inſtar cancri retrocedere, minorando ſe, viſa fuit.

* DC. *Sol in ſigno arietis, quod radiis ſuis illuſtrat & quaſi deaurat.*

AURATO IN VELLERE FULGET.

In

In Equitem aurei velleris. In S. Joſephum, immaculatum agnum, Chriſtum Dominum, ulnis ſuis complectentem.

* DCI. *Sol in arietis ſigno cum rubore oriens.*

AURATO IN VELLERE RUBET.

In Equitem velleris aurei, hac in dignitate humilem.

* DCII. *Sol in Geminis occidens.*

OCCASUM IN GEMINIS.

Quando amantiſſimus mihi parens Everhardus DE CATENA Ao. 1684. in Majo, ſole in Geminis conſtituto, ad meliorem vitam à Deo evocatus fuit, elegantiſſimo carmine, ipſius morti indoluit Collegium Colonienſe ſoc. Jeſu. Titulum doloris Collegium ſumpſit ex gentilitio ejus agalmate Solis, quem inſcripſere SOL IN GEMINIS OCCUMBENS. Ipſum ſic in Geminis occumbentem, exhibuere per duodecim ſigna Zodiaci, in quibus ejus virtutes, apud diverſos S. Rom. Imperii Principes æſtimationem, & præcipuos quibus in Colonienſi Republicâ perfunctus fuerat honores & munia, explicabantur, digna ſane omnia quæ hocce in meo opere locum habeant, niſi religioſa modeſtia, ſilentium mihi imperaret. Placuit tamen, hic eidem Collegio hanc grati animi teſſeram ponere, nunquam, apud me, vel familiam meam intermorituram. De cætero, Chr. Dominus alter mihi & melior Pater, quando decurſo jam Incarnationis ſuæ Zodiaco hoc in mundo, in monte Calvariæ ſub Conſulatu duorum Geminorum ſpiritum in manus Patris commendans, inclinato capite mortuus eſt, verè tunc Univerſi totius ſol habuit OCCASUM IN GEMINIS.

* DCIII. *Sol in Zodiaco ea ſigna quæ ante annum luſtraverat, denuo luſtrans.*

QUÆ LOCA VIDERAT ANTE, CUNCTA RECOGNOSCIT. *Ovid.*

In

In Visitatorem sedulum, recognoscentem emendationes Priorum visitationum. In Missionarium absoluto circulo suo, denuo visitantem Priora loca. In iteratum Conscientiæ examen.

* DCIV. *Sol in Libræ signo.*

SUSPENDIT TEMPORA LIBRA.

Pers. satgr. 5.

In æstimatorem temporis.

* DCV. *Sol in signo Leonis quod signo Virginis vicinissimum est, flagrantissimus.*

VIRGINE VISA ARDET, *Ovid.*

In amorem profanum cujusdam Virginis ortum habentem ex ejus intuitu.

* DCVI. *Sol in signo Virginis, nunquam in Constellatione Planetæ Veneris.*

IN VIRGINE NUNQUAM INVENERE.

In castum animum.

* DVII. *Sol Virginis signo splendorem suum communicans, ab eodem etiam decoratur, tunc orbi plurimum benefaciens. &c.*

DECUS ADFERT ET AUFERT.

In Christum, qui mirum Decorem B. Virgini sicut attulit, ita & ab ea eum etiam recepit, quod Filius intemeratæ Matris sit Item in sponsam illustrem, quæ uti à sponso nobili decus accipit, ita & ei splendore suorum natalium decus pariter reddit.

* DCVIII. *Sol mundi oculus in signo Libræ constitutus.*

ASPICIUNT OCULIS SUPERI MORTALIA JUSTIS *Ovid. Lib. 13. Met. Fab. 1.*

In justitiam divinam quâ hæc mortalia respicit.

* DCIX. *Sol in signo aliquo inferiori constitutus.*

PAULATIM LONGIUS ITUR *Ovid. Lib 4. fast.*

Paulatim tam in sanctitate, quam in vitiis proficimus

proficimus, nemo enim repente fit pessimus, neque sanctissimus.

* DCX. *Sol in quolibet signo diversos orbi effectus reddens, modo fruges, modo vina, modo fructus &c.*

ALTRI TEMPI ALTRE CURE. *Adagium Italicum est.*

ALIA TEMPORA, ALIÆ CURÆ.

In quamlibet diem, novas curas secum ferentem.

* DCXI. *Sol signum Virginis egrediens.*

VIRGINEOS CITO LINQUIT AMORES.

In sodalem Marianum, deflectentem à bene cœptis amoribus B. Virginis. Item in inconstantes profanos amores.

* DCXII. *Sol in signo amphoræ rubicundus.*

AB AMPHORA RUBET.

In quendam eximium potatorem rubicundum ex potu. In Pœnitentem de sua ebrietate.

* DCXIII. *Sol ex signo aliquo æquinoctiali vicino progrediens ad signum demissius.*

PRESSIUS IRE JUVAT.

Decet nos quotidie magis ac magis humiliare.

* DCXIV. *Sol in signo arietis & libræ.*

ULTERIUS SPERARE NEFAS.

Sunt enim hæc altissima signa ad æquinoctialis lineam constituta. In summam in Aula dignitatem, quam ultra sperare nefas erit.

* DCXV. *Sol in signo arietis, quod mansuetum animal est, orbi benignus, nec nimium rigidus, nec ardens.*

CUM MITE BENIGNUS.

Consortia mansuetorum pariter nos mansuetos reddunt.

* DCXVI. *Sol inter tot Zodiaci monstra semper sibi constans.*

TOT

TOT INTER MONSTRA SIBI CONSTAT.

In animum inter malos socios semper constantem.

* DCXVII. *Sol, cui Zodiaci signa viam præbent.*

MONSTRA VIAM MONSTRANT.

Maximæ difficultates superatæ, viam honoribus & sanctitati præbent.

* DCXVIII. *Sol ad pristina signa rediens.*

AD PRISTINA RURSUM.

In deficientem à propositis bonis, & redeuntem ad mores pristinos.

* DCXIX. *Sol in signis solstitialibus constitutus.*

PRESSIUS IRE NEQUIT.

In humilitatem Christi Domini, quâ major esse nulla potuit.

* DCXX. *Sol cum cœlum maxime ventis turbatur pisces petit.*

PETIT INTER TURBIDA PISCES.

In eum, qui turbas amat, vel concitat, ut in aqua, ut vulgo dicitur, turbidâ piscari valeat.

* DCXXI. *Sol semper uno gradu altior rediens.*

GRADU MELIORE REDIBO.

In eum, qui absens, redit dignitate majore clarus, quam discessit.

* DCXXII. *Sol signa Zodiaci semper mutans.*

MUTO LOCUM, AST COELUM NON DESERO.

In eum, qui inter continuas locorum mutationes, animo semper fixo est in Deum & cœlestia.

* DCXXIII. *Sol in signis solstitialibus orbi lentior visus.*

NIL LENTIOR INDE.

In eum qui etsi orbi videatur segnis in spiritualibus, in iis tamen est ardentissimus & diligentissimus.

CA-

CAPUT XIII.

SOL OCCIDENS.

* DCXXIV. *Sol in occasu major apparens.*

NON IDEO MAJOR.

In Hypocritam, qui ideo bonus non eſt quod orbi talis videatur.

* DCXXV. *Sol poſt occaſum adhuc ſplendens.*

LUCET ADHUC.

In Chriſtum Dominum, qui mortuus adhuc lucebat in oculis ſuorum Crucifixorum, è quibus aliquis dicebat: Vere hic Homo juſtus erat! In Eum, qui mortuus ſuarum virtutum ſplendorem orbi adhuc relinquit.

* DCXXVI. *Sol occidens à Collegio Colon. Soc. Jeſu in obitu Maximiliani Henrici Colon. Electoris exhibitus fuit cum Lemmate*

COGNOVIT OCCASUM SUUM.

In eundem Maximilianum Electorem, prædicentem ſuæ mortis tempus. Item in Chriſtum Dominum qui ſciens quoniam venit hora ejus, ut tranſiret ex hoc mundo.

* DCXXVII. *Sol occidens.*

EXORIAR ALIIS.

In ſanctos, hoc in orbe morientes quidem, aſt orientes orbi altero in perpetuas æternitates. In ſanctum mutantem locum ſuarum Prædicationum.

* DCXXVIII. *Sol occidens, Luna oriente.*

SUCCESSORI CEDENDUM.

In mortalia regna & bona, relinquenda ſemel, & ſucceſſoribus cedenda.

* DCXXIX. *Sol occidens, Lunâ oriente à Zincgrefio inſcribitur.*

SUCCESSORE NOSCAR.

Præ-

Præſentes ſæpe flocci habemur, aſt à ſucceſſore pejore ſuccedente, prius dignoſcimur.

* DCXXX. *Sol occidens & oriens cum Planeta Venere.*

SIMUL MERGIMUR, SIMUL EMERGIMUS.

In duos amicos, parem in proſperis & adverſis ſortem expertos.

* DCXXXI. *Sol in occaſu rubicundus ab iis quos è terra levavit vaporibus.*

HIC RUBOR E TERRA EST.

In verecundiam, quam ſuſcitat nobis mundus.

* DCXXXII. *Sol inter nubes abſconſus occidens.*

SIC OCCIDIT ORBI.

In Chriſtum, in monte Calvariæ morientem, & abſconſum inter livores & dolores. In eum, qui orbe valere juſſo, ſolitudinem Religioſam amplectitur.

* DCXXXIII. *Sol inter nubes velatus & tectus occumbens.*

HÆC ETIAM CURA CADENTIS ERAT.

Ovid. l. 2 Faſtorum de Lucretia.

Nec mora, cælato fixit ſua pectora ferro,
Et cadit in patrios ſanguinolenta pedes.
Tunc quoque jam moriens, ne non procumbat honeſte,
Reſpicit, HÆC ETIAM CURA CADENTIS ERAT.

In curam caſtitatis in agone, quâ inſignis fuit Maximilianus Elector Colon. ſupra nominatus & Sereniſſimus Philippus Wilhelmus Elector Palatinus, nolens corpus poſt mortem ad condiendum balſamo manibus contrectari, ſic viva calce obrui.

* DCXXXIV. *In Balneo Lubomiriano prope Varſaviam, Sol in occaſu, exiguo ſui ſegmento ſupra horizontem noſtrum adhuc prominens inſcribitur.*

PROSPICIT ADHUC.

Mentem Celſiſſimi Auctoris quidem non ſcio, videtur tamen Symbolo iſto ſignificare voluiſſe eum,

*qui jam moriens adhuc ſuorum curam habet. In Chriſtum Dominum, qui moriens in monte Calvariæ ſanguine & aquâ lateris ſui, Eccleſiæ adhuc proſpexit, ex quibus Sacramenta Eccleſiæ fluerent.

* DCXXXV. *Sol in occaſu major.*

MAJOR CUM MERGITUR.

In eum quem adverſa majorem faciunt. In B. Joannem Neopumecenum aquis ſuffocatum propter arctiſſimum ſilentium ſigilli Confeſſionis. In eum, qui ex lachrymis pœnitentiæ ſanctior efficitur.

* DCXXXVI. *Sol occidens cum rubore.*

LUSTRATO RUBET AB ORBE.

In eum qui talia in itinerando commiſit propter quæ merito verecundiâ duci poſſit.

* DCXXXVII. *Sol cum Venere Planetâ oriens & occidens.*

NULLA VENIT SINE TE NOX, MIHI, NULLA DIES.

In hominem Venereum, quotidie Deum offendentem peccatis luxuriæ.

* DCXXXVIII. *Sol in occaſu major apparens cum non ſit.*

MORIENSQUE FEFELLIT. *Horat.*

In hypocritam ſimulantem mortificatum ſe, cum talis non ſit.

* DCXXXIX. *Sol occumbens.*

SPLENDET CUM MERGITUR

In S. M. Birgittam, quæ merſa matre cum eam utero gereret, naufragii periculo eam liberavit, hoc primo ſui miraculo, nondum nata ſpecimen dans, quanta aliquando ſancta futura eſſet. Item in B. Joannem Neopumecenum, merſum ob ſigillum Confeſſionis ſervatum aquis, collucentibus de nocte ad corpus ejuſdem facibus miraculoſis. In S. Clementem aquis merſum alligatâ ad collum anchorâ. De

quo

quo vide lect. II. Noct. in ejus festo 23. Novembr.

* DCXL. *Sol cum rubore occidens.*

RUBET DUM CONDITUR.

In Christum Dominum, qui lividus & sanguinolentus in sepulchro in passione suâ conditus est.
In verecundiam de peccatis, in spiritualibus exercitiis conceptam.

* DCXLI. *Sol cum rubore occidens.*

IN MORTE CRUENTUS.

In eundem Christum Dominum ut supra. In Tyrannum etiam in profecta ætate sanguinolentum.

* DCXLII. *Sol in occasu suo se in Oceanum mergens in balneo Lubomiriano inscribitur.*

NON TANTUM OCEANO PROPERANT SE TINGUERE SOLES.

Mentem iterum Celsissimi Auctoris non assequor, videtur tamen respexisse ad balneum suum, quod magnificentissimum extruxit, sibique ac familiæ suæ.
In Sacramentum Pœnitentiæ quo velut balneo, non tantum Soles, id est Viri magni, sed & minimus quisque, se tingere & eluere debet.

* DCXLIII. *Sol in occasu suo velocior.*

OCCASU VELOCIOR.

In eum, qui mori anhelat, ut Christo fruatur.

* DCXLIV. *Sol occidens.*

EXTERNO PORTAT SUA LUMINA MUNDO.

Factum fuit in HENRICUM VALESIUM quando in Regem Poloniæ electus fuit.

* DCXLV. *Sol in occasu suo pulchrior, quam in meridie.*

AUCTA FUGA FORMA EST.

In S. Margaritam Scotorum Reginam, cujus festum celebratur 8 Julii de qua ita Breviarium: Quo temporis (id est mox post mortem ejus) momento facies diuturni morbi macie, ac pallore fœdata, in-

ſolitâ quadam venuſtate refloruit &c. Idem Mariæ Stuartæ etiam Scotorum Reginæ, priori ſæculo ad ferale Theatrum procedenti, ac *impia ſecuri* (verba Epitaphii ſunt ab ipſis heterodoxis ipſi conſtructi) *regiam cervicem* pro fide ſubjicienti contigiſſe commemorat Famianus Strada in Hiſtor. de Bello Belgico.

* DCXLVI. *Sol in occaſu & ortu ſuo, cum humilis horizonti apparet, vapores patitur, non vero elatus.*

PATIENS CUM HUMILIS.

Humilitas fundamentum eſt patientiæ.

* DCXLVII. *Sol in occaſu horizontem humilem ſe fingens.*

HUMILISQUE FEFELLIT.

In hypocritam fingentem humilitatem quam non habet.

* DCXLVIII. *Sol in occaſu major.*

MAJOR CUM DEPRIMOR.

Calamitates quibus deprimi videmur, ſæpe nos elevant, & majores reddunt.

* DCXLIX. *Sol occidens innoxiè ſpectatur.*

VIDERI, GESTIT IN OCCASU.

Chriſtus Dominus, optat à nobis videri in Cruce expanſus. O vos omnes qui tranſitis attendite & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor meus! Threnorum 1. cap. Item homo agonizans ſpectandus. Item in mundi honores, & voluptates, in fine ſui ſpectandos, quando remorſum conſcientiæ nobis relinquunt.

* DCL. *Sol occidens & jam amplius non ſplendens.*

NON FULGET UBIQUE.

Nemo quantumvis ſummus hoc in orbe ubicunque & apud quoſcunque in æſtimatione eſſe poteſt, Item in retorſionem Gallici cujusdam ſymboli, quod etiam ſpectat ſequens diſtichon Viennæ in natali Archiducis Caroli publice ſpectatum.

In-

In feriora velut ſol inter ſydera fulget,
Auſtria ſic felix, *FULGET UBIQUE MAGIS.*

* DCLI. *Sol ex naturali ſuo motu etiam cum occidit in ortum vergens.*

CONTRARIUS OCCIDO MUNDO.

In mortem quam omnes timemus. In eum qui in morte, ægrè dimittit honores &c.

* DCLII *Sol cum in occaſu major eſt ſimul rubet.*

CUM RUBORE MAJOR.

In eum, qui humilis & verecundus eſt, in honoribus & Prælaturis. Item in Martyrem qui ſanguine ſuo, Deo ſe magnum reddit.

* DCLIII. *Sol in occaſu ab elatis è terra vaporibus rubens.*

RUBET AB ELATIS.

In promotorem talium, de quibus ad dignitates elatis verecundiâ ducitur.

* DCLIV. *Sol in occaſu rubens.*

CUM RUBORE RECEDIT.

In eum qui in lapſu ſuo, mox verecundiâ ducitur de commiſſo peccato. In Cardinalem mortuum.

* DCLV. *Idem Sol in occaſu rubens veſperi.*

SERO RUBET.

In ſeram verecundiam & pœnitentiam.

* DCLVI. *Sol occidens orbi lunam ſubſtituit.*

HANC ORBI SUBSTITUO.

In Chriſtum in morte ſuâ in perſonâ Sanctiſ. Joannis, toti orbi loco ſui ſubſtituentem ſuam dilectiſſimam Matrem Mariam Virginem. Ecce Mater tua. &c.

* DCLVII. *Sol occidens.*

VESPERE CONDOR.

In Chriſtum Dominum, circa Veſperam Diei Paraſſceves, conditum & illatum ſepulchro.

* DCLVIII. *Sol post occasum suum adhuc splendens.*

ALIO RESPLENDET AB ORBE.

In S. Rosam Limanam, Virginem Peruanam, Sanctitatis suæ radios in nostrum orbem usque diffundentem.

* DCLIX. *Sol post aliquot horarum lucem occidens.*

LONGÆVUM NIHIL EST ORBI.

Nulla lux honorum, voluptatum &c. orbi longæva est.

* DCLX. *Sol occidens cum Hespero ad ejus occasum patente.*

ME MORIENTE VENUS.

Tentationes & stimulus carnis, etiam in morte ipsâ nos non deserit, & sunt dæmone instigante vehementissimi.

* DCLXI. *Sol occidens quietem adferens.*

ME MORIENTE QUIES.

Mortificatio sensuum conscientiæ miram quietem adfert. In mortem Tyranni & turbulenti.

* DCLXII. *Sol occidens patentibus mox stellis.*

ME CEDENTE PATENT.

In eum cujus virtutes post mortem prius patent.

* DCLXIII. *Sol mox in occasu nondum omnes stellas revelans.*

MORIENS HAUT CUNCTA REVELAT.

In eum, qui etiam moriens virtutes & gratias suas abscondere nititur.

* DCLXIV. *Sol celer in occasu.*

CELER REMEAVIT IN UNDAS.

In eum, qui lapsus celeriter, & quam primum in lachrymas pœnitentiæ se mergit.

* DCLXV. *Sol in occasu suo, non adeo vehementer ardens.*

MITIS IN OCCASU.

In Christum in cruce pro Crucifixoribus orantem & bono Latroni paradysum promittenti.

Sol

* DCLXVI. *Sol in occaſu ſuo ſtellas occidens.*

ALIOS ACCENDIT, IPSE NON ARDENS.

In Zeloſum quidem, ſed malæ vitæ Confeſſarium Concionatorem &c.

* DCLXVII. *Sol in occaſu languidior.*

LANGUET IN OCCASU.

In Chriſtum Dominum, in monte Calvariæ, ex tanto profuſo ſanguine omnino exhauſtum. Item in Chriſtum ex ſudore ſanguineo languidum totum.

* DCLXVIII. *Sol in occaſu ex orbe recedit, orbi ſeſe quaſi inclinando cum verſus horizontem deſcendit.*

ORBI SESE INCLINANDO RECEDIT.

In Chriſtum inclinato capite emittentem ſpiritum.

* DCLXIX. *Sol occidens & nubes in pluviam ſpargens.*

SPARGIT, CUM DESERIT ORBEM.

In Chriſtum, ſanguinis ſui pluvias ſpargentem, cum in monte Calvariæ crucifigebatur. Item in eum qui propter Chriſtum mundo relicto omnia dat pauperibus.

* DCLXX. *Sol occidens, circa nocturnum tempus orbi noſtro recedens.*

DE NOCTE RECEDIT.

In amicum, qui in nocte tribulationum amicum deſerit. In gratiam ſanctificantem, quæ de nocte peccatorum nos deſerit.

* DCLXXI. *Sol occidens & adhuc vapores attrahens.*

COLLIGIT ADHUC.

In amantiſſimum meum R. P. DANIELEM PAPEBROCIUM, qui annis, ſtudiis, vigiliis exantlatis pro Deo, Sanctis, & proximo, laboribus, ac perſecutionibus variorum fractus, in provecta ætate, non deſiſtit tamen colligere, magnis correſpondentiis,

dentiis, laboribus, ac ſumptibus, undique Sanctorum Acta authentica, rejectis Apocryphis, ac lampada tradere Succeſſoribus ſuis R. R. P. P. Conrado Jannigho & Franciſco Baertio, quæ poſteris deferant: cui, quod vicennali amicitiâ, hebdomadali litterarum commercio, frequenti ad proprium muſæum admiſſione (gratiâ Viris Principibus ſæpe negatâ) excultus & honoratus fuerim, hanc reciprocam amicitiæ & gratitudinis teſſeram appono, clientum minimus, virtutum ejusdem æſtimator ſummus. In Chriſtum morientem, generi humano adhuc colligentem merita per paſſionem ſuam.

In avaritiam, quæ etiam in morte non relinquit ſuos.

* DCLXXII. *Sol omni Die occidens.*

QUOTIDIE MORIOR.

In quotidianum S. Pauli & cujuslibet boni Religioſi mortificationem.

* DCLXXIII. *Sol Heſperum in occaſu præcedens.*

MAJOR PRÆIT IPSE MINORI.

In Prælatum ſubditis ſuis bono exemplo in mortificationibus prælucentem.

* DCLXXIV. *Sol in occaſu ſuo, alium in orbem ſtellas præcedens.*

DUX ISTOS ALIUM PRÆCEDIT IN ORBEM.

In S. Franciſcum Xaverium primum è Societate Jeſu in Indiis Apoſtolicum Miſſionarium, quem deinde tot alii, ex eadem Societate ſecuti ſunt.

* DCLXXV. *Sol occidens ſtellas quæ de die latuerant revelat.*

MORIENS ABSCONSA REVELAT.

In confeſſionem ſinceram in morte factam.

* CDLXXVI. *Sol occidens Planetam Venerem, quem de die abſconderat, in occaſu revelans.*

AD OCCASUM VENEREM CELAVIT.

In hominem Venereum, veram confeſſionem de Vene-

Venereis ſuis prius facientem in morte. In hominem, in morte venuſtum ex Dei gratiâ quod donum multis Sanctis ſuis morientibus conceſſit Deus : ſumendo hic Venerem pro decore.

* DCLXXVII. *Sol occidens tremebundus ex motu trepidationis cœli.*

MERGOR TREMEBUNDUS.

Cum timore & tremore Sacramentum Confeſſionis adeundum.

* DCLXXVIII. *Sol recedens apparente mox integrâ ſtellarum chorêâ.*

ISTÆ NOSTRA DE MORTE CHOREÆ.

In lætitiam, quæ nobis concipienda eſt de liberatione noſtrâ per mortem Chriſti. In lætitiam filiorum de paterna morte.

* DCLXXIX. *Sol jamjam diſpariturus.*

CURRIT ADHUC.

In Virum in mortem uſque indefeſſum in ſtadio ſuo.

* DCLXXX. *Sol occidens, aliis fert auroram.*

FERT MORIENS, ALIIS AURORAM.

Chriſtus in Calvariæ monte nos derelicturus morte ſua, auroram B. ſcilicet Virginem nobis in Matrem reliquit.

* DCLXXXI. *Sol cum adverſis ſibi nubibus occidens.*

NEC LIBER ADVERSIS MORIENS.

Homo in agone maximè adverſos ſibi habet Mundum, Carnem & Dæmonem. In eum, qui in finem vitæ uſque adverſariis exercetur.

* DCLXXXII. *Sol in occaſum à cœlo ſuo raptus, quo mox ſtellæ ſequentur.*

RAPIOR QUO CUNCTA SEQUENTUR.

In hominem morientem.

Sol

DCLXXXIII. *Sol cum in ortu & occaſu rubet humilis juxta horizontem eſt.*

HUMILIS CUM RUBET.

Humilitas Verecundiæ Comes individua. In humilem in dignitate Cardinalitiâ.

* DCLXXXIV. *Sol occidens.*

AST ALTERI EVEHAR ORBI.

In eum qui morte ſuâ exaltari exſpectat in terra viventium.

* DCLXXXV. *Sol occidens plures occaſu ſuo ſtellas exhibens.*

MORIENS HAS EXHIBET UNUS.

In eum qui in agone ſuo plurium virtutum actus ſpectantibus exhibebat.

* DCLXXXVI. *Sol occaſu ſuo in oceanum migrans.*

MIGRAT IN OCEANUM.

In Admiralium marinæ claſſis, ſolventem in oceanum.

* DCLXXXVII. *Sol occaſum ſuum in aqua exhibens.*

MORIENTE MORI TITANE VIDETUR.

In eum qui Chriſto mortuo commoritur per veram voluntatis, & ſenſuum mortificationem.

* DCLXXXVIII. *Sol medio ſui Circuli ſegmento noſtro orbi proſpectus, & altero, alteri orbi.*

ORBI SIC FULGET UTRIQUE.

In Curas Regis Hiſpaniæ, utrique orbi proſpicientes.

* DCLXXXIX. *Sol occidendo humilis prope horizontem.*

HUMILIS CUM MERGITUR.

In humilem Confeſſionem ſacramentalem.

* DCXC. *Sol placidè occumbens.*

ABSCEDIT PLACIDUS.

In placidam mortem Chriſti Domini prius exorantis Patrem pro inimicis.

* DCXCI. *Sol occidens.*

IN ALTERIUS SOLATIA MERGITUR ORBIS.

In

In pœnitentem animam, quæ lachrymis pœnitentiæ mergitur, gaudentibus in altero orbe Angelis juxta Euangelium plus ſuper uno peccatore agente pœnitentiam quam nonaginta novem juſtis.

* DCXCII. *Sol iterum ſurgens aliis, nobis occidendo.*

SURGITQUE CADENDO.

In eum qui ex lapſu ſuo, fortius & altius reſurgit.

* DCXCIII. *Sol occidens.*

ALTER MOX ORBIS HABEBIT.

In brevitatem vitæ humanæ.

* DCXCIV. *Sol occidens in mare pronus.*

MORIENS JAM PRONUS IN UNDAS.


In eum qui moriturus peccata deflet.

* DCXCV. *Sol occidens ſtellas accendens.*

ABSCEDENS ACCENDIT.

Chriſtus ex hoc orbe abſcedens, accendit corda ſuorum fidelium in cruce pendens juxta illud: Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me ipſum.

CA-



CAPUT XVI.

LUNA IN GENERE.

* DCXCVI. *Luna Planetarum omnium velociſſimus.*

NOCTES FESTINA DIESQUE. *Virg.*

In ſummam temporis celeritatem. In Poſtas Cæſareas, velocitate aliis longè præcellentes. In eum qui virtutis ſtadium inceſſanter currit.

* DCXCVII. *Luna à Sole lumen, à ſe vero maculas habens.*

AB ALIO LUCEM, A ME MACULAS.

Omnia

Omnia mala mea, mala mea sunt, inquit Sanct. Augustinus ad Deum, & omnia bona mea dona tua sunt.

* DCXCVIII. *Lunæ gibbosum corpus opticis tubis conspectum.*

SCRUTANTUR GIBBOS, NON LUMINA.

In perversum multorum morem, imperfectiones scrutantium & relinquentium ea, quæ in proximo sunt commendabilia.

* DCXCIX. *Luna à Solis illuminata radiis.*

ALGET NON ARDET AB ISTIS.

In eum, qui gratiis & beneficiis divinis tantum est ut ardeat, ut iis indies ingratior & segnior evadat.

* DCC. *Luna Planetarum inconstantissimus Intelligentiâ seu mente Angelica circumactus.*

AST MENS SIBI CONSTAT UBIQUE.

In eum, qui circumactus adversis, intrepidâ semper & constante instar eas mente est.

* DCCI. *Luna quolibet momento mutationem patiens.*

NUNQUAM SIC SURGIT UT OCCIDIT.

In peccatorem qui raro sic è peccatis suis resurgit, ut pristino gratiæ gradui restituatur. In dejectum ab honoribus, cui raro fit restitutio ejus quam habuit famæ.

* DCCII. *Luna à Sole illuminata.*

A SOCIO SUNT HÆC CONSORTIA LUCIS.

In corpus velut inconstantissimam Lunam redundat in altera vita, à socia anima dos claritatis. *Seminatur in ignobilitate, resurget in gloria.*

* DCCIII. *Luna operationes suas non tantum in terræ plantis ac vegetabilibus, sed in ipso maris æstu exserens.*

TER-

TERRIS DOMINATUR ET UNDIS.

In Beatiſſimam Virginem Mariam Terræ Dominantem, ac Tumultuoſo mundi mari.

* DCCIV. *Luna nullos idſtar ſolis vapores elevans.*

NULLUM EXTULIT UNQUAM.

In parciſſimum laudum præconem. In Momum & Zoilum quendam.

* DCCV. *Luna à ſole reſpecta.*

PULCHRA, SED UNIUS OCULIS.

In animam quandam hoc in orbe deſpectam, in oculis aûtem Dei æſtimatiſſimam.

* DCCVI. *Luna innoxia â vicinâ ſibi ignis Sphærâ.*

VICINO HAUD ARDET AB IGNE.

In eum qui inter occaſiones Venereas immunem ſe ſervat & intactum ab ignibus Venereis.

* DCCVII. *Luna nubibus velata radiis coronatur.*

VELATA CORONOR.

Hoc amantiſſimas meas Varſavienſes, & per totum orbem diffuſas Sorores Ordinis S. Birgittæ, alias S. Salvatoris nuncupati concernit, ipſæ enim ſolæ ſunt, ex omnibus (quantum ſcio) Sanctimonialibus, quæ juxta Regulam, manibus Epiſcopalibus, in ſolenni ſuâ Profeſſione velatæ, coronâ ex byſſo coronantur, adjectis quinque particulis rubeis ſeu purpureis eidem coronæ, ad Dominicæ coronæ, ac Sacratiſſimorum quinque Chriſti vulnerum memoriam, in iis excitandam jugiter. Quâ porro coronâ, ut ſe jugiter in omnibus Regulæ aſperitatibus ſolentur, memores ejus Spineæ, quam pro ipſis Sponſus Salvator tulit, ac æternæ, quam hæc ipſis pariet, quâque iſtâ jam eis præluditur, hoc unicum meum ipſis votum appono, conſervus, & omnium frater, Regulæ & Ordinis ejusdem. Item in æternam coronam quam Chriſtus verus animarum Sponſus, in cœlis præparavit iis, quæ nuptias Agni ſecutæ, mundo valere juſſo, velo religioſo ſeſe eidem Agno deſponſarunt.

Lu-

* DCCVIII. *Luna Planeta in nocte ſplendens.*

ERRAT IN UMBRA.

In Conſcientiam erroneam & ſcrupuloſam. Item in timorem panicum.

* DCCIX. *Luna nubes ſibi vicinas luce ſuâ ſæpe ornat, nullam vero inſtar ſolis diſſipat.*

ORNAT, NON DISSIPAT ULLAM.

In eum, qui omnibus quærit benefacere, nulli vero male. Omnes laudare, nullum contemnere.

* DCCX. *Luna etiam abſque nubibus projecto circumquaque aureo circulo coronata.*

NONDUM ETIAM VELATA CORONOR.

In Sanctimonialem Virginem, quæ ſuſcepto nondum Profeſſionis ſuæ velo, in Novitiatu, per mortem ad coronam ſempiternam in Cœlis evocata fuerat.

* DCCXI. *Luna quæ non ſolum de die, ſed etiam de nocte, ſupra horizontem noſtrum ſæpe eſt.*

PERNOX ET PERDIA.

In amicum tam in adverſis quam proſperis fidelem. Item in diurnam & nocturnam aſſiduitatem.

* DCCXII. *Luna cum coronâ ab iis vaporibus & nubibus formatâ, quas ſol elevavit.*

FRATER QUOS SUSTULIT, ORNANT.

In Ordinem S. Dominici, qui à S. Thoma, cui in pectore ſol multum elatus, Beatiſſimam Virginem Mariam non deſiſtit honorare ſingulari propagatione devotionis S S. Roſarii.

* DCCXIII. *Luna nubes adverſas patiens.*

FRATER QUOS EXTULIT OBSTANT.

In eas paſſiones, quas corpus frenum laxando multum extulit, quæque ex poſt animæ corporis fratri, in profectu ſuo, quam plurimum obſtant.

* DCCXIV. *Luna Planetarum & Stellarum omnium velocissima.*

CURSU ANTEIT OMNES.

In eum qui in stadio virtutum decurrendo velocissimus est: omnes antecedens.

* DCCXV. *Luna innoxie semper spectata.*

INNOXIA SPECTOR.

In B. Virginem Mariam.

* DCCXVI. *Luna occidens cras iterum oritura.*

TERRIS SE CRASTINA REDDET.

Ita consolationes divinæ, ad tempus nobis subductæ, brevi redduntur nobis à D. Deo.

* DCCXVII. *Luna lumine suo solem exhibens absentem.*

ET IN HAC SPECTABITUR ABSENS.

S. Thomas adhuc indies relucet in schola sua Thomistica. In B. Virgine Christus post ascensionem suam gloriosam adhuc relucebat.

* DCCXVIII. *Luna, corona è nubibus conflata, redimita.*

SERTA HÆC SUNT VAPOR ET AURA.

In Vanitatem coronarum & dignitatum mundanarum. Audi Poetam.

Ah misera ambitio! quid sunt regalia serta,
Pro quibus arma moves? ventus & aura levis.

* DCCXIX. *Luna cum aureo circulo instar coronæ à radiis suis formato se ipsam coronat a P. Niezpowkowitz Ord. S. Pauli inscribitur.*

IPSA SUO DIADEMATE FULGET.

In B. Virginem coronatam in cœlo.

* DCCXX. *Luna aliter nobis quam in se sit spectata.*

SPECTATA FEFELLIT.

In fœminas, quæ ordinariè tales non sunt, quales Populo & orbi spectantur, sed mundo fucum, & phaleras monstrant.

* DCCXXI. *Luna in occasu comitem stabilem nullum habens, uti sol habet Hesperum.*

DOMINAM CASU NULLA SECUTA COMES. *Ovid.*

In Reginam in afflictione quadam ab erroribus derelictam.

* DCCXXII. *Luna solem eclipsans.*

PALLET AB EXCLUSO FRATRE.

In invidiam.

* DCCXXIII. *Luna solem eclipsans sic damna quæ in sua eclipsi passa est, reparatura.*

NEC SIT TUA DAMNA REPENDENS.

In Vindictam nihil vindicanti profuturam.

* DCCXXIV. *Luna, quâ parte solem eclipsat, à sole illuminata.*

UNDE NOCET, SPLENDET.

Unde anima corpori plures per pœnitentias, eclipses & nocumenta adferet, inde ipsa in æternum magis remunerabitur, & splendebit.

* DCCXXV. *Lunam si ritè intuearis, videbis eam in exteriori ambitu suo, seu circumferentia, lucidiorem, quam juxta centrum suum.*

PLUS EXTIMA FULGENT.

In hypocritam, studentem exterius plus placere hominibus quam interius Deo.

* DCCXXVI. *Idem.*

INTIMA SUNT MACULÆ.

In eundem hypocritam.

* DCCXXVII. *Luna in ortu & occasu suo rubens, summo cœlo serenissima est.*

COELO NITIDISSIMA SUMMO.

In Beatissimam Virginem in Passionis Christi oc-

casu Martyrem, nunc gloriosé coronatum in cœlo.

* DCCXXVIII. *Luna nunc rubea, nunc pallida, nunc candida.*

MUTAT REGINA COLOREM.

In instabilis notæ Reginam. Item in duas filias Regum Sueciæ Stenoris Sture, & Gustavi, quæ mutantes Reginales purpuras, eas commutarunt cum habitu S. Ordinis nostri, ac in primævo Ordinis nostri Monasterio Wædtsteenensi in Suecia velatæ, Deo servierunt, cum pluribus aliis Virorum Principum filiabus, quas hic omnes enumerare non vacat.

* DCCXXIX. *Luna pallida pluviam adferens juxta vulgatum versum.*

Pallida Luna pluit, rubicunda flat, alba serenat.

PALLIDA PLUIT.

In B. Virginem in monte Calvariæ de acerbissimâ filii sui morte pallidam & dolorosam, quando plurimos lachrymarum imbres ipsam effudisse constat ex Revelationibus S. Birgittæ.

* DCCXXX. *Luna occidens, sive cœlo disparens, ad exortum solem.*

FUGIT AD EXORTUM.

Ad exortum in anima nostra Solem divinæ gratiæ, fugit omnis à nobis inconstantia.

* DCCXXXI. *Luna quo plus solem devitat ab eo recedendo, quo magis splendida est.*

SPLENDET, SI SPLENDIDA VITET.

In solitudinem Virginalem. Audi Ingeniosissimum Poëtam.

Hæc procul à Phœbo pleno micat integra vultu;
At propior Phœbo, cornua fronte gerit.
Virginibus speculum: splendent si splendida vitent,
Si dant se in lucem, deficit integritas.

* DCCXXXII. *Luna brevissimo tempore splendens de nocte.*

NO-

NOCTIS BREVE SIDUS.

Inter duodecim Prophetias quæ habentur de Regibus ſecuturis Sigismundum Auguſtum Poloniæ Regem lemma præmiſſum, Prophetia fuit de Michaele. vix quinquennali Rege, cui in inſignibus Luna erat.

In honores item mundanos, qui in hujus ſæculi nocte, ad modicum parent.

* DCCXXXIII. *Luna de nocte ſplendens.*

REPARAT DISPENDIA NOCTIS.

In B. Virginem Mariam, quæ ex nominis ſui ſignificatione *Illuminatrix* eſt, omnium in hujus mundi nocte ambulantium.

* DCCXXXIV. *Luna modo orbi, modo ipſi cœlo inconſtans & varia.*

NEC COELO CONSTO, NEC ORBI.

In eum, qui æquè in temporalibus ac ſpiritualibus, inconſtantem ſemper ſe præbet.

* DCCXXXV. *Luna mare mox ciens, mox ſedans.*

NEC MIHI, NEC CONSTANS ALIIS.

Idem.

* DCCXXXVI. *Luna ſole cadente oriens.*

NOSTRO SUCCESSIT HONORI.

In Reginam Regi mortuo ſuccedentem.

* DCCXXXVII. *Luna candida, non conſtans.*

CANDIDA, NON CONSTANS.

In Virginem innocentem, haud ſibi tamen conſtantem, quo vitio etiam optimæ laborant.

* DCCXXXVIII. *Luna per nubes tranſparens.*

VOLUIT FORMOSA VIDERI.

In fœminarum pruritum ſeſe ornantium ut videantur.

* DCCXXXIX. *Luna de nocte fulgens.*

SOLATIA PRÆBET IN UMBRIS.

In Beatam Virginem, quæ inter adverſitatum & peccatorum noſtrorum umbras, eſt *Conſolatrix afflictorum.*

* DCCXL. *Luna ſibi luce ſuâ in nubibus coronam formans.*

PROPRIO DIADEMATE FULGET.

In eum qui neutiquam alienis favoribus ſed propriâ meritorum luce, orbi in dignitatibus præfulget.

* DCCXLI. *Luna coronam ſibi de nocte formans, ſed à ſole luce ſibi ſubminiſtratâ.*

ALIENO FULGET HONORE.

In eum qui non propriis meritis, ſed è parentum, vel aliorum prærogativis æſtimatur.

* DCCXLII. *Luna inter tot ſtellas de nocte fulgens.*

INTER REGINA MINORES.

Beata Virgo, Patrona & Regina humilium. Beata Virgo, ſingularis Patrona Ordinis Fratrum Minorum.

* DCCXLIII. *Luna poſt ſtellas, alteram orbi lucem inferens de nocte.*

LUX ALTERA NOCTIS.

In B. Virginem Mariam, alteram mundi poſt Deum lucem. In Chriſtum Dominum, poſt S. Joannem Baptiſtam alteram mundi, & noctis veteris legis lucem.

* DCCXLIV. *Luna ſole occidente apparens.*

AMAT HOC ABSENTE VIDERI.

Factum in fœminam fuit, quæ abſente marito, multum prodibat in publicum.

* DCCXLV. *Luna, nævos oſtendit ſuos tum primum, cum à ſole illuminatur.*

ALIENO LUMINE NÆVOS.

In conſcientiam noſtram, quæ immiſſo ſibi à Deo lumine, nævos ſuos agnoſcit juxta illud,

Pete lumen diſcute mentem.

Lu-

* DCCXLVI. *Luna in Lubomiriana prope Varſaviam Arcadia inſcribitur.*

PRÆEST ORBI, SUBEST OCULIS.

In Magnatum orbi præpoſitorum defectus, ab omnibus notabiles.

* DCCXLVII. *R. P. Maſenius in Frontiſpicio Argutiarum ſuarum*, L*unam ſoli oppoſitam exhibet*, *iſto cum lemmate.*

SIBI DANT CONTRARIA LUCEM.

Oſtendere per hoc volebat unum argutiarum fontem, ſumi à contrario. Adverſariis hoc in mundo ſæpius inclareſcimus.

* DCCXLVIII. L*una ſolem alloquens.*

ASPICE UT ASPICIAR.

Deſiderium cujusdam petentis ſe reſpici à Principe, quo ipſe tunc reſpiceretur à plebe.

* DCCXLIX. L*una oriens.*

IN MUNDI REQUIEM SURGO.

In B. Virginem cœlum aſcendentem, quo mundo requiem æternam præpararet in cœlo. In Nativitatem ejusdem.

* DCCL. L*una ſole abſente ſplendens.*

HOC ABSENTE VENUSTA.

In mulierem, quæ abſente viro multum ſe ornare conſueverat.

* DCCLI. L*una nunc ad ſolem adiens nunc à ſole fugiens.*

NUNC FUGIT, INDE REDIT.

In Humanam inconſtantiam quæ nunc per peccata à Deo recedit, nunc per veram pœnitentiam redit.

* DCCLII. *Luna inconſtans & varia.*

NON EADEM, ATQUE EADEM.

In inconſtantem indolem, quæ in ſua inconſtantiâ ſemper conſtans eſt. In inconſtantiam fœmineam.

*DCCLIII. *Luna major viſa aliis planetis, cum omnibus minor ſit.*

NON IDEO MAJOR.

In falſitatem humanorum judiciorum, quæ ea majora judicant, quæ ſæpe coram Deo minora ſunt.

* DCCLIV. *Luna aliquando à ſole recedens.*

SUBINDE RECEDIT.

In inconſtantem amicum. In conſolationes divinas. In peccatorem, qui aliquando à Deo recedit.

* DCCLV. *Luna à ſole omnem decorem habens.*

SOLI PULCHRA SOLI.

In Virginem Sanctimonialem, ſtudentem ſoli cœleſti Soli, ſponſo ſuo Chriſto complacere.

* DCCLVI. *Luna ſplendens, ab Engelgrave inſcribitur.*

LUX OMNIS DEBITA SOLI.

In S. Thomam Aquinatem, Theologorum ſolem, qui potiſſimam SS. Theologiæ lucem ſuis operibus affudit. In B. Virginem, quæ omnem ſuam lucem & gratiam hauſit à Chriſto filio ſuo.

* DCCLVII. *Luna ſplendens.*

ILLUSTRO NON URO.

In gratias actuales, quæ multos illuſtrant non vero accendunt ad amandum Deum.

* DCCLVIII. *Luna.*

CRESCERE, AUT MINUI.

Aſceticorum effatum eſt, in via Dei nil ſtare poſſe, eumque in perfectione deficere, qui continuo in eadem non proficit.

* DCCLIX. *Luna de die pallida de nocte aurea.*

MI-

MICAT AUREA NOCTI.

In gratias actuales, quæ opportunè nobis micant in nocte animæ.

* DCCLX. *Camerarius inſcripſit* Lunæ *à canibus allatratæ.*

DESPICIT ALTA CANES.

In animum omnibus calumniis majorem.

* DCCLXI. *Eidem* Lunæ *à canibus allatratæ in Theſibus Pariſienſibus S. Staniſlao Koſtkæ dedicatis inſcribitur.*

NESCIA TERRERI.

In generoſum ejusdem Sancti animum, quo canem infernalem Dæmonem deſpiciebat.

* DCCLXII. *Luna Parelium pati neſciens.*

CUI PAR NIHIL, NIHIL SECUNDUM.

In Beatiſſimam Mariam Virginem, *Quæ nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem.*

Gaudia Matris habens cum Virginitatis honore.

* DCCLXIX. *Luna.*

FULMINA NULLA PARO.

In manſuetum, & vindictæ minime cupidum animum. In B. Virginem manſuetiſſimam in peccatores, & fulmina Filii ſui, ab eiſdem avertentem. Item in Prælatum Eccleſiaſticum parcum in evibrandis Cenſurarum fulminibus.

* DCCLXIV. *Luna cum intelligentia ſua.*

MENS LATET, HAUD ERRAT.

In intentionem quandam orbi ſecretam, tamen bonam admodum.

* DCCLXV. *Luna lumen ſuum à ſole receptum orbi communicans, à Schonhart inſcribitur.*

CLARITATEM QUAM DEDISTI MIHI DEDI EIS. *Joan.* 17. *Cap.*

In Filium Dei, cujus hoc ad cœleſtem Patrem effatum eſt.

* DCCLXVI. *Luna inter ſtellas.*

UNI TOT PRÆSTO SODALES.

In copioſa ſodalitia Beatæ Virginis erecta à Societate Jeſu per orbem Univerſum, in ſolo Gymnaſio Colon. Societatis Jeſu in quo adoleſcens ſtudui recordor fuiſſe ſex ſcholarum inferiorum unum, ſuperiorum & Dominorum ac Conſulum alterum, tertium Clericorum & Prælatorum, quartum Honeſtorum Civium, quintum Famulorum, ſextum denique Tyronum in opificiis, eaque omnia copioſiſſima.

* DCCLXVII. *Luna de nocte.*

MENTITUR SOLEM.

In hypocritam, exemplarem ſe fingentem. In eum qui cum non ſit, Thomiſtam ſe fingit ac in doctrina eum ſequi, cui ſol in pectore appingitur.

* DCCLXVIII. *Luna in ipſo Virginis ſigno frigida.*

ET VIRGINE FRIGET IN IPSA.

In eum, qui in mediis mulierum converſationibus, immotus manet, & ad omnem amorem frigidus ac mortificatus. In Sanct. Aloyſium Gonzagam & S. Thomam. In frigidum amatorem profanum.

* DCCLXIX. *Luna ſemper cum maculis non vero cum luce.*

UNDIQUE FERT MACULAS HAUD LUMINA.

In ſcandaloſum ubique circumferentem ſuorum nævorum peſſima exempla, nullibi vero lucem alicujus virtutis aut perfectionis.

* DCCLXX. *Luna de nocte inter ſtellas.*

TOT OCULI COMITES.

In nos homines qui *ſpectaculum facti ſumus Deo Angelis & hominibus*, 1 Cor. 4.

* DCCLXXI. *Luna nullibi ardorem aliquem ſpargens.*

MITIS UBIQUE.

In

In B. Virginem, ejusque manſuetudinem. In Eccleſiam Catholicam, quæ mitis eſt in tractandis modo peccatis ſuorum filiorum.

* DCCLXXII. *Luna ſigna ſua celerrime luſtrans.*

ET LUSTRAT FESTINA.

In Viſitationem B. Virginis, quæ luſtratura cognatam ſuam Eliſabeth *abiit cum feſtinatione.* Luc. 1. In viſitatorem feſtinum & indefeſſum.

* DCCLXXIII. *Luna nemini tota conſpecta, cum etiam quando plena nobis videtur minime talis ſit.*

NEMINI TOTA.

In felicitatem humanam, quæ nemini tota obtingit.

* DCCLXXIV. *Luna ſemper frigida.*

NON ÆSTUAT UNQUAM.

In indolem manſuetam. In caſtum animum, æſtibus libidinum nunquam abreptum. In S. Thomam Aquinatem, qui poſt luctam cum impuro ſcorto à fratre immiſſam, ab Angelo præcinctus, impoſterum ab æſtibus luxuriæ imnunis fuit.

* DCCLXXV. *Luna Planetarum celerrimus.*

MENS AGILIS MAGIS EST.

In agilitatem Angelicam.

* DCCLXXVI. *Luna nubibus velata.*

VELATUR ET ALGET.

In ſanctimonialem velatam, in ſervitio Dei admodum frigidam vel tepidam.

* DCCLXXVII. *Luna nubes nullas diſſipans.*

ELATOS PATITUR.

In indolem patientem & tractabilem inter ſuperbos.

* DCCLXXVIII. *Idem.*

NUNQUAM DISCUTIT OBSTANTES.

In eum, qui examen conſcientiæ negligit, in eoque peccata & defectus ſuos minime diſcutit.

luna

DCCLXXIX. *Luna cum Sole.*

ET PAR, ET POTIOR.

In ingenium tantum mediocre.

* DCCLXXX. *Luna cum Intelligentia ſua.*

FERVIDA SED MENS EST.

In ardentiſſimum Seraphinorum amorem.

* DCCLXXXI. *Luna etiam ſummo in cœlo mitiſſima.*

MITIS ET IN SUMMO EST.

In Prælatum vel Principem manſuetum. In B. Virginem, quæ etiamnum nunc ſalutatur *Virgo clemens.*

* DCLXXXII. *Luna non tantum à ſole luminis accipiens, ut toti orbi ſplendeat.*

LUMINIS UNDE MINUS, QUO TOTI SPLENDEAT ORBI.

In retorſionem cujuſdam ſymboli Gallici, quod invenies in Philoſophia Imaginum Meneſtrerii. A dignitatibus non ſufficienter ſplendemus hominibus, ſed à virtutibus etiam ſplendendum eſt.

* DCCLXXXIII. *Luna rariſſimè in media Zodiaci lineâ quæ Ecliptica vocatur, ſed per totum Zodiacum vaga.*

RARO, CONTENTA MEDIO.

In indolem ambitioſam. Item in eum, qui ſemper extrema affectat.

* DCCLXXXIV. *Luna obſtantes nubes habens à ſole excitatas*

QUOS PATIOR, FECIT ÆMULOS.

In invidiam cuidam, alteri innocenti, excitatam apud alios.

* DCCLXXXV. *Luna ſuas maculas oſtentans, non alienas, ut ſol facit.*

MEAS MACULAS REVELO, NON ALIENAS.

In qualitatem veræ Confeſſionis, cujus eſt, ſua peccata in ea revelare, non alienas.

Luna

* DCCLXXXVI. *Luna mare sedans.*

SONUM FLUCTUUM EJUS TU MITIGAS.

Psal. 64.

In B. Virginem Mariam, hujus tumultuosi maris mundi, fluctus, & procellas, hoc est cruces & adversitates mitigantem. B. Maria Virgo mitigat in nobis Patrocinio suo æstus luxuriæ.

* DCCLXXXVII. *Luna terris & mari dominans à Patre Nierenbergio in Icone sapientiæ quam Trophæis Marianis præfixit, Lunam inscribit.*

TERRAS FOVET, IMPERAT UNDIS.

In potestatem B. Virginis quæ Mundi hujus patrona, fervidis luxuriæ æstibus medetur.

* DCCLXXXVIII. *Lunæ mare æstuans sedanti item Nierenbergius inscripsit.*

ÆSTUS REGIT UNA SECUNDOS.

In B. Virginem eadem ex causa.

* DCCLXXXIX. *Luna omnibus lumen quod à Sole solo accipit reddens.*

EGO OMNIBUS, MIHI UNUS.

In B. Virginem Mariam, quæ omnibus benefaciens, hanc potestatem, ab uno & solo Deo habet.

* DCCXC. *Luna cum Intelligentiâ suâ.*

AST MENS NON CARPITUR UNQUAM.

In eum cui corpore, per morbos & dolores diminuto, mens mansit inter dolores integra semper.

* DCCXCI. *Luna de nocte cum maculis suis candida.*

ET MACULÆ CANDENT.

In animam pœnitentem, quæ peccatorum suorum maculis Sacramento Pœnitentiæ dilutis, nunc iisdem in cœlis splendet. In Sanct. Mariam Magdalenam &c.

* DCCXCII. *Luna semper frigida.*

CUM SURGIT, ET OCCIDIT, ALGET.

In

In eum, qui mane & vesperi, immemor benefactoris sui, per totum diem & noctem, Dei, quieti se dat, & ex ea se proripit.

* DCCXCIII. *Luna oriens nulla propterea stella disparente.*

NULLIUS OCCASU.

In eum, qui ad dignitates ascendit, absque ullius suppressione vel damno.

* DCCXCIV. *Luna vapores nullos attrahens, nullas etiam nubes in pluvias dispergens.*

NEC SPARGO, NEC ATTRAHO.

In eum, qui nec nimium avarus, nec prodigus nimium est.

* DCCXCV. *Luna rubens à nubibus, à sole levatis.*

HIC RUBOR A FRATRE EST.

Verecundia quæ in animam ob peccata sæpe redundat, a fratre corpore ei suscitatur. In eum cui in fraternis delictis rubor est.

* DCCXCVI. *Luna solem aspiciens.*

ASPICIT HAUD ARDET.

In castos aspectus.

* DCCXCVII. *Luna.*

NON SUFFICIT ORBI.

In Fortunam quæ orbi non sufficit absque meliori fortuna B. Virgine. Item in cultum B. Virginis jungendum cultum Filii sui Christi.

* DCCXCVIII. *Luna nubes sibi adversas è cœlo suo despiciens.*

ET HÆC, DESPICIT ADVERSOS.

In Virginem Martyrem. In S. Agnetam, de quâ in lect. II. Nocturni in festo ejusdem. Hæc Inter cruentas Carnificium impavida manus &c. plura lege ibidem. In S. M. Birgittam patientissimé ferentem gravissimas sibi injurias illatas. Vide vitam & Revelationes ejusdem.

Luna

* DCCXCIX. Luna *nævos secum ubique circumferens.*

NÆVI COMITANTUR EUNTEM.

Defectus nostros ubique circumferimus, & loca mutamus non indolem.

* DCCC. Luna *inter tot monstruosas constellationes in Zodiaco.*

CUM MONSTRIS PLACIDA.

In eum qui cum his qui oderunt pacem est pacificus. In conscientiam quietam.

* DCCCI. Luna *eadem.*

TOT INTER, MONSTRA SIBI HAUD CONSTANS.

In animum pavidum, & scrupulosum. Inconstantia ortum habet à peccatis nostris. In eum, qui à malis sociis seducitur.

* DCCCII. Luna *coronata in nubibus.*

FUGITIVA CORONOR.

In Virginem quæ fugiens sexum masculum inde laudem meretur, & in cœlo coronam sempiternam.

* DCCCIII. Luna.

ELATA CLARIOR.

In eum, qui in dignitate plures de se spargit virtutum radios.

* DCCCIV. Luna *tumidum mare sedans.*

TUMIDO DOMINATUR.

In B. Virginem Mariam, quæ in superbissimum Dæmonem Dominium exercet.

* DCCCV. *Idem.*

IN ÆSTU TEMPERIES *Ex hym. Veni sancte Spiritus.*

B. Virgo æstus carnis nostræ compescit. B. Virgo Patrona animarum in Purgatorio, quorum æstus patrocinio suo temperat.

* DCCCVI. Luna *planetarum velocissimus.*

TARDA SOLO, COELO FESTINA.

In

In animam in rebus mundanis tardam admodum; in procuranda vero salute sua sagacissimam & diligentissimam.

* DCCCVII. *Luna.*

QUÆRITUR ABSENS, NON FUGITUR PRÆSENS.

In amicitiam absentis constantem, etiam in ejus præsentiâ.

* DCCCVIII. *Luna inter omnes motus suos semper frigida.*

MOVETUR, ET ALGET.

In eum qui inter gratias actuales movetur quidem, at frigidus nihilominus manet. In eum qui inter involuntarios sibi carnales motus frigidus manet & iisdem non consentit.

* DCCCIX. *Luna nunquam ardens.*

LANGUIDA SEMPER.

In tepidam Christianam animam.

* DCCCX: *Idem.*

NUNQUAM ARSIT OLIMPO.

In eum qui nunquam arsit amoribus in D. Deum & cœlestia.

* DCCCXI. *Luna ex signis demissioribus ad superiora & æquinoctiali viciniora pr cedens.*

AD SUMMA PER IMA.

In B. Virginem, quam ad summam sanctitatem evexit ejus humilitas.

* DCCCXII. *Luna occidens, oriente sole.*

VENIET MAJOR POST ME.

In populum Judaicum Legis veteris, quem Christianus & Lex Gratiæ subsecuta est.

* *DCCCXIII. Luna mare ciens.*

TURBAT NIL DEMIT.

In Dæmonem, qui Justos suis tentationibus quidem turbat, nil vero eis de gratia demit, quin potius auget.

* DCCCXIV. *Luna stellis comitibus cincta.*

OS-

OSTENTAT COMITES.

In oſtentatorem magni famulitii.

* DCCCXV. *Luna amphoram frigida egrediens.*

NEC CALET AB AMPHORA.

In potatorem vix tamen ebrium.

* DCCCXVI. *Luna ſtellas non extinguens.*

ALIOS NEC EXTINGUO, NEC ARDEO.

In hominem qui ipſe nullis amoribus implicatus, nec aliorum amores extinguit.

* *DCCCXVII. Luna lumen ſolis orbi reddens in Theſibus à R. R. P. P. Bartholomæitis Juræ defenſis inſcribitur.*

LUMENQUE A LUMINE REDDIT.

In eum qui de talentis ſibi commiſſis alteri communicat, docendo, prædicando &c.

* *DCCCXVIII. In villa quadam Illuſtriſſimi Staniſlai Epiſcopi Poſnanienſis. Luna lumen à ſole participans inſcribitur.*

MAGNO DE LUMINE LUMEN.

Fides quæ lumen eſt, procedit à magno ſummo Deo, eſt enim Donum Dei.

* *DCCCXIX. Luna ſolem eclipſans.*

IPSIUS LAMPADEM EXTINGUO, MEAM NON ACCENDO.

In eos, quibus ſufficit aliorum virtutes cavillari, tum etiam quando ipſis exinde nil poteſt accedere.

* *DCCCXX. Luna ſolem eclipſans.*

NEC MIHI, NEC TIBI *ſubintellige lumen.*

In invidiam quæ dum aliis nocere poſcit, non curat propria nocumenta.

CA-

CAPUT. XV.

LUNA CRESCENS.

* DCCCXXI. *Luna crescens intus vacua.*
IN VACUA VIRES.

Per jejunium, vires nostro spiritui subministrantur, quibus contra Dæmonem pugnare possimus.

* DCCCXXII. *Luna crescens, aliquam tantam sui partem orbi abscondens.*
NON OMNIA CELAT.

In Politicum, qui orbi scit ostentare, quædam ad sui manifestationem.

* DCCCXXIII. *Luna vacua.*
VACUA REPLETUR.

Tum demum anima nostra Spiritus Sancti gratia replebitur, cum prius mundanis omnibus cupiditatibus evacuata fuerit.

* DCCCXXIV. *Luna crescens.*
CREVIT APICIBUS.

In eum qui minimorum observatione crevit. In Virum Religiosum & Sanctum. Item in eum qui acumine aliquo viam sibi ad dignitates straverat.

* DCCCXXV. *Luna crescens.*
ALIIS DEFICIO, vel COELO DEFICIO.

Qui orbi crescit, sæpe & cœlo deficit.

* DCCCXXVI. *Luna crescens, a sole longius abscedens.*
LONGIUS ABSCEDIT, QUO PLUS CAPIT.

Creaturæ quæ indies novis à Deo beneficiis cumulantur, à Deo recedunt, plus indies ab eo capientes.

Lu-

* DCCCXXVII. *Luna cornua ambientia in cœlo habens.*

COELO MEUS AMBITUS.

In eum, qui hoc in orbe nil ambit præter Deum uti fecit Sanct. Thomas Aquinas, nullam aliam ſcriptionis ſuæ mercedem poſtulans, quam ipſum Deum. Idem fecit Magnus ille Bibliorum Interpres Cornelius à Lapide. Vide ejus Prefationes varias.

*DCCCXXVIII. *Luna creſcens luſtrando Zodiaci domos.*

SIC CREVIT LUSTRANDO DOMOS.

In Virum multis laudabiliter peractis viſitationibus celebrem.

* DCCCXXIX. *Luna creſcens.*

POSTQUAM DECREVERAT OLIM.

In eum qui ex perſecutionibus reſurgit. In Jobum iterum recipientem omnia duplicia.

* DCCCXXX. L*una creſcen*

PAULATIM PLENA.

In Sanctitatem tarde advenientem.

* DCCCXXXI. *Idem.*

POSTERA LUX MELIOR.

Bonus Religioſus, & etiam Chriſtianus, quovis die melior ſit neceſſe eſt. In felicitatem ſuccedentem triſtibus.

* DCCCXXXII. L*una creſcens ſiniſtrâ ſui parte incrementum capiens, juxta vulgatum verſiculum,*

Decreſcit dextra, creſcit vero Luna *ſiniſtrâ,*

POTIOR MIHI CURA SINISTRI.

In eum qui præfert temporalia æternis.

* DCCCXXXIII. L*una creſcens.*

ME CRESCUNT APICES CRESCENTE.

In Chriſtum Dominum creſcentem ætate & ſapientiâ. In ingenium ætate creſcens.

* DCCCXXXIV. *Luna crescens.*

CRESCO, SED ET MACULÆ.

In eo qui crescit honoribus etiam maculæ vitiorum majores apparent, quam plebeio. In peccatorem indies accumulantem peccata peccatis.

* DCCCXXXV. *Luna crescens respondet ordinariè primis lunationibus juxta vulgatum versum.*

Tertia, quarta qualis, tota est lunatio talis.

RESPONDENT ULTIMA PRIMIS.

In finem respondentem suo principio.

* DCCCXXXVI. *Luna crescens.*

PAULATIM LONGIUS ABSCEDIT.

In peccatorem paulatim longè & longius à D. Deo abscedentem, nemo enim teste S. Bernardo *repente fit pessimus.*

* DCCCXXXVII. *Luna crescens celerrimè incedendo.*

IN SUA LUCRA VELOX.

In cupidam animam spiritualiter quamprimum proficiendi. In mercatorem ad sua lucra sedulum.

* DCCCXXXVIII. *Luna crescens.*

POSTEA NULLUS ERIT.

Occasionem huic lemmati præbuit alterum cujusdam, qui inscribens lunæ crescenti CRESCIT ADHUC pro Responso deinde habuit sequens carmen.

CRESCIT ADHUC, sed cum totum compleverit orbem,
POSTEA NULLUS ERIT, hoc est Zifra nolla.

Omnes honores & mundana omnia, etiam cum in summo gradu fuerint, nil tamen sunt.

* DCCCXXXIX. *Luna crescens.*

IN LUCRA RECESSIT.

In mercatorem, ad lucra captanda navigantem in Indias. In Virginem deserentem mundum.

* DCCCXL. *Idem.*

SPE-

SPECTANDO REPLEBOR.

In animam beatam, quæ in cœlis Deum ſpectando, ſatiatur, *ſatiabor cum apparuerit gloria tua.* Pſalm. 16.

* DCCCXLI. *Luna creſcens cum ſolem fugit.*

PLUS LUCEM FUGIENS, PLUS LUCIDA.

Quo plus honorum lucem fugimus, plus inde eam capimus. Honor fugacem perſequitur virum, fugit ſequacem.

* DCCCXLII. *Luna creſcens occidens.*

ALIO PLUS IN ORBE REPLEBOR.

In animam, hoc in mundo à nullâ creaturâ explebilem, ſed in altera vita à ſolo Deo ejuſque clara viſione.

* DCCCXLIII. *Luna creſcens, à ſole abſcedendo.*

UT IMPLEAR ABSIM.

Abſim à mundo, ejuſque honoribus, dummodo per hoc replear gratiâ divinâ.

* DCCCXLIV. *P. Maſ. in Meditationibus ſuis Lunæ creſcenti inſcribit.*

HIC SOLUS IMPLET.

Solus Deus eſt, qui animam noſtram replere poteſt.

* DCCCXLV. *Luna creſcens à ſole plus aſpecta.*

QUO PLUS FUGIO, QUO PLUS ASPICIOR.

In eum, qui virtutes ſuas occultaturus mundo, tamen exindè magis æſtimatur & latere non poteſt. In eum, qui fugiendo honores, plus inde incrementi & gratiæ à Deo recipit.

* DCCCXLVI. *Luna in novilunio ſuo ſingulariter in hæc ſublunaria influens.*

CUM MINOR EST, TUNC PLURA POTEST.

Plus valet apud Deum humilis quam magnus. In orationem humilem.

* DCCCXLVII. *Luna crescens à sole etiam obnubilato recedendo.*

FUGITQUE VELATUM.

In eum, qui Christum in Venerabili Sacramento rarius accedit.

* DCCCXLVIII. *Luna crescens.*

LUX LUCIS EGENA.

In honores mundi, quibus elati adhuc egemus glorificari à Deo.

* DCCCXLIX. *Luna crescens à sole recedens.*

RECESSIT VACUA.

Ex hoc orbe vacui decedimus, uti nil intulimus in eundem.

* DCCCL. *Luna sub nubibus absconsa crescens.*

IMPLEOR ET LATEO.

In solitudinem Religiosam, in qua beneficiis & gratiâ Dei vel maxime replemur.

* DCCCLI. *Luna crescens cum cornibus.*

JUVENI JAM CORNUA CRESCUNT.

In cervicosam & capitosam indolem cujusdam adolescentis.

* DCCCLII. *Luna crescens à sole conspecta.*

CONSPECTA RECEDIT.

In Virginem verecundam, conspectum hominum fugientem.

* DCCCLIII. *Luna crescens.*

EXTINCTA REVIVISCO.

In corpus nostrum, quod extinctum reviviscet in altera vita. In Civitatem combustam quæ melior post cineres surrexit.

* DCCCLIV. *Luna crescens apices in solem fratrem nunquam.*

IN FRATREM NUNQUAM APICES.

In pacificam Religiosam indolem nunquam adversam fratribus. In noxias puncturas, & sarcasmos aut Satyras.

Luna

* DCCCLV. *Luna crescens soli vicina.*

CUM MINIMA, PROXIMA.

Deo accedit ille plus, qui in oculis suis minimus, & humillimus est.

* DCCCLVI. *Luna crescens cum plena non est à sole nunquam recedit.*

NON PLENA RECESSIT.

In paupertatem quæ nos facit à Deo sæpe recedere, unde petebat Salomon, paupertatem ne dederis mihi Proverb. 30.

* DCCCLVII. *Luna crescens aversis à sole cornibus recedens.*

AVERSA RECEDIT.

In magnum animi erga proximum aversi affectum & rancorem.

* DCCCLVIII. *Luna crescens.*

FESTINA RECESSIT.

In festinam fugam sæculi â Virgine jam juvene & adolescente factam. Item in Beatissimam Virginem cum festinatione recedentem ad visitandam cognatam suam Elisabeth.

* DCCCLIX. *Luna in oriente crescens.*

ET CRESCIT IN HUMILI.

Humilitas, optimum in virtutibus & sanctitate crescendi fundamentum est.

* DCCCLX. *Luna, quo altiores circulos currit, quo clarior est, & minus in ea maculæ apparent.*

COELO PROPINQUA REFULGET.

In Sanctum, in agone splendidum vultum habentem. In faciem Christi, in monte Thabor transfiguratum, *Resplenduit facies ejus uti sol.* Mat. 17.

* DCCCLXI. *Luna crescens.*

VACUA SPECTATUR OLIMPO.

Dominus Deus vacuum & jejunum respicit & exaudit.

* DCCCLXII. *Luna crescens occidens.*

CREVITQUE CADENDO.

In S. Petrum, S. Mariam Magd. aliosque ex lapsu majores.

CAPUT XVI.

LUNA PLENA

* DCCCLXIII. *Luna plena est, postquam jam ante decrescens, cælo, lumen è cælo acceptum reddiderat.*

COELO POSTQUAM SUA DONA REFUDIT.

Deus nos implet bonis, cum videt nos gratos fuisse suis donis.

* DCCCLXIV. *Luna plena.*

ORBI OMNIA REDDIT.

In eum, qui omnia ab hominibus sibi obvenire ratus, Deo ingratus est.

* DCCCLXV. *Luna plena oriens.*

AB UNDIS PLENIOR.

In eum, qui ex lachrymis pœnitentiæ plenior est meritis.

* DCCCLXVI. *Luna cum plena est, soli opposita est, & contraria.*

LUCEM CONTRARIA DANTI.

In peccatorem, qui Deum â quo indies illuminatur gratiis, indies non desistit offendere.

* DCCLXVII. *Luna plena ad solem accedens.*

PLENA ACCESSIT.

In eum, qui beneficiis a Deo cumulatus, inde plus Deum diligit.

* DCCCLXVIII. *Luna plena apparens cum non sit, nisi nostro tantum orbi.*

IMPLERI NESCIA.

In animum insatiabilem divitiis, honoribus &c.

* DCCCLXIX. *Luna plena.*

ALIIS

ALIIS NON MIHI PLENA.

In hominem divitem opinione aliorum, ſuo tamen judicio & avaritiâ pauperem. In Eleemoſynarium aliis plenum, ſibi indigum.

* DCCCLXX. *Luna plena.*

PLENA HUMO, COELO VACUA.

In divitem, quoad bona temporalia, egenum tamen quoad æterna.

* DCCCLXXI. *Luna plena à lumine ſolis nullas autem à ſe maculas habens.*

LUX EADEM, HAUD MACULÆ.

In diverſos ejusdem officii.

* DCCCLXXII. *Luna recedendo plena facta.*

PULCHRIOR ABSCEDENS.

In eum, qui lucem fugiendo, in oculis Dei pulchrior eſt. In Virginem Religioſam mundum deſerentem, cui minus in Religione de venuſtate naturali diſcedit, quam aliis in ſæculo, ad genium ſuum viventibus.

* DCCCLXXIII. *Luna plena.*

PLENA DIEM FORMAT.

In Epiſcopum qui ſicut luna plena in diebus ſuis Eccleſiaſtici cap. 50. In fortunam ſecundam, quam quilibet colit, In B. Virginem Mariam, quæ gratiâ plenâ ab Angelo ſalutata, Chriſtum verum mundi in tenebris peccatorum conſtituti diem, in utero ſuo formavit ac parturiit.

* DCCCLXXIV. *Luna in oppoſitione ſolis conſpectui apparens.*

NON APPAREBIS IN CONSPECTU MEO VACUUS.

In Dominum Deum, munere ſpiritualis gratitudinis, ac aliarum virtutum dono ſemper colendum.
In iniquum Judicem, munera non aſpernentem.

* DCCCLXXV. *Luna plena.*

MAXIMA CUM DISTAT.

Maximi ſumus apud Deum, cum à luce honorum plurimum abhorrendo diſtamus.

* DCCCLXXVI. *Luna plena.*

REDIBO MINOR.

In Religiosum exeuntem, & multum excurrentem, qui semper minor redibit. Quoties inter homines fui minor semper redii, inquiebat Ascetius ille.

* DCCCLXXVII. *Luna plena videtur tantum talis, non est.*

NUNQUAM PLENA.

Inscripserat id aliquando Ephebus insignibus Comitis de Luna in Hispania, quæ Lunam habebant. Animus humanus hoc in mundo nunquam plenus, gaudia mundi nunquam plena, sed mixta multis subinde doloribus adversitatibus, &c.

* DCCCLXXVIII. *Luna plena soli contraria.*

FRATRI CONTRARIA SÆPE.

In animum litigiosum cum fratribus suis.

* DCCCLXXIX. *Luna plena soli contraria.*

NON DIU CONTRARIA.

In animum facile reconciliabilem. In iras amantium facile mutabiles.

* DCCCLXXX. *Luna plena.*

SIC ORBI MONSTRAT MACULAS.

Tunc sæpe prius maculæ in nobis apparent, cum in plena honorum luce stamus. In Ebriosum, qui vino plenus, quas sobrius maculas celabat, tunc demum patefaciebat.

* DCCCLXXXI. *Luna à nube obscurata.*

A QUO CORONARI SPERAVERAM.

In negligentem Marianum sodalem, intermittentem quotidianam devotionem Rosarii.

* DCCCLXXXII. *Luna à trepidatione primi mobilis trepidans.*

AB HOC TREPIDA.

In B. Virginem exterritam ad Angelicam salutationem. In Leopoldum Imp. quem Turcia pertimescit.

CA-

CAPUT XVII.

LUNA DECRESCENS.

* DCCCLXXXIII. *Luna nobis decrescens alibi videtur plena esse.*

ALIBI PLENA.

In diversitatem Judiciorum divinorum ab humanis, qui enim sæpe hic mundo apparent vacui meritis & mali, Deo apparent pleni.

* *DCCCLXXXIV. Luna decrescens nobis, alibi crescit.*

ALIIS CRESCO.

In idem.

* *DCCCLXXXV. Luna decrescens.*

CREVERAT OLIM.

In deficientem in virtutibus, in quibus ante magnum fecerat incrementum.

* DCCCLXXXVI. *Luna decrescens.*

CREVIT EUNDO.

In eum Religiosum qui nimia conversatione & discursione cum sæcularibus multum à profectu suo discessit, juxta illud. Commixti sunt inter gentes didicerunt opera eorum. Psal. 105

* DCCCLXXXVII. *Luna decrescens.*

IN SUA DAMNA VELOX.

In peccatorem, plenis calcaribus currentem ad suam damnationem. In ambitiosum.

* DCCCLXXXVIII. *Luna decrescendo soli juncta, mox ab eo recedit.*

MOX JUNCTA RECESSIT.

In peccatorem, qui Deo per pœnitentiam junctus, mox ab eo per peccata recessit.

* DCCCLXXXIX. *Luna quantum orbi decrescit tantum cœlo crescit.*

COE-

COELO CRESCIT, CUM DEFICIT ORBI.

Quantum corpus decreſcit per pœnitentias, tantum eidem in altero ſæculo gloriæ accreſcit.

* DCCCXC. *Luna decreſcens ſoli jungitur.*

JUNGOR AT IMMINUOR.

In fœminam nobilem junctam viro ignobili matrimonio. In ſtatum matrimonialem, qui Religioſo longe inferior eſt.

* DCCCXCI. *Luna in decremento ſui ſub nubibus mœrens juncta ſoli.*

JUNGITUR ET MOERET.

In eam quæ contra voluntatem ſuam Viro deſponſatur. In Sacramentum Pœnitentiæ, quo anima ſua peccata deplorando, Deo iterum jungitur.

* DCCCXCII. *Luna in nubibus a ſole levatis radiis coronata.*

QUOS EXTULIT ILLE, CORONANT.

Quem Theologorum Sol S. Thomas Ordinem S. Dominici multum Sanctitate & Doctrinâ ſuâ extulit, Beatiſſimam Mariam Virginem honorat, & coronat devotione Sanctiſſimi Roſarii.

* DCCCXCIII. *Luna decreſcens.*

PAULATIM PROPIOR.

In ſanctitatem, quæ Deo paulatim magis appropinquat.

* DCCCXCIV. *Luna decreſcens poſtquam plena fuit.*

AD PRISTINA CORNUA RURSUM.

In indolem mox ad iram proclivem.

* DCCCXCV. *Luna decreſcens & ſequens ſolem nubibus tectum.*

VELATUM SEQUITUR.

In S. S. Angelorum cohortem, quæ S. S. Euchariſtiæ Sacramentum continuè comitatur.

In

In Domum Auſtriacam eidem Sacramento ſumme addictam.

* DCCCXCVI. *Luna decreſcens.*

COELO SUA MUNERA REDDIT.

In humilem, Deo gratum pro beneficiis.

* DCCCXCVII. *Luna in ultimo decreſcentiæ ſuæ puncto.*

COELO OMNIA REDDIT.

In eum, qui adſcribit cœlo omnia beneficia ab eo accepta.

* DCCCXCVIII. *Luna eadem ut ſupra.*

MEA LUMINA COELO.

In eum qui intentionem ſuam tantum ad cœlum dirigit.

* DCCCXCIX. *Luna decreſcens.*

ORBI NEC TOTA, NEC ÆTHRI.

In eum, qui neque frigidus neque calidus. In tepidum Religioſum.

* CM. *Luna decreſcens.*

STADIUM SINE LUCE CUCURRIT.

In hominem ignobilem.

CMI. Luna etiam in medio cœlo decreſcens.

ETIAM EXALTATA DECREVIT.

In eum, qui in ſummis dignitatibus coram Deo decrevit.

* *CMII. Luna decreſcens oriens.*

MINOR REMEAVIT AB UNDIS.

In Virginem quæ non eâ Virginitatis integritate balnea fuerat egreſſa, qua erat ingreſſa.

* *CMIII. Luna decreſcens occidens.*

MINOR REMEAVIT IN UNDAS.

Minores ſemper redimus ad Sacramentum Pœnitentiæ quam ante, aggravante ſemper relapſus noſtros ingratitudine, commiſſorum, toties de novo peccatorum.

* CMIV. *Luna decrescens.*

NON UNDIQUE FULGET.

In eum, quem inter dignitates, aut virtutes, etiam defectus comitantur.

* CMV. *Luna decrescens.*

NON TAMEN INDE MINOR.

In Judiciorum humanorum falsitatem.

* CMVI. *Luna cursu suo causa est suæ decrescentiæ.*

EXINANIVIT SEMET IPSUM.
Philip. 2.

In Christum natum, & incarnatum.

* CMVII. *Luna decrescens.*

SUNT APICES VACUÆ.

Jejunia ingenium acuunt.

* CMVIII. *Luna decrescens vacuam se simulat, cum alibi sit plena.*

SE SIMULAT VACUAM.

In hypocritam qui simulat jejunium se Curios simulant & Bacchanalia vivunt. In simulatorem paupertatis Religiosæ.

* CMIX. *Luna decrescens vacua.*

ET VACUA FULGET.

In eum, qui a multis jejuniis celebris est. In strictam paupertatem plurimum Ordinum.

* CMX. *Luna cornuta à Turcâ adorata.*

ET VACUA COLITUR.

In ignorantem aliis præpositum.

* CMXI. *Luna cornuta oriens.*

VACUA EST, CUM NASCITUR ORBI.

In Christum in summa paupertate orbi in stabulo Bethlemitico natum.

* CMXII. *Luna eadem super horizontem ascendens.*

VACUA EST CUM TOLLITUR ORBI.

In Chriſtum nudum in ſumma paupertate ſublatum in Crucem.

* CMXIII. *Luna cornuta ab Antonio Burgundia inſcribitur.*

CARPITUR ASSIDUE.

In ætatem noſtram ac vitam, quæ quovis momento decreſcit.

* CMXIV. *Luna decreſcens occidens, tunc converſa orietur, cum ex ultimo decreſcentiæ ſuæ puncto, creſcere incipiet.*

CONVERSA REDIBO.

In Pœnitentem animam, quæ ſe per pœnitentiam ad Deum, à quo ſe per peccata averterat, convertit.

* CMXV. *Luna decreſcens.*

MINIMA CUM VACUA.

In humilitatem, quæ ex jejunio & abſtinentiâ ſæpe oritur.

* CMXVI. *Luna decreſcens.*

VACUA CUM MINIMA.

In jejunium quod ex humilitate ortum habet.

* CMXVII. *Luna ex decreſcente mox creſcere incipiens.*

CONVERSA CUM MINIMA.

In humilitatem veram, quâ ad D. Deum convertimur ex agnitione Nihili noſtri, ejusque ſumma excellentia.

* CMXVIII. *Luna decreſcens occidens in altiore cras Zodiaci gradu oritura.*

NON VULTU, QUAMVIS GRADU MELIORE REDIBO.

In eum, qui in honore, manet priori humilitate, & vultus ſerenitate.

lu-

* CMXIX. *Luna decreſcens.*


NUNQUAM SINE LUMINE MENS EST.

In Gratiæ ſufficientis lumen, ſine qua nunquam eſt intellectus noſter. In S. S. Angelos qui etiam nobis ſemper præſentes, nunquam ſine clara Dei viſione exiſtunt.

* CMXX. *Luna decreſcens, cum ambiente.*

DE IPSIUS LUMINE, MEUS AMBITUS.

In animam ambientem cœleſtem patriam ex gratiis ſibi & illuminationibus à Deo immiſſis.



C PUT XVIII.

* CMXXI. *Luna eclipſata, ex adverſo ſolis.*
HODIE MIHI, CRAS TIBI.

Quando Inviĉtiſſimus Imperator Leopoldus hinc Bello Turcico, inde Gallico in Imperio premebatur, ac multam Res Turcicæ Cæſareanorum viĉtoriis, eclipſin patiebantur, fuit, qui Lunam ex adverſo Solis ſplendentis depinxit, ſupraſcripto cum lemmate, ſolem alloquentem, quo ejus auĉtor collimaverit, facile cuivis patebit. In mortem, quæ hodie alteri, cras nobis erit. In gratiam & disgratiam in aulis mox huic mox alteri obtingentem.

Luna

Luna eclipſata à terra, ſolem poſtea interpoſitione ſua eclipſans.

QUOD TIBI NON VIS FIERI, ALTERI NE FECERIS.

In Charitatem proximo ſervandam.

* CMXXIII. *Luna tum demum eclipſatur cum in media Zodiaci linea quæ ecliptica dicitur, exiſtit.*

ERRANT, QUI DICUNT MEDIUM TENUERE BEATI.

In eos qui noxiam plerumque neutralitatem ſuo damno colere volunt. In conſequenda perfectione medium non ſed ſummum ejuſdem gradum intendere oportet.

* CMXXIV. *Luna in eclipſi ordinario rubicundior.*

RUBET AB EREPTO SIBI LUMINE.

In peccatorem erubeſcentem de erepta ſibi gratiæ ſanctificantis luce per peccatum.

* CMXXV. *Luna eclipſin ſuam evitare non valens.*

MANET IMMUTABILE FATUM.

Ordinationes & decreta divina ſuper nos inevitabilia.

* CMXXVI. *Luna eclipſin patiens cum per lineam rectam orbem quaſi ex alto inſpectura eſt.*

PALLET AD INSPECTUM.

Qui orbem & ejus malitiam penitus inſpicit, eſt, quod timeat ejus dolos. In eum qui inſpectâ conſcientia ſua, timet ab ejuſdem nævis.

* CMXXVII. *Luna vacua, ſeu cornuta eclipſi laborans.*

IN VACUUM LABORAVI.

In labores hominum, absque intentione bona factos, quibus in vacuum & ſine ullo merito laborant.

Luna

* CMXXVIII. *Luna sub nubibus absconsa, eclipsin patiens.*

DEFICIT ABSCONSA.

In eum, qui clanculo hæresin, aut apostasiam animo fovet. In eum, qui in religiosa solitudine deficit, in studio virtutum.

* CMXXIX. *Luna in eclipsin cursu suo festina.*

IPSA PATI VOLUIT.

In Christum, qui *Oblatus est quia ipse voluit.* In B. Virginem Mariam, quæ Christo compati voluit.

* CMXXX. *Luna in eclipsi ab umbrâ terræ pallidior apparens.*

EXPALLUIT UMBRA.

In conscientiam scrupulosam. In Timorem panicum.

* CMXXXI. *Luna à terræ umbrâ eclipsatur, quia omnium Planetarum infimus, terræ vicinior est.*

QUIA PROPIOR ORBI.

Eclipsin, in virtutibus, & famâ patiuntur sæpe ii Religiosi, qui se rebus sæcularibus miscent, orbi sic viciniores.

* CMXXXII. L*una eclipsin egrediens.*

VULTUS CAPIT ILLA PRIORES.

In conscientiam ex scrupulosa serenatam. In lætitiam tristibus succedentem.

* CMXXXIII. L*una in eclipsi erubescens.*

OBSCURA RUBESCIT

In eum, cui de humili parentelâ, multa erubescentia est.

* CMXXXIV. L*una, cujus lumen à terrâ tegitur, in eclipsi loquens.*

MEUM LUMEN, TERRA TEGIT.

Querela hæc est animæ piæ, deplorantis Christum suum unicum lumen, post amarissimam passionem sepultum.

* CMXXXV. *Luna eclipsata.*

ABSQUE LABORE NIHIL.

In hoc mundo, nil absque defectu est, nil absque labore.

* CMXXXVI. *Terra eclipsin Lunæ sibi umbrâ suâ formans.*

CONDITUR IN TENEBRAS QUAS CONDIDIT.

In eum qui Religionem fundans, in ejusdem solitudine vivere voluit.

* CMXXXVII. *Eadem terra in* Lunæ *eclipsi.*

LANGUORIS, SIBI CAUSA SUI.

In infirmitatem propriâ ex culpa ortam. Idem de infirmatâ animâ intelligas.

* CMXXXVIII. *Luna cum eclipsi laborat frigida.*

FRIGESCIT QUANDO LABORAT.

In frigidum & negligentem operarium, qui ex numero eorum est, de quibus carmen:


Sudant quando vorant, frigescunt quando laborant.

* CMXXXIX. *Luna eclipsin patiens ab interveniente terræ globo, In Thesibus Parisiensibus* S. *Stanislao Kostkæ dedicatis inscribitur.*

HOC INTERVENIENTE.

In Victoriam Polonis contra Turcas interventione S. Stanislai Kostkæ apud Deum impetratam.

CA-



CAPUT XIX.

DE

STELLIS FIXIS.

* CMXL. *Stellæ de nocte solis lumine lucentes, solem orientem præeuntes.*

AUCTOREM PRÆEUNT.

In Prophetas Veteris Testamenti, Christum præeuntes. In Christum, in Venerabili delatum, præeuntibus quam plurimis eum Angelis & Fidelibus.

* CMXLI. *Stellæ similiter solem occidentem sequentes.*

SEQUUNTUR AUTOREM.

In eundem Christum sub speciebus Eucharisticis, sic comitatum.

* CMXLII. *Stellæ fixæ.*

CUM LUCE POTESTAS.

In Prælatos Ecclesiæ.

* CMXLIII. *Idem.*

VERTIMUR, NON EVERTIMUR.

In tribulationes, quibus quidem multum versamur, non vero evertimur. In constantem animum, inter tribulationes.

* CMXLIV. *Stellæ fixæ cœlo Viciniores minimè errant.*

NON EST COELO PROPIORIBUS ERROR.

In Sanctos in cœlo.

* CMXLV. *Stellæ fixæ, quarum majores primæ magnitudinis dicuntur & sic consequenter.*

JUXTA ORDINEM NATIVITATIS EORUM. *Exod. 28.*

In Jus Primogenituræ, minimè turbandum.

* CMXLVI. *Stellæ de nocte fulgentes.*

SPECTANTUR ET ADSUNT.

In eum qui minime hypocrita est iis quibus spectatur virtutibus.

* CMXLVII. *Stellæ de nocte splendentes.*

VIGILANT DE NOCTE MINORES.

In Ordinem F. F. Minorum de nocte Deum colentium.

* CMXLVIII. *Stellæ diversæ magnitudinis.*

ORDINE ET VARIETATE.

In Scriptorem excellentem, ordine & varietate rerum ac materiarum.

* CMXLIX. *Stellæ.*

ARDOR FULGINIS EXPERS.

In castum amorem.

St

* CML. *Stellæ fixæ.*

NULLÆ ALIUS ARDENT.

In Seraphinorum amores. In amores Sanctorum in cœlo.

* CMLI. *Stellæ primæ magnitudinis sole occidente primo apparentes, & oriente ultimo disparentes.*

QUÆ PRIMA ARSIT, EXTINGUITUR ULTIMA.

In firmum & diuturnum amorem.

* CMLII. *Stellæ sole occidente subobscurè adhuc apparentes, ut nullæ ex eis constellationes dignosci possint.*

NONDVM APPARUIT QUID ERIMVS.

In miserrimam carnis nostræ corruptibilis conditionem, olim in cœlo dotibus gloriosis gavisuram.

* CMLIII. *Stellæ minimæ sole occidente, ultimo apparentes, & primo recedentes.*

VENIT ULTIMA, PRIMA RECEDIT.

In negligentem Religiosum ad chorum, aliasque mortificationes religiosas ultimo venientem, & primo recedentem.

* CMLIV. *Stellæ oriente sole paulatim evanescentes.*

PAULATIM EVANESCIMUS.

In conditionem vitæ humanæ.

* CMLV. *Stellæ fixæ.*

FIRMANTUR ET ARDENT.

In firmos & stabiles Sanctorum in cœlis amores.

* CMLVI. *Stellæ fixæ semper in motu.*

SPECTAMUR AGENDO.

In ministrum vel Principem semper occupatum.

* CMLVII. *Stellæ signa Zodiaci formantes, quæ quasi Reges orbis sunt.*

FORMANT, REGIBUS, ASTRA DECUS.

Om-

Omnes Coronæ & mundi honores à Deo sunt.

* CMLVIII. *Stellæ occidentes.*

SERIUS AUT CITIUS.

In mortem ſerius aut citius advenientem.

* CMLIX. *Stellæ fixæ in frigore magis ardentes.*

ADVERSIS CLARIUS ARDENT.

In Sanctorum hoc in orbe amorem, qui in adverſitatibus magis accreſcit.

* CMLX. *Stellæ plures ſole occidente apparentes.*

UNIUS OCCASU PLURES.

Factum fuit in funere Gallici ſupremi Mareſchalci Turenii, quando ipſo mortuo Rex plures in locum unius Mareſchalcos ſubſtituit.

* CMLXI. *Stellæ fixæ.*

NUNQUAM NON VIGILES.

In SS. Angelos Cuſtodes. In Prælatos Sanctæ Eccleſiæ.

* CMLXII. *Stellæ ſole occidente non ſtatim omnes apparentes.*

PAULATIM PLURES.

In virtutes, quarum plures, juſtis paulatim accreſcunt.

* CMLXIII *Stellæ fixæ.*

SILENDO ET AGENDO.

In virum activum & taciturnum. In ſilentium Religioſorum, cum eorundem activâ vitâ.

* CMLXIV. *Idem.*

AGMINE PERPETUO FULGENT.
Claud.

In Cohortem S. S. Victoris Caſſii, Florentii &c. In S. Gereonem cum ſua cohorte. In Sanctos in cœlo.

* CMLXV. *Stellæ fixæ occidentes.*

ARDEBUNT ALIBI.

In

In justos ex hoc mundo ad Deum translatos, quem in cœlo imposterum amabunt.

* CMLXVI. *Stellæ omnes occidentes diverso tempore.*

STAT SUA CUIQUE DIES.

In mortem omnibus suo tempore imminentem.

* CMLXVII. *Stellæ dum orbis in quiete est, lucentes.*

VIGILANT, REQUIESCAT UT ORBIS.

In S. S. Angelos custodes, dum quiescimus pro nobis vigiles.

* CMLXVIII. *Stellæ fixæ.*

COELO HÆRENT LUCENTQUE POLO.

In S. S. Doctores, qui modo in cœlis existentes, virtutibus, ac conscriptis libris, orbi huic nostro lucent.

* CMLXIX. *Idem.*

NEC OMNES DIEM.

Nec omnia gaudia mundi diem æternæ felicitatis inducunt.

* CMLXX. *Stellam fixam Daniel Feville exhibet cum Lemmate.*

NIHIL ABSTULIT ILLI PROMETHEUS.

In Doctores, quibus quod scientiâ suâ alios illuminent, nihil decedit.

* CMLXXI. *Stellæ fixæ, ultimæ magnitudinis.*

ET ARDENT MINIME.

Minimi etiam in cœlo Sancti, summè Deum amant.

* CMLXXII. *Stellæ fixæ.*

AVRORÆ, NOCTISQVE DVCES,

Claudian.

In Doctores ac Confeſſarios, duces bonorum & malorum.

* CMLXXIII. *Stellæ fixæ diverſæ magnitudinis occidentes.*

HUC SUMMUS ET INFIMUS ORDO.

In mortem, æquo pede pulſantem pauperum tabernas, Regumque turres.

* CMLXXIV *Stellæ fixæ eædem.*

OCCASUM DIDICERE PATI. *Claud.*

In morientem reſignate. In mortificatum & reſignatè adverſa patientem.

* CMLXXV. *Stellæ occidentes.*

ALIUM PROPERAMUS IN ORBEM.

In mortem.

* CMLXXVI. *Stellæ lumen orbi elargientes.*

SINE DAMNO SUÆ LUCIS.

In B. Virginem Mariam, quæ eſt ſtella ex Jacob orta, pariens ſine damno ſuæ Virginitatis, aut integritatis in Bethlem Chriſtum Dominum. Vide lect. II. Nocturni in feſto Nominis Mariæ.

* CMLXXVII. *Stella fixa.*

IMMOTA MOVETUR.

In perſecutiones juſtorum, quibus hoc in orbe verſantur, & permanent immoti. In eum, qui gratiis actualibus à Deo immiſſis movetur quidem, nil operando vero, non emendatur.

* CMLXXVIII. *Stellæ fixæ, quæ ab Aſtrologis in monſtra diſpertitæ ſunt.*

ARDENT HIC MONSTRA, MICANTQUE.

In peccatores olim in terra, modo in cœlis Sanctos, & Deum ſummè amantes

* CMLXXIX. *Stellæ fixæ patientes motum trepidationis.*

NIHIL UNDIQUE FIXUM.

Nil mortale ſtabile eſt.

Stel-

* CMLXXX. *Stellæ ultimæ magnitudinis plurimæ.*

MINIMIS ABVNDAT OLIMPVS.

In Ordinem F F. Minimorum S. Francisci de Paula, qui plurimos cœlo Sanctos transcribit. In Sanctos qui omnes in cœlo humiles sunt.

* CMLXXXI. *Stellæ fixæ omnes ab una Mente seu Intelligentia circumactæ.*

MENS OMNIBVS VNA EST.

In Communitatem Religiosam, cujus cor unum & anima una est. Quo in genere meas sorores Varsavienses nunquam sufficienter commendavero. Summè ingratus hic sim, Amplissimo Calcariensi in Cliviæ Ducatu, Magistratui, si hoc loco immemor fuero eorum beneficiorum, quæ duodenii spatio Monasterii S. Mariæ Floris Ordinis nostri intra eandem Urbem Prior, non tantum recepi; sed & ejus amicitiæ, qua ex post semper ab ipso constanter excultus fui: cui exsolvendæ impar, parvam ei gratitudinis tesseram appensurus, stellis in cœlo fixis, omnes incliti ejusdem Magistratus Viros, non absimiles dixerim, quibus,in regendis Urbis suæ Civibus, ac manutenendâ apud eosdem in Deum & Principem suum fide, SEMPER MENS OMNIBUS UNA EST. Multum ad hoc allaborante Clarissimo Viro Joanne Eberhardo Grondio J. C. ac Urbis Consule altero meo Jonatha, ut Magistratus & Civium maneat cor unum & anima una: qui, uti & alii omnes, postquam Urbi suæ in plurimos annos sic adhuc præluxerint, ut meritis pleni, demum in altera vita luceant, velut stellæ in perpetuas æternitates, unicum grati animi mei votum est.

* CMLXXXII. *Stellæ fixæ, de die.*

NON LUCENT ET ARDENT.

In eos qui in solitudine ignoti, orbi, Deum maxime diligunt.

* CLXXXIII. *Stellæ de nocte ardentes.*

A-

AMANT SUPERNA VIDERI.

Cœlestis beatitudo omnes desiderat homines.

* CMLXXXIV. *Stellæ de die solis Luce mortificatæ.*

MORTIFICAMUR TOTA DIE.

In vitam boni Religiosi, cui ut quotidiana mortificatio sit, necesse est.

* CMLXXXV. *Stellæ obscurâ nocte omnes fulgentes.*

FULGENT ETIAM DE NOCTE MINORES.

In Ordinem F.F. Minorum, qui in hujus mundi nocte multam Ecclesiæ & orbi lucem adfert viris doctis, exemplaribus, &c.

* CMLXXXVI. *In maximo cœli empyrei circuitu, maximi etiam stellarum orbes, admodum parvi apparentes.*

IN MAGNO, NEMO PARVUS.

In Sanctos, quorum nemo in cœlo exiguus est.

* CMLXXXVII. *Stellæ fixæ omnes in uno firmamento firmatæ.*

OMNES FIRMAMUR IN UNO.

Omnium nostrum fundamentum Christus Dominus est.

* CMLXXXVIII. *Stellæ fixæ de nocte lucentes.*

E TENEBRIS LUCEM.

In veram humilitatem, ex cujus tenebris lux vera in cœlis nobis oritur.

* CMLXXXIX. *Stellæ eadem.*

LUCE LATENT SOLA.

In eos qui honores mundanos fugiunt.

* CMXC. *Stellæ soli occidenti succedentes.*

UNI SUCCEDUNT LUMINA MILLE.

Uni honori mundano hic spreto, mille honores in cœlis succedent. In S. Ignatium Lojolam, quo mortuo orbi ex Soc. Jesu successerunt mille lumina Doctorum & Sanctorum.

Stel-

* CMXCI. *Stellæ fixæ sole occidente paulatim splendidiores.*

In Justorum sanctitatem paulatim accrescentem. In spei magnæ Juventutem.

* CMXCII. *Stellæ fixæ.*

PERMANENT IMMOBILES. *ex Hym.*

In S. S. Martyres, de quibus id canit Ecclesia. In Viros constantes.

* CMXCIII. *Sidera fixa, sunt qui plura latere ob exiguitatem suam putant, quam videantur.*

NE NUMERA, NAM PLURA LATENT.

In mirabilia illa, quæ à Deo facta conspicimus, nobis pluribus aliis latentibus. In beneficia, quorum plura nos latent, quæ à Deo nobis concessa sunt, quam pateant.

* CMXCIV. *Stellæ fixæ.*

TURBAM MAGNAM QUAM DINUMERARE NEMO POTERAT.

In ingentem numerum Sanctorum in Cœlo.

* CMXCV. *Idem.*

MOVENTUR ET ARDENT.

In eos, qui tribulationibus agitati Deum tamen ex eo magis amant. In eos, qui gratiis à Deo immissis, ad ejus amorem inde moventur.

* CMXCVI. *Stellæ fixæ, vesperi ad solis occasum patentes.*

SERO PATENT.

In confessionem procrastinatam.

* CMXCVII. *Stellæ fixæ, in contrarium instar Planetarum ab Intelligentia sua neutiquam circumactæ.*

NULLAM, MENS IN CONTRARIA VERSAT.

In communitatem, cujus cor unum & anima una.

stel-

* CMXCVIII. *Stellæ fixæ omnes ad occaſum vergentes.*

OMNES PROPERAMUS AD UNUM.

In mortem.

* CMXCIX. *Stellæ fixæ ſole occidente duce in Oceanum properantes.*

HOC DUCE IN OCEANUM PROPERAMUS.

In Admiralium claſſis marinæ. In S. Franciſcum Xaverium, quo Duce, plures ex Soc. Jeſu, Oceano ſe dedere, convertendis Indiis, &c.

* M. *Stellæ fixæ ſole occidente Duce, omnes in Oceanum merſæ.*

ISTO DUCE MERGIMUR OMNES.

In S Franciſcum Xaverium, quo duce plurimi in Indiis Sacramento Baptiſmi tincti ſunt & Sacramento Pœnitentiæ merſi.

* MI. *Stellæ fixæ.*

COELO MICAT AUREUS ORDO.

In ordinem Equitum Aurei Velleris.

* MII. *Stellæ fixæ ſole occidente duce omnes ſequentes.*

QUA PRÆIT HIC, OMNES SEQUIMUR.

In ſubditos, præeuntem Prælatum, ſequentes.

* MIII. *Stellæ fixæ lumen amittentes ſole oriente.*

NOX ORIENTE VENIT.

In præſentia Majoris Miniſtri, minorum reſpectus nonnihil obfuſcatur

* MIV. *Stellæ fixæ, omnes ex eadem maſſâ luminoſi corporis creatæ.*

EX EADEM MASSA OMNES.

In homines omnes ex eadem maſſa factos.

* MV. *Stellæ fixæ primæ magnitudinis lucidiores.*

PLUS VIGILANT MAGNÆ.

In Vigilantiam Magnorum Eccleſiæ Prælatorum.

C A-

CAPUT. XX.

DE PLANETIS IN GENERE.

* MVI. P*lanetæ motu sui naturali ex occidente in orientem nitentes.*

NITUNTUR IN ORTUM.

In eos ex Societate Jesu Missionarios, qui ex occidente nostro in orientem tendunt convertendis Indiis.

* MVII. P*lanetæ nusquam fixi.*

NUSQUAM FIXI.

In Missionarios. In Vagos. In inconstantem indolem.

* MVIII. P*laneta semper suo ordine errantes.*

CERTUS ERROR.

In Conscientiam non ex errore, sed certâ ex scientiâ peccantem.

* MCIX. P*lanetæ quilibet diversa Intelligentia circumactus.*

SED MENS, NON OMNIBUS UNA EST.

In Communitatem minus charitativam inter se. In Doctores & Scriptores. In diversitatem judiciorum humanorum.

* MX. P*lanetæ diversos cursus habentes.*

NON PASSIBVS ÆQVIS *Virg.*

In mortem, non passu æquali omnibus advenientem. In profectum disparem Religiosorum.

* MXI. *Planetæ diverſos effectus habentes.*

NON VIRIBUS ÆQUIS.

In Hierarchia Angelica non cuilibet ordini eædem virtutes. Item in Hierarchia Eccleſiaſtica non eadem poteſtas. In Regna hujus orbis ac Reges.

* MXII. *Planetæ motu contrario motui primi mobilis, ſemper euntes.*

MOTU CONTRARIO.

In animum impacificum. In Doctorem ſententiis ſuis ſemper nitentem contra torrentem.

* MXIII. *Planetæ etiam cum errant plus operantes & diverſa.*

FELICES ERRORE SVO.

In S. S. Pœnitentes, S. Petrum, Thomam S. Mariam Magd. & alios.

* MXIV. *Planetæ infimi plus in hæc inferiora influentes quam ſupremi.*

PLVS INFIMVS AVDET.

In indolem abjectam & audacem.

* MXV. *Planeta cum mente ſeu Intelligentia ſua.*

AST MENS NON ERRAT.

In eum, qui ſemper conſtantis mentis eſt.

CAPUT XXI.

DE

PLANETIS IN SPECIE

SATURNUS.

* MXVI. *Saturnus Planetarum omnium ſummus.*

SUBLIMIS INTER SIDERA.

In excellentem aliquem ſanctum V. G. S. Joſephum.

Sa-

* MXVII. *Saturnus tardissimus omnium Planetarum, tandem tamen post orbem suum absolvit.*

TARDE, SED SENSIM.

In indolem tarde proficientem. In S. Thomam qui prius bos mutus dicebatur.

* MXVIII. *Saturnus Planeta supra Jovem Planetam.*

SUPRA JOVEM.

In potentiam S. Josephi in Cœlo, qui cum fuit Nutritius Christi Pater, Christo superior fuit in terris. *Erat enim* inquit Euangelium *subditus illis.* Atque etiamnum superior in cœlis, si rite id capias, nempe quidvis ab eo impetrando.

* MXIX. *A Saturno inter Planetas Principium est.*

A JOVE PRINCIPIUM RARO.

In perversos mundi mores, quibus Deum sæpe aliis temporalibus postponit. Item in intentionem bonam sæpe neglectam.

JUPITER.

* MXX. *Jupiter Planeta stellulis aliquot uti satellitibus stipatus.*

SEMPER à LATERE.

In Legatos de Latere Apostolicos. In S. S. Angelos semper Eucharistiæ Sacramento præsentes.

* MXXI *Jupiter Planeta iisdem comitatus.*

NORUNTQUE JOVEM, SUA SYDERA.

In Sanctos in Cœlo nunc clare Deum videntes.

* MXXII *Idem.*

NUNQUAM PROCUL A JOVE.

In B. Virginem & S. Josephum, nunc in Cœlis vicinos Christo, uti antea fuerant in terris.

M A R S.

* MXXIII. *Mars Planeta in Sphœra ſua fere ſemper nocivus.*

TOTO MARS IMPIUS ORBE. *Virgil.*

Bella toto in orbe terrarum nil boni ſecum adducunt, ſed ſemper mala.

* MXXIV. *Mars Planeta rubicundus colore.*

CONFESSUS SECRETA RUBOR. *Claud. de nup. Hort.*

In hominem iracundum, iracundiam ſecretam in exaſperato vultu circumferentem.

* MXXV. *Mars idem.*

CRUORE NOTABILIS IPSO.

In Tyrannum, notum ex multi ſanguinis effuſione.

* MXXVI. *Idem.*

SEMPER CRUENTUS.

In Tyrannum ſimilem.

M E R C U R I U S.

* MXXVII. *Mercurius Planeta in cœlo etiam errans.*

NEC IN IPSO FIXUS OLIMPO.

In eum, qui prius in ſæculo ex poſt etiam in ipſa Religione inconſtans manet.

* MXXVIII. *Idem.*

UBIQUE MERCURIUS.

In vagum, & inconſtantem, ac levem.

* MXXIX. *Mercurius in ſolem ingrediens, atque lumen ſuum perdens.*

LUMEN MIHI PRÆBET ECCLIPSIN.

In

In eum cui ingenii dotes occaſio hæreſeos ſunt, uti fuere Luthero, Calvino, & aliis.

VENUS SEU DIANA PHOSPHORUS VEL HESPERUS.

* MXXX. *Phoſphorus cum ſole oriente.*
CUM NASCITUR ADSUM.

In B. Virginem Chriſtum parientem. In Principem Regii in Galliâ ſanguinis qui ſemper ad partus Reginæ advocantur ad Anticameram, teſtes futuri non ſuppoſiti regii partus. Item in S. Angelum Cuſtodem noſtrum, qui jam natis deputatis ad cuſtodiam adeſt.

* MXXXI. *Venus Planeta ſolem ubique ſecuta.*
TERRAQUE MARIQUE SECUTA.

In ſtimulum & tentationes carnis, ubique nobis comites.

* MXXXII. *Heſperus & Phoſphorus veſperi & mane labores finiens & renovans.*
FINIT PARITER RENOVATQUE LABORES.

In mortem malam impiorum.

* MXXXIII. *In Gallia exhibitus fuit Phoſphorus venturæ lucis nuncius cum Lemmate.*
TESTIMONIUM PERHIBET DE LUMINE.

In S. Joannem Baptiſtam. Item in Theologiam ſcholaſticam

* MXXXIV. *Venus ſemper ſolis comes.*
NESCIA DIVELLI.

In fidem & conſtantem amicitiam. In eam difficultatem, quà ſuperatur conſuetudo mala venerea.

* MXXXV. *Phoſphorus ſoli prævius.*
VENIET MAJOR POST ME.

In S. Joannem Baptiſtam ſic loquentem.

* MXXXVI. *Sol cum ſtella Phoſphoro à Patre Engelgrave inſcribitur.*

O NATA MECUM!

In B. Virginem.

* MXXXVII. *Phoſphorus.*

HESPERUS ANTE FUIT.

Occidendum nobis prius cum heſpero per mortem eſt, antequam in alterâ vitâ ut Phoſphori oriri poſſimus.

Emanuali Abbati Theſauro, qui poſtquam Regum natalitiis, doctiſſimis inventionibus applauſerat, etiam eorum funeribus indoluit; Muſæ Mediolanenſes ſequens carmen poſuere.

Regum ortus panxit, planxit qui funera Regum
Phoſphorus eſt ſolis, Heſperus ante fuit.

* MXXXVIII. *Venus Planetarum inconſtantiſſimus modo præcurrens modo ſequens ſolem.*

NIL MAGIS INCONSTANS VENERE EST.

In Venereos amores, qui ordinariè ſunt inconſtantiſſimi & in odia degenerant.

* MXXXIX. *Venus Solis comes.*

SOLIS SOLA COMES.

In Scholam Thomiſticam Comitêm S. Thomæ cui in pectore Sol.

In eum qui in proſperis amicus tantum eſt.

* MXL. *Phoſphorus & Heſperus ſtella.*

SUPER OMNES SPECIOSA.

In B. Virginem. *Et macula non eſt in te.* Aut illud Statii.

CLARIOR OMNIA SUPRA HESPERUS.

Sic ubi tranquillo pellucent ſydera ponto,
Omnia clara nitent, ſed clarior omnia ſupra
Heſperus

In Chriſtum ſpecioſum præ filiis hominum.

* MXLI. *Venus Planeta regnum ſuum perdit ſub Virginis ſigno Teſte Berchorio.*

PER-

PERDIT SUB VIRGINE REGNUM.

Iu B. Virginem maximam contra Venerem & luxuriam patronam.

* MXLII. *Hesperus solis eam in oceanum mergitur comes.*

CUM MERGITUR ADSVM.

In gratiam Dei quæ in omnibus quibus mergimur calamitatibus semper nobis præsens est.

* MXLIII. *Hesperus tenebrarum nuntius.*

TENEBRAS LVX NVNCIAT ISTA.

In cereum mortualem nuntium mortis.

* MXLIV. *Hesperus.*

PHOSPHORUS OLIM.

In eum qui in honoribus degradationem patitur.

* MXLV. *Phosphorus & Hesperus.*

DEDIT ILLE DIEM, DABIT ILLE QVIETEM.

In D. Deum qui dum luce gratiæ suæ conscientiam nostram illuminat & plenam quietem & serenitatem adfert.

* MXLVI. *Celebrandæ Regiæ Hispanorum potentiæ utroque in orbe, in Introitu Cardinalis Ferdinandi Infantis Hispaniæ Anno 1635. Gasparus Gevartius urbis Antverpiensis Secretarius,* Planetam *Venerem exhibuit cum Lemnate.*

EOIS LUCET ET OCCIDUIS.

In potentiam Regis Hispaniæ hoc, & in altero orbe.

In S. Rosam Virginem Peruanam radiis suæ sanctitatis nostrum & alterum orbem illustrantis.

Item in S. Franciscum Xaverium.

In Societatem Jesu, utrique orbi effundentem radios suæ sanctitatis & doctrinæ.

* MXLVII. *Idem Planeta solem præcedens & subsequens.*

ORIENTEM PRÆIT, SEQVITURQVE CADENTEM.

In eum, qui in prosperis servorum & amicorum primus est, in adversis vero à longe sequitur. In S. Petrum, qui transfigurato Christo in monte Thabor mox tabernacula ædificare volebat; Christo autem in Passione suâ occidente *sequebatur à longe.*

* MXLVIII. *Idem Planeta.*

COMES ILLE SEQUETUR.

In amicum fidelem. In S. Joannem Evangelistam, solum sequentem ad montem Calvariæ usque Christum Dominum.

* MXLIX. *Idem Planeta.*

FERT LUCEM ET TENEBRAS.

In Doctorem, miscentem salubribus doctrinis tenebras hæresum &c.

* ML *Idem Planeta sole occidente.*

DUM CADIT ILLE, CADO.

In amicum qui casui patroni & amici sui involvitur.

* MLI. *Phosphorus cum sole oriente.*

SE NASCENS DEDIT SOCIUM.

In Christum Dominum de quo S. Thomas se nascens dedit socium convescens in edulium, se moriens in pretium se regnans dat in præmium.

* MLII. *Venus in ortu suo, si ritè intuearis, Hespero venustior apparens.*

LÆTIOR IN ORTU.

In luxuriam, aliasque mundi voluptates, quæ in ortu & principio sui, lætæ obveniunt, tristes vero decedunt, relicto in conscientia gravi aculeo.

* MLIII. *Hesperus & Phosphorus sole latente latent.*

SOLE LATENTE LATENT.

In SS. Angelos, qui cum Christo latente sub speciebus Eucharisticis, & ipsi latent neque conspiciuntur.

* MLIV.

* MLIV. *Hesperus & Phosphorus.*
NOVISSIMA PRIMA, ET PRIMA NOVISSIMA.

In ordinem cœli, ab hujus mundi ordine longe diversum. In humiles exaltandos, superbos in altera vita deprimendos.

* MLV. *Phosphorus.*
NUNCIAT AUCTOREM.

In S. Joannem Baptistam.

CAPUT XXII.
DE CONSTELLATIONIBUS IN GENERE.

* MLVI. *Constellationes diversorum in cœlis monstrorum, non omnibus facile discernendæ sed solis doctis.*
DOCTIS HÆC COGNITA TANTUM.

In peccatorum mortalium gravitatem, solis Theologis, & viris doctis cognitam.

* MLVII. *Constellationes, ex diversis simul junctis stellis.*
SIC JUNGIT OLIMPUS.

In diversos Religiosorum Ordines, qui formantur ex conjunctione diversorum. Item in diversos ordines in cœlo junctos ex ejusdem aureolæ sanctis, uti sunt SS. Martyres, Doctores, Virgines.

* MLIIX. *Idem.*
QUAM BENE JUNGUNTUR.

In sanctos felicissimè junctos in æterna beatitudine.

* MLIX. *Stellæ conflatæ in Constellationes, Serpentarii Regis Lyræ, Herculis, Argonavis, & similium nil propterea immutantur.*

NEC MORES, MUTANTUR HONORE.

In eum, qui ad honores evectus, nil inde extollitur.

CAPUT XXIII.

DE CONSTELLATIONIBUS SEU SIGNIS ZODIACI

ARIES.

* MLX. *Aries signum mansuetissimum.*

TERRIS MANSUETUS ET ASTRIS.

In Christum Dominum qui olim in terris mansuetissimus, idem nunc adhuc præstat in cœlis, exspectando peccatorum Pœnitentiam.

* MLXI. *Quando Illustr. Episcopus Plocensis Serenifs. Joannis* III. *Regis Poloniæ filiam Theresiam Cunigundam duxerat in Belgium Sponsam Maximiliani Emanuelis Electoris Bavariæ. Collegium Varsaviense in dedicatis eidem Illustr. Episcopo Thesibus expressurum hoc, assumpto ex agalmate gentilitio ejusdem ariete, eum præfiguravit in Zodiaco omnia alia signa veluti Regem, præcedentem cum Lemmate.*

REGIBUS IPSE PRÆIT.

In Sanctum aliquem Regem, Ludovicum, Ericum &c. qui secuturis post se Regibus exemplo, & sanctitate quam sequerentur præivit.

* MLXII. *Idem aries omnium Zodiaci signorum mitissimus.*

INTER OMNES MITIS.

In Christum, qui mitis fuit & humilis corde. In S. Philippum Nerium, de cujus mansuetudine. Vide ejus vitam.

* MLXIII. *Eminentissimo Cardinali Radzeiowski Archiepis-*

chiepiſcopo Gneſnenſi. Regni Poloniæ Primati, ab eodem Collegio, etiam ex agalmate proprio, eodem Zodiaci ſigno applauſum Legi: iſto cum Lemmate.

HOC SIDERE, REGNI, VER ERIT ÆTERNUM.

In feliciſſima Præſagia, quando is ad Infulam Archiepiſcopalem Gneſnenſem nominabatur, quæ infula Primatum Regni annexum habet. In clementiam quâ Regna feliciſſime & quietiſſime gubernantur & conſiſtunt.

T A U R U S.

* MLXIV. *Taurus in Zodiaco.*

HIC VICTIMA NUNQUAM.

In Chriſtum Dominum pro nobis inſtar tauri in cruce ſacrificatum, nunc glorioſe Dominantem in cœlis, qui *reſurgens ex mortuis amplius non moritur.* In Sanctos in cœlo, quibus *neque labor neque dolor, vel mors ultra erit.*

G E M I N I.

* MLXV. *Gemini Terris innoxii.*

INNOXIA NUMINA TERRIS. *Luc.* 9.

In S. S. Tutelares.

* MLXVI. *Gemini.*

SEMPER FUIT ÆQUA POTESTAS.

In S Petrum & Paulum in Cœlo ſanctitate pares & poteſtate.

* MLXVII. *Gemini.*

CONCORDIA SYDERA FRATRES *Ovid.*

Audi de iis Canentem Theſaurum.

Hi ſunt Tyndaridæ, fidiſſima pectora fratres,
Qui duo corporibus, corde ſed unus erant.

Unanimi Regnum ſtudio rexere paternum
 Turbavitque piam, nulla querela domum.
Sic olim gemino cor unum pectore fratres,
 Nunc uno gemina, in pectore corda gerunt.
In Charitatem fraternam religioſorum. In proximos qui fratres noſtri ſunt.

* MLXVIII. *Theſes Pariſienſes ſignum Geminorum exhibent cum Lemmate.*

PAR COMPARE GAUDET.

In S. Staniſlaum Koskam è Soc. Jeſu innoſcentiam, quando Chriſtum puerulum dignatus fuit brachiis ſuis amplecti. In amicitiam inter pares conſtantiorem.

* MLXIX. *Gemini.*

FORMOSUS UTERQUE EST.

In Chriſtum & St. Joannem Baptiſtam pueros ſibi colludentes.

* MLXX. *Gemini in cœlo.*

URIMUR IGNE PARI, VEL AMOR UNUS, ET ARDOR.


In parem duorum amorem.

* MLXXI. *Gemini ſimul orientes ſimul occidentes.*

EVEHIMUR PARITER, PARITERQUE CADEMUS.

In corpus & animam, in cœlo pariter evehendum, vel deprimendum in infernum. In amicos, quorum unus alterum caſu ſuo vel exaltatione involvit.

Sequuntur hic ſymbola aliquot, religioſis quos ſub vocabulo Fratrum intelligo, applicanda.



* MLXXII. *Gemini inter Cancrum, quod animal retrogradum est, & taurum quod animal progrediens est constituti.*

PROGREDI FRATRES, AUT REGREDI.

Exploratum apud ascetícos eſt, in vita ſpirituali, eum qui non progreditur, regredi, Non progredi enim regredi eſt.

* MLXXIII. *Signum Geminorum longo ab Amphoræ signo ſpatio conſtitutum.*

PROCUL AMPHORA FRATRES.

In Religioſam ſobrietatem.

* MLXXIV. *Gemini nunquam extra ſignum ſuum.*

NUNQUAM EXTRA DOMUM.

In

In amorem Cellæ ac ſolitudinis Religioſæ.

* MLXXV. *Gemini in Ecliptica media Zodiaci linea conſtituti.*

FRATRES MEDIUM TENUERE BEATI.

In medium etiam tenendum in perfectione acquirenda & ubique evitanda extrema.

* MLXXVI. *Geminis prope occidentibus, in oriente, Sagittarii ſignum videbis in Geminos directo telo ſuo collimantis.*

IN SIGNUM AD SAGITTAM.

In Religioſos, qui meminerint ſe ſæcularium oculis expoſitos eſſe in ſignum cui contradicetur.

* MLXXVII. *Idem.*

PERSECUTIONEM PATIMUR ET SUSTINEMUS.

In patientiam Religioſis habendam in perſecutionibus.

* MLXXVIII. *Signum Leonis ſigno Geminorum ferè vicinum.*

FRATRES, CIRCUIT QUÆRENS QUEM DEVORET.

In inſidias, quas Diabolus religioſis magis ſtruit, quam ſæcularibus.

* MLXXIX. *Gemini in Cœlo conſtituti.*

NOSTRA CONVERSATIO IN COELIS EST.

In ſanctam Religioſorum Converſationem & Colloquia, quæ religioſa ſint oportet.

* MLXXX. *Signum Geminorum ſigno Libræ intermedio Virginis ſigno vicinum.*

POST HOC JUDICIUM.

Poſt converſationes muliebres, Religioſi male mox ſe judicandos à ſæcularibus meminerint. Item in Judicium ſtrictiſſimum Dei ipſis Religioſis magis quam aliis paratum.

* MLXXXI. *Gemini ſibi invicem amplexu inhærentes.*

FRA-

FRATREM NE DESERE FRATER.

Virg. Æne.

In fraternum auxilium à Religiosis sibi mutuo præstandum.

* MLXXXII. *Gemini.*

HÆC EST VERA FRATERNITAS.

In fraternitatem Religiosam quæ in Deo est. Item in veram sanctorum fraternitatem in cœlo.

* MLXXXIII. *Gemini semper duo.*

SEMPER GEMINI.

In Religiosos in publicum semper prodeuntes associatos.

* MLXXXIV. *Gemini.*

ÆTERNO FOEDERE JUNCTI.

In æternam conjunctionem corporis & animæ in cœlesti beatitudine.

* MLXXXV. *Gemini.*

CONCORDIA FATA DUORUM. *Pers.*

In corporis & animæ unam eandemque sive in felici beatorum, sive in infelici damnatorum statu, subeundam sortem.

* MLXXXVI. *Gemini nudi depicti orientes & occidentes.*

NUDI EGRESSI SUMUS ET REVERTEMUR.

In parem, omnibus nascendi & moriendi conditionem, qui sicut nati nil hunc in mundum intulimus, ita neque mortui efferemus.

* MLXXXVII. *Gemini.*

COEPIT LOCUS UNUS UTRUMQUE. *Ovid.*

In individuam societatem corpori, & animæ in altero sæculo subeundam.

* MLXXXVIII. *Gemini.*

ÆQUE, DIGNUS UTERQUE COLI. *Lib. Fast.*

In S. Petrum & Paulum similesque alios Sanctos pari honore colendos.

CAN-

CANCER.

Proteus à Nimphâ apprehenſus.

* MLXXXIX. *In Cancrum mutatus fuit in cœlo.*

FFCIT ME FOEMINA CANCRUM.

Audi Poetam;

Sylveſtrem Proteus Briadem per aprica tenebat,
Aſt avidum pavido fugerat illa pede.
Verſus ad inſidias, refugus fit cancer; at illa
Retrogradum ſequitur, dumque capit capitur.
Noverat ingenium Proteus, hoc fœmina more eſt:
Si ſequeris fugiet: ſi fugias ſequitur.

In eos qui amoribus fœmineis ſeducti, à viâ Dei deflexerunt & retroceſſere.

* MXC. *Cancer motu ſui cœli nunquam regradus, ſed ſemper ex occidente in orientem progradus.*

HIC NUNQUAM REGRADUS.

In Sanctos in Cœlo jam impeccabiles, & nunquam retroceſſuros ab amando Deo.

LEO.

* MXCI. *Leoni P. Engelgrave inſcribit.*

MERITIS VENIT IN ASTRA SUIS.

Nempe quia ſuper aram in cœlo fabulantibus Poetis immolandus erat. In S. Marcum qui cum Leone alato depingitur. In Chriſtum Dominum, Leonem de Tribu Juda, qui immolatus ſuper aram crucis meritis ſuis aſtra conſcendit.

* MXCII. *Leo quem Virgo ſubſequitur.*

TERRORI SUCCEDET AMOR.

In Chriſtum de Tribu Juda Leonem, quem in cœlis con-

confcendentem, fecuta dein eſt amantiſſima Mater, omnium noſtrum Amor B. V. Maria.

VIRGO.

* MXCIII. *Virgo*.

COELESTI DIGNA REPERTA THORO. *Ovid. Lib. 3. de pont.*

In Beatiſſimam Virginem dignam repertam ſponſi cœleſtis Spiritus Sancti amoribus. In Virginem Sanctimonialem evocatum à Deo ad nuptias Agni.

* MXCIV. *Sole in Virgine conſtituto generantur & maturant fruges terræ.*

CASTA LUX AMANTIUM vel CASTA GENERATIO CUM CLARITATE.

In caſtos amores Sponſi Cœleſtis.

* MXCV. *Idem.*

GAUDIA MATRIS HABENS, CUM VIRGINITATIS HONORE.

In Beatam Virginem Mariam, intacta Virginitate ſuâ Chriſtum Dominum parientem. In ſuperiorem Religioſam Abbatiſſam, quæ filiarum ſpiritualium Mater eſt, illibato Virginitatis ſuæ flore.

* MXCVI. *Virgo fabulantibus* Poetis, *quod Gigantibus Jovi bellum inferentibus eoſdem diſperdiderit, intra aſtra præmii loco collocata.*

SUOS TUTORES SIC PRÆMIAT ÆTHER.

Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, inquit Chriſtus. In bonum Latronem Chriſtum defendentem, blaſphemante eundem malo latrone, remuneratum Paradyſo.

Vir-

* MXCVII. *Virgo Cœlestis.*

* MILLE PROCIS PLACUIT. *Lib.* II. *Metamorp.*

Optamus omnes cœlum, parum pro eo laboramus.

* MXCVIII. *Virgo eadem.*

JAM NULLI TRADENDA VIRGO. *Luc.*

In amores castos sanctorum, *non nubent neque nubentur.* In Virginem Religiosam.

* MXCIX. *Virgo eadem.*

COELESTIBUS IGNIBUS ARDET.

In Sanctum ac castum amorem.

* MC. *Sub Virginis signo prata rident.*

DE VIRGINEO BONA PLURIMA RISU.

In castas ac Religiosas recreationes, quibus animus modicum relaxatur, quo Deo imposterum melius serviat.

* MCI. *Virginis signum occidit, cum oriturum arietem ex adverso conspicit.*

OMNIA TERRENT, VIRGINEAS MENTES. *Lib.* 5. *Met.*

In Virgineum Religiosarum timorem, quô tenerrimæ conscientiæ Virgines horrent hic quod vel peccati speciem habet.

* MCII. *Virgo Cœlestis.*

FORMOSIOR OMNIBUS ILLA EST.

In B. Virginem, quæ est super omnes speciosa. Item in Cœlestem Jerusalem ab Ecclesia Sponsæ comparatam, quæ omnes mundi pulchritudines decore suo excelluit.

* MCIII. *Virgo Cœlestis fruges pariens.*

TOTIES FOECUNDA, NEC UNQUAM MATER. *Lib.* 4. *Fast.*

In bona opera Virginum, quibus partubus nil eis de flore virginitatis decedit. In Abbatissam Religiosam

ſam quæ multarum filiarum acceptione mater facta eſt & Virgo permanſit.

* MCIV. *Virgo occidens.*

TERRAS ASTRÆA RELIQUIT.

In deplorata hæc ſæcula, à quibus exulare videtur jus & fas omne.

* MCV. *Virgo ſolem in ſigno ſuo occidentem comitata.*

COMITATA CADENTEM.

In B. Virginem Mariam quæ Chriſtum patientem ad crucem comitata fuit.

* CMVI. *P. Maſenius ſigno Virginis claritate cœleſti amictæ inſcripſit.*

SIC VESTIT OLIMPUS.

In dotem claritatis, quâ corruptibilis caro noſtra veſtietur aliquando in cœlis.

* MCVII. *Virgo ingenti ſpatio in cœlo à geminis diſtans.*

VITAT ET IN COELO JUVENUM CONSORTIA VIRGO.

In verecundiam virgineam, quâ etiam caſtiſſimorum adoleſcentum & Religioſorum conſortia vitare debent.

* MCVIII. *In Virginis ſigno ſole exiſtente flaveſcunt campi inſtar auri.*

FACIT AUREA SÆCULA VIRGO.

In B. Virginem Mariam partu ſuo virgineo reducentem mundo ætatem auream.

* MCIX. *Virgo Cœleſtis.*

HÆC MULTIS POTUIT CONTINGERE. *Claud.*

In Cœlum à multis neglectum.

* MCX. *Virgo Gigantes diſperdens..*

TANTOS MULIER PERDIDIT UNA.

Impia cum Superis, inferrent arma Gigantes;
Una omnes, Virgo perdidit aligera.

Hinc

Hinc eadem Virgo, fixis numeratur in aſtris,
Fida laboranti, quod tulit arma Jovi:
Non mirum eſt, Mulier quod tantos perdidit, at quod
Fixa ſtet in cœlo, res volucris mulier.

In damna illa fortiſſimis ex immodico amore fœmineo illata.

* MCXI. *Virgo in cœlis inter ſtellas fixas.*

HIC TANTUM FIXA.

In inconſtantiam fœmineam hoc in mundo.

* MCXII. *Virgo Cœleſtis ſolis radiis inflammata.*

URITUR, ET VIRGO EST.

In caſtum amorem.

L I B R A.

* MCXIII. *Libra cœleſtis infra Virginis ſignum conſtituta.*

SUB HAC SEMPER.

Juſtitia Dei quaſi ſub Virgine eſt, quam ipſa interceſſione ſua ſemper temperat.

* MCXIV. *Libra Virgini in cœlo juncta.*

QUAM BENE JUNGUNTUR.

Juſtitia divina, id eſt Chriſtus, ſemper bene conjungitur Virgini Mariæ.

* MCXV. *Libra Cœleſtis.*

SUPRA COMMERCIA MUNDI.

Luc. lib. 8.

Juſtitiæ divinæ, omnia mundi commercia ſubſunt.

* CMXVI. *Idem.*

ET ÆQUUM COELESTIA CURANT.


In Juſtitiam Dei.

* MCXVII. *Idem.*

SUNT ET COMMERCIA COELI. *Ovid.*

Regnum cœlorum aſſimilatum eſt homini negotiatori. &c.

Libra



* MCXVIII. *Libra ſtellis aliquot, veluti oculis de nocte conſtans.*

ASPICIUNT OCULIS SUPERI MORTALIA JUSTIS.

In Juſtitiam Dei, quâ hæc mortalia reſpicit.

SCORPIUS.

* MCXIX. *Scorpius minimum animalculum in cœlo, nocivum terræ.*

PER MINIMA SESE ULCISCITUR ÆTHER.

In ultionem divinam nunquam Deo deficientem.

CAPRICORNUS.

* MCXX. *Capricornus inter Zodiaci ſigna, amphoram comitem habens.*

AMPHORA COMES.

In eas lites, & diſcordias, quas vinum & amphora ſuſcitant.

* MCXXI. *Caper ſignum geminis directe oppoſitum.*

FRATRIBUS ADVERSUS

In infernalem caprum Dæmonem, Religioſorum charitati & caſtitati infenſiſſimum adverſarium. In luxuriæ tentationes, etiam Religioſi infeſtas.

AQUARIUS ſeu HIDROCHOUS.

* MCXXII. *Aquarius è cœlo continuo obverſâ in terram urnâ, diluvium comminans, nunquam effundens.*

TANTUM MINATUR DILUVIUM.

In D. Deum, comminantem ſuas pœnas & raro ferientem.

PISCES.

* MCXXIII. Piſces *quod Venerem vexerint, ab ea in aſtra tantum ſublati.*

REDDIT PRÆMIA RARA VENUS.

Audi Poetam.

Quos Dea vectores exacto Cypria curſu,
  Grata per æthereas, ludere juſſit aquas.
Præmia rara: duos tantum Venus alma miniſtros
  Dat cœlo: reliquos tartara in ima trahit.

In raritatem pœnitentium & ſalvandorum qui ſeſe dederunt peccatis luxuriæ.


CAPUT. XXIV.

CONSTELLATIONES RELIQUÆ.

AQUILA.

* MCXXIV. AUSTRIADUM FACTA EST, NOBILE SIDUS AVIS.

In S. Leopoldum Archiducem Auſtriæ.



ARCTOS MINOR & CYNOSURA ſeu STELLA POLARIS.

* MCXXV, *Urſa minor.*

VERTOR NON PROVEHOR.

In eum qui multis calamitatibus, hoc in mundo circumactus, nil inde in virtutibus coram Deo proficit.

* MCXXVI. *Ursa minor, propior stellæ polari quam sit major Ursa.*

PROPIUS ATTINGIT MINOR.

Humiles propiores sunt Deo.

* MCXXVII. *Ursa minor, cum deprimitur pars ejus, semper versus polum erecta stat.*

NON OMNIS DEPRIMAR.

Depresso corpore, anima erigitur.

* MCXXVIII. *Stella polaris naufragos in mari ducens.*

HÆC SPES PEREUNTIBUS UNA. vel DESTITUTIS SPE SALUTIS.

In B. Virginem, unicam spem naufragantium, in hoc tumultuoso mundi mari.

* MCXXIX. *Stella polaris.*

OFFICIIS DILECTA SUIS.

In dilectum propter officia sua.

* MCXXX. *Stella polaris quæ non vertitur, sed constans semper circa polum est.*

CONSTANS, EX MILLIBUS UNA EST.

In raritatem virtutis Constantiæ. In raritatem constantiæ fœmineæ.

* MCXXXI. *Stella polaris, quæ orbi frigida videtur, in cœlo non minus quam aliæ stellæ ardens.*

ORBI RIGENS ARDET OLIMPO.

In eum, qui orbi videtur frigidus in amore Dei; coram Deo autem ardet.

* MCXXXII. *Stella polaris, inter constellationes omnes, ultima magneticam tamen acum attrahens.*

ET ULTIMA TRAHIT.

In

In amores in objectam fœminam directos.

* MCXXXIII. *Stella polaris.*

SALUTARIS STELLA MARIS.

In B. Virginem, quæ salutatur ab Ecclesia. *Ave Maris Stella.*

* MCXXXIV. *Stella polaris à nautis aspecta.*

NEC ULTIMA SPERNOR.

In humilitatem ab omnibus amatam.

* MCXXXV. *Stella polaris quo magis nobis elevata est, quo rigidior est.*

PLUS ELATA NOCET.

In eum, qui in honoribus constitutus, occasionem inde sumit, proximo nocendi.

* MCXXXVI. *Stella polaris semper sibi constans, nobis juxta diversa climata elevatur.*

ALIIS, NON MIHI ELEVOR.

In eum, qui in honoribus elatus minime est. In eum, qui ad utilitatem proximi, non suam, honoribus & dignitatibus utitur.

* MCXXXVII. *Ursa minor, minorem in vertigine sua circulum quidem faciens, non tamen minore tempore circumacta, quam aliæ elevatiores constellationes.*

VIA MINORE, NON TEMPORE.

In eum qui tarde incedit, & segniter viam mandatorum Dei.

* MCXXXVIII. *Stella polaris omnis vertiginis expers.*

VERTIGINIS EXPERS.

In virum constantem. In conscientiam minime scrupulosam.

* MCXXXIX. *Stella polaris, ob frigus rigida credita.*

RIGIDA CREDOR, NON SUM.

In eum, qui mansuetiorum morum est, rigidi nihilominus nomen habet.

* MCXL. *Stella eadem polaris rigida, sed nautas regens.*

RIGIDA REGO.

In rigidum Superiorem, Patrem familias &c.

* MCXLI. *Stella polaris errantes in mari nautas revocans.*

ERRANTES REVOCO.

In Confessarios, Doctores. &c. In Spiritum Sanctum de quo canit Ecclesia *REGE quod est devium.*

* MCXLII. *Stella polaris, juxta nostrum solum motum elevatur vel deprimitur.*

ALIENO MOTU ELEVOR, VEL DEPRIMOR.

In eum, qui ad dignitates elevatur vel deprimitur, motu commotæ plebis. In eum, cui animus ad alienas laudes vel erigitur, vel deprimitur.

* MCXLIII. *Ex stellæ polaris elevatione, globus terrestris conformis nobis positus, in reliquorum in cœlo motuum notitiam nos deducit.*

HINC COETERA NOSCES.

In Deo, omnes Sancti, vident reliqua omnia. Quid non vident qui videntem Deum vident?

* MCXLIV. *Stella polaris, quo nobis altius elevatur, quo frigidior nobis est.*

PLUS ELATA, PLUS RIGIDA.

In eum, cui crescentibus honoribus, crescit in subditos rigor. In Prælatum sibi rigidiorem.

* MCXLV. *Stella polaris, ex aliis sex sibi vicinis ursæ minoris stellis cognita.*

NOSCITUR EX SOCIIS.

Noscitur ex sociis, qui non cognoscitur ex se.

* MCXLVI. *Stella polaris.*

IN PORTUM RIGIDA DUCET.

Mortificationes & rigor in corpus proprium, deducunt nos in portum salutis æternæ.

tel-

* MCXLVII. *Stella polaris.*

SUB HAC SEMPER RIGOR.

In Prælatum auſtreum. In Religionem auſteram.

* MCXLVIII. *Stella polaris elevata, non occidens.*

NUNQUAM RIGIDA DESPICIAR.

Religiones rigidæ ſemper honoratæ.

* MCXLIX. *Urſa minor polo vicinior.*

QUOD VICINA, MAGIS ASPICIOR.

In Viciniores Principi Miniſtros, magis æſtimatos.

* MCL. *Urſa minor quod fabulantibus Poetis Jovem lactarit, inter ſidera poſita.*

GRATIA SIDUS FECIT.

In ſtupidos & bardos, ad honores ex favore promotos. In gratiam Dei quæ ſummos peccatores in ſanctiſſimos viros commutat.

Sit vilis, ſit inops, ſit agreſti agreſtior urſo
Quem Regum extollit gratia, ſidus erit.

* MCLI. *Stella polaris ſtellarum omnium ultima, ſemper quieſcens.*

QUIESCIT ULTIMA.

In humilitate vera animæ quies eſt, *Diſcite quia mitis ſum & humilis corde & invenietis requiem animabus veſtris.*

* MCLII. *Urſa minor quod Jovem lactarit ſidus facta.*

PIOS, SIC MUNERAT ÆHER.

Pietatem parentibus factam, Deus amplè in hoc, & futuro ſæculo remunerat.

* MCLIII. *Stella polaris rigida & conſtans.*

SIBI RIUIDA CONSTAT.

In eas Religionés, quæ à primævo ſuo rigore nil diſcedentes, ſemper in primævo ſuo flore permanent. In conſcientiam, quæ ſibi rigida eſt, ſic ſemper conſtantem.

* MCLIV. *Stella polaris ultima, non vero inter ſtellas quæ ultimæ magnitudinis ſunt.*

ULTIMA, NON MINIMA.

In eum qui licet hoc mundo ultimus eſt, non tamen propterea in oculis Dei minimus eſt. In infimum quidem & abjectum hominem, minime tamen humilem.

* MCLVI. *Stella polaris rigida quieſcit.*

SIBI RIGIDA SOLA QUIESCIT.

Conſcientia ſibi rigida ſemper quieta eſt.

* MCLVI. *D. Patin, Regis Galliarum quondam Medicus, libro ſuo gallico quem de Introductione ad cognitionem rei Metallicæ ſcripſit; oſtenſurus paucos rem Metallicam vel intelligere vel antiquorum numiſmatum inſcriptionem, callere ſtellam polarem eidem libro præfixit cum Lemmate.*

PAUCI DIGNOSCERE POSSUNT.

In virtutem, cujus pretium paucis cognitum. In voluntatem Dei, paucis cognitam, in rerum ſuarum directione.

* MCLVII. *Stella polaris ex omnibus polo tantum fixa.*

FIXA POLO, E MILLIBUS UNA EST.

In paucitatem eorum, qui ſe reſignant voluntati divinæ, & in ea fixi conquieſcunt.

* MCLVIII. *Stella polaris cum lingula magnetica.*

EX HAC, DIGNOSCITUR ILLA.

Voluntas Dei congnoſcitur ex linguis Doctorum, Confeſſariorum, Prædicatorum. &c.

* MCLIX. *Stella polaris nunquam occidens.*

SPECTAVIT NEMO CADENTEM.

In Virum magnanimum, inter adverſa animo nunquam cadentem. In juſtum & exemplarem.

* MCLX. *Stella polaris non ſtatim viſa.*

NULLI VISA CITO. *Virg.*

In Sanctitatem, tardè conſequendam. In conſolationes divinas.

Stella

* MCLXI. *Stella polaris, cum plurimis acubus magneticis ad eam ſeſe vertentibus, dum ad eam verſæ conquieſcant.*

HIS QUI QUÆRUNT EAM. *Sap. 6.*

In Gratiam divinam, illis obventuram, à quibus quæritur. In doctrinam & ſapientiam.

* MCLXII. *Stella polaris iis qui verſus Auſtrum ultra æquinoctialis lineam navigant, jam ſub horizonte deſpecta nautas tamen adhuc acu magneticâ dirigens.*

NULLUM ETIAM DESPECTA FEFELLIT.

In ſincerum animum, & fidum etiam poſt ſibi illatas injurias & deſpectus.

* MCLXIII. *Stella polaris quieta.*

QUIESCIT ET ARDET.

In quietum & charitativum animum.

* MCLXIV. *Stella polaris cœlo quieſcens & nautas dirigens.*

REGIT USQUE QUIETA.

In Dominum Deum, in ſumma quiete regentem omnia.

In quietum inter maximas regiminis curas animum, qualis fuiſſe legitur Philippo II. Hiſpaniarum Regi.

* MCLXV. *Stella polaris, lentiſſimo quodam & breviſſimo motu ad polum circumacta.*

PLUS REGIT, QUÆ LENTA MAGIS.

In lenta conſilia, ſemper utiliſſima.

* MCLXVI. *Vult Svecus Auctor populatos jam homines poſt diluvium, deque aliis ſedibus capiendis ſollicitos, quando cœlum viderunt circa polum quietiſſimum, ratiocinatos fuiſſe, terram huic cœli parti ſubjectam, utpote cœlo ſuo reſponſuram, ac quietiſſimam, ſibi petendam ſeptentrionem adiiſſe; ſed frigore prohibitos, in Suecia ſubſtitiſſe, atque ita ibidem populatos fuiſſe, ut ſæpe regredi neceſſe fuerit; ne-

necesse fuerit, unde Gothica tot & Wandalica Bella orbi illata. Huic ergo opinioni, congruenter Lemma pono.

QUAM DISPAR AH ORBIS OLYMPO EST.

In eam differentiam quæ est inter cœlum & hanc lachrymarum vallem orbem nostrum.

* MCLXVII. *Stella polaris rigida.*

RIGET ET ARDET.

In rigidam sibi conscientiam ex amore Dei.

* MCLXVIII. *Stella polaris quiescens.*

EX MILLIBUS UNA QUIESCIT.

In inquietum cor nostrum hoc in orbe. Item in fœminarum inquietudinem.

B O O T E S.

* MCLXIX. *Bootes*

ET HIC NUMERANTUR AGRESTES.

In Sanctos Agricolas in cœlo. In Deum, qui etiam agrestes & rudes à Regno suo non excludit.

* MCLXX. *Bootes.*

AD ASTRA, PER ARVA.

In idem. Cœlum etiam laboribus agrestibus merendum. In Dei liberalitatem, qui etiam pro agrestibus laboribus cœlum dat.

* MCLXXI. *Bootes.*

PERSONAM HOMINIS NON ACCIPIT ÆTHER.

In D. Deum, ejusque indifferentiam, in quibuscunque ad cœlum admittendis.

* MCLXXII. *Bootes Matri Helici custos datus.*

CASTA NEC IN COELO MULIER.

In raritatem castitatis fœmineæ de hoc Poeta.
Lubrica res mulier, rigido custode remoto Casta nec in cœlo vivere possit Helix.

AR-

ARCTURUS.

* MCLXXIII. *Arcturus signum nautis infestum.*
NUNQUAM VISUS IMPUNE.
In Tyrannum seu Piratam.

ARGONAVIS.

* MCLXXIV. *Argonavis.*
SERVAT PLURIMOS ISTA RATIS.
In S. Ecclesiæ Catholicæ navim, quæ plurimos à naufragio salutis suæ æternæ servavit.
* MCLXXV. *Argonavis, in cœlo circumacta ad polum antarcticum & nunquam mersa.*
NUNQUAM MERGITUR ISTA RATIS.
In eandem S. Ecclesiam, de cujus navi verum est, Fluctuat, & nunquam mergitur ista ratis.
* MCLXXVI. *Argonavis in cœlo.*
HOC IN PORTU SECURA.
In securitatem Sanctorum in cœlo.

ARA.

* MCLXXVII. *Ara.*
NULLA ALTIUS ARDET.
In eminentem amorem Beatissimæ Virginis Mariæ.
* MCLXXVIII. E*adem Ara.*
NIHIL ILLA CRUENTI.
In Venerabile Sacramentum.
* MCLXXIX. E*adem ara.*
NEC QUÆ MAGIS ARDEAT, ULLA EST.
In eosdem amores B. Virg. Mariæ.

CO-

COLUMBA.

* MCLXXX. *Columba.*
MITES SIBI POSCIT OLIMPUS.
Id manſuetudinem, quæ unum ad prædeſtinationem ſignum eſt. *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram*, nempe non hanc quæ morienuum eſt, ſed viventium in cœlis.

ANDROMADE.

* MCLXXXI.. *Andromade ſcopulo à Neptuno ob ſpretos ejus amores alligata, quo à Balæna diſcerperetur; à Perſeo liberatur.*
CASTOS TUTATUR OLIMPUS.
In caſtitatem nunquam à cœlo derelictam.

* MCLXXXII. *Eadem Andromade.*
ADJUVAT AFFLICTOS ÆTHER.
Deus omnium afflictorum auxilium.

* MCLXXXIII. *Eandem Andromadem ob caſtitatem, à Perſeo liberatam idem Perſeus ſibi jungit.*
DIGNA DEO VIRGO EST.
In caſtitatis virginalis præeminantiam. *Non eſt digna ponderatio continentis animæ.*

CORONA ARIADNÆ.

* MCLXXXIV. *Corona Ariadnæ.*
NUNQUAM MARCESCIT.
In æternitatem & perpetuitatem cœleſtium gaudiorum.

* MCLXXXV. *Corona Ariadnæ cum Cruce.*
HANC, CUM ISTA.

Per

Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum & coronam æternam.

* MCLXXXVI. *Corona Ariadnæ è stellis conflata.*

ET REGNUM CUM LUCE DEDIT. *Claud.*

In dotem claritatis æternæ.

* MCLXXXVII. *Corona eadem.*

IMMORTALIBUS IN REGNIS.

In coronam Sanctorum in cœlo.

* MCLXXXVIII. P. *Massenius Coronæ eidem inscribit.*

SOLA SPES MEA.

In spem tantam beatitudinis concipiendam.

* MCLXXXIX. *Corona Ariadnæ cum corona Regali terrestri apposita.*

PULCHRIOR HAC, ILLA EST.

In coronam cœlestem infinities excedentem omnia mundi regna & gaudia.

* MCXC. *Corona Ariadnæ octo stellis conflata.*

OCTO ME SIDERA FORMANT.

In octo beatitudines.

* MCXCI. *Eadem Corona.*

INTAMINATIS FULGET HONORIBUS.

In coronam Aureolam Virginalem, sanctarum Virginum in cœlo.

* MCXCII. *Corona eadem.*

NON SATIS EST, VIDISSE SEMEL.

In cogitandas sæpius coronas cœlestes & gaudia æterna.

* MCXCIII. *Corona eadem.*

ISTA CORONIS INNUMERIS POTIOR.

In excessum eum, quo gaudia cœlestia, omnes mundi delicias excedunt.


* MCXCIV. *Corona Australis & Borealis.*

SERTA HÆC SUNT VENTUS ET AURA.

In

In vanitatem omnium mundi Regnorum & Coronarum. Audi Thesaurum.

Cum polus indueret Boreus, borealia serta,
Ambiis australis, Austria serta polus:
Sic polus insigni decoratur uterque coronâ,
Nomen & a ventis, bina corona tulit.
Ah misera ambitio! Quid sunt regalia serta,
Pro quibus arma moves? ventus & aura levis.



C R U X.

* MCXCV. *Crucis constellatio, iis qui ad Austrum navigant iter monstrans.*

HAC ITER AUSTRIACIS.

In inclytam Domum Austriacam, cui per multas ad-

adversitates & hostes hoc sæculo suscitatos D. Deus iter præparat, ad majores hoc & in altero sæculo laureas & coronas.

* MCXCVI. *Crucis constellatio nostro orbi nunquam visa.*

NOSTRO VIX NOSCITUR ORBI.

Pretium adversitatum, hoc in orbe non capimus.

* MCXCVII. *Crucis constellatio.*

ÆTERNA LUX CREDENTIUM.

In Crucis mysterium.

* MCXCVIII. *Eadem constellatio nautis ad Austrum viam præbens.*

VIA CRUCIS, VIA LUCIS.

In adversitates, quæ clarissimam nobis ad cœlum viam præbent.

In adversitates, quibus nobis immissis, sæpe oculi aperiuntur ad Deum quærendum.

* MCXCIX. *Crucis constellatio Austriacis nunquam occidens.*

AXIS INOCCIDUUS.

In cruces, quæ nunquam nobis desunt, sed semper adsunt.

* MCC. *Idem.*

IN HOC, CARDO VERTITUR OMNIS.

Multum refert cruces patienter ferre.

* MCCI. *Eadem Crucis constellatio.*

FULGET CRUCIS MYSTERIUM.

In excellentias & dignitates S. Crucis Christi.

Item in excellens præmium adversitatum patienter toleratarum.

MCCII. *Eadem Crucis constellatio Nautis ad Austrum viam præbens.*

NON ALIO SIDERE.

Crux unica ad cœlum via.

MCCIII. *Crux nautas fideliter præ aliis omnibus constellationibus ducens.*

CRUX FIDELIS INTER OMNES.

CO-

COMA BERENICES.

* MCCIV. *Coma eadem aliquot ſtellulis conſtans.*
AUREA CÆSARIES.
In capillos S. Mariæ Magdalenæ quibus pedes Chriſti lachrymis ſuis rigatos exterſit.

C O R V U S.

* MCCV. *Corvus ex ligno in corvum mutatus.*
EX NIVEA NIGRA REDDENTE FUIT.
In candidum adoleſcentem mutatum in peſſimum peccatorem.

C R A T E R.

* MCCVI. *Crater.*
HIC TUTO BIBITUR.
In calicem Euchariſticum.
* MCCVII. *Idem Crater.*
POCULA MORTE CARENT.
Calix cœleſtium gaudiorum inebrians fine caret.
* MCCVIII. *Idem Crater.*
QUI BIBUNT, ADHUC SITIUNT.
In ſitim, ex ſumptione Calicis Euchariſtici animæ procuratam. In Sanctos in Cœlo, qui viſo Deo plus eum ſitiunt.
* MCCIX. *Idem.*
LICUIT SOLI SUPERORUM TANGERE MENSAS, *Ovid.*
In Regem Bohœmiæ, qui Imperatoris Pincerna. &c.

C A S S I O P O E I A.

* MCCX. *Sedes Caſſiopœiæ una cum aliis ſtellis circumacta.*

ABS-

ABSQUE QUIETE QUIES.

In activum etiam in mediâ quiete.

* MCCXI. *Ex Caſſiopoeia nova ſtella Philoſophi cœlum corruptibile argumentati, utpote quod corruptionis & generationis capax ſit, unde eidem Caſſiopoeiæ hanc novam ſtellam producenti inſcribo.*

VILET UNDE FULGET.

Ex honoribus mundanis in oculis Dei vileſcimus ſæpe.

* MCCXII. *Eadem ex cauſa cœlum à Philoſophis corruptibile creditum.*

IPSI LABEM, FERT FOEMINA COELO.

Sanctiſſimis congregationibus fœminæ labem intulerunt.

* MCCXIII. *Caſſiopoeia ſola in coelo ſedem habens.*

PRIMAS AFFECTAT FOEMINA SEDES.

In ambitionem fœmineam.

* MCCXIV. *Caſſiopoeia novam ſtellam producens, mox iterum diſparentem.*

NUSQUAM SIBI FOEMINA CONSTAT.

In fœmineam inconſtantiam.

* MCCXV. *Idem.*

NOVI QUID FOEMINA PROFERT.

In novos veſtium fœminearum modos à fœminis excogitatos.

* MCCXVI. *Idem.*

NOVO FULGET LUMINE vel SIDUS REFULGET JAM NOVUM.

In Eccleſiam, novo Sancto Canonizato fulgentem.
In Ordinem novo Sancto vel Cardinali aut Epiſcopo fulgentem.

* MCCXVII. *Idem.*

VETERI NOVA LUMINA MUNDO.

In novos Sanctos ab Eccleſiâ Canonizatos.

* MCCXVIII. *Eadem nova Caſſiopoeiæ ſtellâ.*

MULTOS CONSPECTA FEFELLIT.

In fraudes fœmineas.

* MCCXIX. *Eadem Caſſiopoeia cum ſua ſede.*

MERUIT BEATAS SCANDERE SEDES. vel THRONUM SEDENS SUPER ÆTHEREUM.

In S. Birgitam viſam in ſede aureâ, ab Angelis in cœlum deferri.

* MCCXX. *Idem.*

LUCIDAS SEDES ACCEPI.

In S. Luciam, de quâ hoc canit Eccleſia.

* MCCXXI. *Eadem Caſſiopoeiæ ſedes.*

FESSÆ DABIT ILLA QUIETEM.

In Requiem ſempiternam Sanctorum in Cœlo.

* MCCXXII. *Caſſiopoeia Æthiopis Cephei conjux in cœlo elata.*

DIVA QUIA DIVES.

Hic ſedet illuſtris luxu radiata pyropis
  Nigrior, at nigro, Caſſiopoeia viro.
Prava virago quidem potiuſque inferna vorago
  Sed quia dives erat, diva repente fuit.

In divites malos, etiam huic orbi honoratos.

CANICULA.

* MCCXXIII. *Emanuel Theſaurus Regiam Venationum Domum Sabaudiæ Ducis Symbolo & emblematico apparatu ornans, cuidam conclavi, canibus locum faciens, in eo Cœleſtem canem hoc Lemmate inſcripſit.*

HAUD LASSUS UNQUAM, SEMPER ORBEM CIRCUIT.

In cuſtodiam vigilem Prælatorum & Principum.

* MCCXXIV. *Eodem in conclavi, idem exhibet Orionis Venatoris iniquiſſimi caniculam faucibus flam-*

mam

mam ejaculantem, in cœlis post translatum, & afflatu suo caniculares æ lus præbentem, cum Lemmate.

QUALIS VENATOR TALIS MOLOSSUS.

Quales Domini tales plerumque servi.
Nimirum similes sociat sibi quisque Ministros,
Talis erit catulus, qualis erit Dominus.

* MCCXXV. *Eadem cœlestis canicula.*

NEC QUÆ MAGIS ARDEAT ULLA EST.

In Zelosissimum Prælatum & Prædicatorem.

* MCCXXVI. *Caniculâ oriente lupi fugantur.*

HOC ORIENTE FUGOR.

Ad conspectum veri pastoris seductores lupi disparent.

CYCHNUS.

* MCCXXVII. *Cychnus.*

CANDIDOS ÆTHER AMAT.

In innocentiam Deo dilectam.

* MCCXXVIII. *Cychnus ab olore luxurioso ipso in cœlo Poetis fabulantibus defloratus.*

SUB NIVEO CORVUS OLORE LATET.

In hypocritas, qui sub pellibus ovium sunt lupi rapaces. Recte Poeta;
Quid satis est cautum? quem non præsentia fallet.
Si niger in niveo corvus olore latet.

DELPHINUS.

* MCCXXIX. *Delphinus Arionis in mari insectati, dum Cythara ludit, cantu demulsus, eum ad littus deportans, ad cœlum ea ex pietate translatus.*

DII PIA FACTA VIDENT. *Ovid. l. 2. fast.*

In remuneratorem omnium bonorum Deum quando Angli Ao. 1662. Dunkerckam cedebant Galliæ Regi, inter varios apparatus qui exhibebantur, fuere plurima ad urbis (cui pro insigni Delphinus est) curiam affixa, quibus pro corpore Delphinus erat. Alludendo sic etiam ad Primogenitum Galliæ Principem Delphinum. Inter alia, Delphinus in cœlum translatus videbatur, cum Lemmate,

* MCCXXX. HOC DELPHINUS, PIETATE MERETUR.

In Delphinum Ludovici XIV. Primogenitum pietate & misericordia cœlum merenti.

In pietatem & misericordiam meritoriam regni cœlestis.

D R A C O.

* MCCXXXI. *Draco.*

Draco alios prohibens ab horto Hesperidum, ipse tamen ejusdem horti frugibus pastus.

QUAS PROHIBET MANDERE, MANDIT OPES.

In eos qui quæ præcipiunt minime ipsi servant.

F L U V I U S.

* MCCXXXII. *Fluvio cœlesti P. Masenius inscripsit.*

NESCIT PROCELLAS.

In æternam requiem Sanctorum in cœlis.

* MCCXXXIII. *Idem cœlestis fluvius.*

NAUFRAGIO LITTORA TUTA MEO.

Lib. 1. Trist.

In sanctos in cœlo nulli amplius periculo expositos.

HER-

HERCULES.

* MCCXXXIV. *Hercules post tot labores ad cœlum translatus.*

REQUIES HIC CERTA LABORUM.

In requiem æternam sanctis in cœlis post hujus sæculi labores præparatam, de Hercule in cœlum translato sic symbolistarum Phœnix Thesaurus canit,

Hic habet Alcides, quam nesciit ante quietem;
Quæque humeris tulerat, nunc premit acta pede.

* MCCXXXV. *Herculi in cœlum quod prius tulerat translato. Lemma ex Ovid.*

MERUIT, QUOD PRIUS IPSE TULIT.

In B. Virginem Mariam & S. Josephum, qui Christum in terris portando meriti sunt, eum nunc gloriosum videre æternum in cœlis.

* MCCXXXVI. *Hercules cœlo portato in terris nunc eodem fruitur in cœlis.*

ANTE PONDUS, NUNC REQUIES.

In labores Sanctorum, ab eis in terra toleratos, quibus nunc consolantur in cœlis.

* MCCXXXVII. *Hercules à Jove supra Junonem, quam semper infensam expertus fuerat in cœlum translatus.*

HIC CELSIOR INVIDIA.

In Virum virtutibus suis omni invidiâ majorem.

* MCCXXXVIII. *Hercules in cœlo Hydræ associatus.*

HIC NULLUS INIMICUS.

In cœlo qui in terra inimici fuere, arctissime se amant. Exemplum in S. Stephano & Saulo.

* DCCXXXIX. *Idem.*

PARCERE VICTIS, HERCULIS EST.

In difficultatem dimittendi inimicis injurias.

* MCCXL. *Herculis ſignum in cœlo, Anguis & Hydræ aliorumque monſtrorum ſignis aſſociatum.*

NEC IN COELO HERCULES ABSQUE MONSTRIS.

In Religioſos qui in Religione velut cœlo conſtituti, ab inimicis & perſecutoribus minimè liberi ſunt. In Religioſos; qui etiam in ipſis Religionibus expoſiti ſunt periculo peccatorum.

* MCCXLI. *Hercules in cœlum tranſlatus.*

LABORUM PRÆMIA LATURUS.

In mortem juſtorum, ideo à Deo ex hoc mundo evocatorum, ut laborum ſuorum præmia æterna accipiant in cœlis.

L E P U S.

* MCCXLII. *Lepus cum cœlo citiſſime circumactus.*

FUGIT NEMINE PERSEQUENTE. *Prov.* 28.

In malam conſcientiam. In timorem panicum.

O R I O N.

* MCCXLIII. *Orion cum enſe.*

ENSIFER ORION. *Ovid.*

In Mareſcalcum quendam. In Electorem Saxoniæ, S. R. Imperii Enſiferum. In S. Paulum.

* MCCXLIV. *Idem, enſem ex ſtellis habens.*

MUCRONE CORUSCO. *Virg. æneid.*

In Principem victorioſum. In S. Paulum. &c. uti ſupra.

PAVO.

* MCCXLV. *Pavo.*
PULCHROS SIBI POSCIT OLIMPUS.
Deus amat eos, qui mundæ ſunt conſcientiæ.
* MCCXLVI. *Pavo ex Argo mutata, in cauda oculos Argi adhuc ſervans.*
VULT VIGILES ÆTHER.
In vigilantiam impendendam ſaluti noſtræ.

PHOENIX.

* MCCXLVII. *Phœnix.*
DANT SIDERA NIDUM.
In mollem & ſecuram habitationem Sanctorum in cœlo.

PEGASUS.

* MCCXLVIII. *Pegaſus ex Domita Chymæra tumidus, à Jove è cœlo dejectus.*
TUMIDOS, NON SERVAT OLIMPUS.
In D. Deum qui deponit potentes de ſede & exaltat humiles. Item in Luciferum à S. Michaele dejectum ob ſuperbiam ex cœlo.

LYRA COELESTIS.

* MCCXLIX. *Lyra cœleſtis nulli audita unquam.*
NULLO SENSU CAPITUR vel NEC AURIS AUDIVIT.
In gaudia cœleſtia, *quæ nec oculus vidit nec auris audivit.*
* MCCL. *Lyra noſtra horizonti nunquam occidens.*
NUNQUAM OCCIDIT.

In cœleste regnum cujus non erit finis.

* MCCLI. *Lyra cœlestis vulturi similis.*

LYRA ET VULTUR.

In amicum suaviter blandientem, sed instar colubri & vulturis mordentem, de hoc ita Thesaurus.

Quam similes habet aula lyras, quam sæpe suavi
Qui tibi blanditur carmine, vultur erit.

In orbis hujus voluptates, quæ sensus delectant & instar lyræ recreant, Conscientiam vero instar vulturis lancinant & mordent.

SAGITTA PROMETHEUS.

* MCCLII. *Aquila Promethei Jecur pascens sagitta defixa.*

VIX ULTIO ÆQUA EST.

In vindictam & ultionem licitam etiam parcissime sumendam. Sic monet Thesaurus.

Jupiter exardens rapti sibi fulminis irâ,
In mea, mordacem viscera misit avem.
Sed quia me nimiâ vindex feritate secabat,
Herculeæ meruit cuspidis esse labor.
Namque reos audi, nimium qui ulciscitur æqua
Ultio sis quamvis, ultor iniquus erit.

* MCCLIII. *Sagitta cœlestis.*

NULLA ALTIUS IVIT.

In amores Seraphinorum in Deum. In amores B. Virginis. In amores Seraphicæ Matris meæ Birgittæ, quæ optabat damnationem suam præ diminutione gloriæ divinæ. Vide Vitam & Revelationes ejusdem.

* MCCLIV. *Eadem Sagitta.*

CONSEQUITUR QUODCUNQUE PETIT.

In Sanctos, quorum desideria in cœlo omnia explent. In orationis efficaciam.

* MCCLV. *Eadem Sagitta.*

HIC SCOPUM TENUIT.

In

In Æterna. Beatitudo, unicus scopus noster & finis est.

* MCCLVI. *Eidem Sagittæ P. Engelgrave inscribit.*

TELUM FLAMMA FUIT. *Luc.* 8.

In S. Theresiam, flammeo telo ab Angelo vulneratam. Vide ejus vitam.

SERPENTARIUS REX LYRÆ.

* MCCLVII. *Concentu suo serpentes excantans.*

MOLLIA VERBA, DOMANT ANGUES.

Responsio mollis frangit iram.

URSA MAJOR, CURRUS.

* MCCLVIII. *Stellæ Currus cœlestis aurigam habentes.*

NOS QUOQUE SUB DUCIBUS.

In varios sanctos qui aliorum se regimini commisere, uti fecit S. Birgitta submittendo se in discernendis Revelationibus, Judicio suorum Confessariorum & Directorum.

* MCCLIX. *Auriga currus seu ursæ majoris.*

QUOTIES COELUM VERTITUR ILLE RUIT.

In eum, qui omni die mortaliter peccat, uti etiam in justos, qui venialiter de die cadunt septies.

* MCCLX. *Ursa major, prius Callisto seu Helix. Nympha Dianæ sacra, gravidum uterum a Dianâ gestare visa, in ursam immutata.*

EX

EX NYMPHA PROTINUS URSA FUI.

In multas caſtas Virgines immutatas, ex poſt in gravidas urſas.

* MCCLXI. *Eadem Caliſto Dianæ cœleſti dedicata, dum una cum Diana lavatur, uterum geſtare viſa, virgineo è cœtu in ſylvas abacta, à Theſauro Lemma habet.*

SPONDERE NOLI, FALLERE AUT NOLI, FIDEM.

In vota Deo ſervanda, & etiam hominibus promiſſa, Morale hic addit Theſaurus.

Diſcite vel nulli quidquam ſpondere potenti,
Vel quam ſpondetis, non violare fidem.

* MCCLXII. *Currus maxima & elegantiſſima ſtella ab Aſtrologis vocata* VIA HONORIS.

COELO, VIA FULGET HONORIS.

Ad veros honores, via nobis patet è ſolo cœlo. In cœlo ſolummodo veri ſunt honores.

* MCCLXIII. *Eadem ſtella inter rigidas Poli Borealis ſtellas exiſtens.*

RIGIDIS VIA FULGET HONORIS.

Honoratiſſimæ huic orbi ſunt Religiones rigidæ.

* MCCLXIV. *Aurigæ currus ſeu Urſæ majoris.*

RAPTATUR IN ORBEM.

In Miſſionarios, qui inſpirationibus divinis raptati circumferuntur per orbem, animarum aurigæ futuri.

* MCCLXV. *Auriga obliqua ſemper via in orbem cum cœlo actus.*

RECTO TRAMITE NUNQUAM.

In hujus mundi ingenium, in quo vix recto tramite unquam proceditur.

* MCCLXVI. *Currum minorem ſi videas, videbis minori directè contrarium, equis in alterius rotas obverſis volvi.*

STUDIA IN CONTRARIA.

In contrarios conatus & ſtudia hominum.

Currus

* MCCLXVII. *Currus.*
NESCIUS EVERTI.
In Sanctos, in cœlo nescios suâ beatitudine privari ab eaque everti.

CASTOR ET POLLUX.

* MCCLXVIII. *In Palatio Taurinensi Emanuel Thesaurus, Castoris & Pollucis geminam flammam in antennâ sociatam inscribit.*
SOCIATA SALUTEM.
Fides bonis operibus conjuncta sit necesse est, sine ipsis enim mortua est.
* MCCLXIX. *Eadem Castoris & Pollucis sidera nautis propitia.*
IRATO SUSPICIENDA MARI.
In B. Virginem Mariam, quæ est stella hujus tumultuosi maris.
* MCCLXX. *Duo Castoris & Pollucis sydera.*
LUX UNA.
Sanctorum omnium in cœlo lux una, Deus est.
* MCCLXXI. *Castor & Pollux, cœlum serenantes, à Thesauro in quodam Taurinensis Palatii conclavi inscribuntur.*
PLACARE COELUM, COELITUM TANTUM EST LABOR.
In Sanctos, exoratores apud Deum pro nobis.

CAPUT. XXV.

GALAXIA SEU VIA LACTEA.

* MCCLXXII. *Via lactea de nocte solum visa.*
VISA SUB OBSCURUM NOCTIS.

In

In viam cœli, Prædicationibus monſtratam, in caliginoſa ſæculi nocte.

* MCCLXXIII. *Eadem via.*

QUI DEVIAT ERRAT.

In peccatores & damnatos à via mandatorum Dei errabundos. Ergo erravimus. Maximus error eſt à cœlo deviare.

* MCCLXXIV. *Via lactea etſi de die non pateat oculis, non tamen inde minus in cœlo omnibus ſtrata eſt.*

NOCTE DIEQUE. *Claud.*

In cœlum ſemper quærentibus patens, iis æquè qui in gratia ac in peccatis ſunt.

* MCCLXXV. *Via lactea omnibus quocunque ſub axe patens.*

PATET OMNIBUS UNA vel QUOCUNQUE SUB AXE. *Juven. Sat.* 14.

A viâ cœli ineunda, nemo ex quacunque gente & quocunque in loco ſit excluſus.

* MCCLXXVI. *Via lactea de nocte viſa.*

PER MUTA SILENTIA TRAMES. *Ovid. Met. lib. 6.*

Via cœli per ſolitudinem patet religioſam.

* MCCLXXVII. *Via lactea è pluribus ſtellis conflata.*

ITER UNUM, LUMINA MILLE.

Gratiæ, & millena lumina à D. Deo nobis pro invenienda via cœli dantur.

* MCCLXXVIII. *Eadem via lactea facile conſpicienda.*

FACILIS QUÆRENTIBUS *Virg. Georg.*

Cœlum facili labore inveniendum.

* MCCLXXIX. *Via lactea è ſtellis conflata.*

SIDERIBUS NOVERE VIAS. *Luc.*

Per

Per gratias à Deo datas cœli via nobis patet. Item per ſidera Doctorum Prædicatorum &c. ad cœlum ducimur.

* MCCLXXX. *Via eadem à minimis ſtellulis conflata.*

MONSTRATUR MINIMIS.

In humiles, qui cœli viam inveniunt.

* MCCLXXXI. *Aliquot conſtellationes in viâ lacteâ conſiſtentes.*

MULTIS, HÆC VIA FECIT ITER. *Ovid.*

In eos, qui viam mandatorum Dei, olim in terris incedentes, nunc in cœlo ſemper conſiſtunt Sancti.

* MCCLXXXII. *Via lactea, ingentia in cœlo ſpatia occupans.*

MAGNUM ITER EST COELO.

In amplitudinem, & magnitudinem præceptorum, ac virtutum, quibus tanquam viis cœlum aditur.

* MCCLXXXIII. *Via lactea è pluribus ſtellis conflata.*

COELO, STAT CANDIDUS ORDO.

In Sacrum Præmonſtratenſium Ordinem, ejuſque plures in cœlo ſanctos.

* MCCLXXXIV. *Stellulæ viæ lacteæ omnes apparentes candidæ.*

CANDOR INEST MINIMIS.

Humilibus, candor placet & ineſt.

* MCCLXXXV. *Via lactea è minimis ſtellulis conflata.*

MINIMIS, HÆC SEMITA CONSTAT.

In plures ſanctos, quos ordo Minimorum cœlo adſcripſit. Item via cœli eſt pro humilibus.

* MCCLXXXVI. *Viæ lacteæ* P. *Maſenius inſcribit.*

SUMMA, SED INVIA NON EST.

In

In difficultates & aſperitates, quæ omnibus viam cœli ineuntibus, ſemper adſunt, quæ tamen non obſtant, quo minus ſuperentur.

* MCCLXXXVII. *Via lactea è ſtellulis veluti oculis conflata.*

VIGILES VIA SERVAT OLIMPI.

In eos, qui vigiles ſunt in currenda via mandatorum Dei, quique ſic ab ea via non excedunt.

* MCCLXXXVIII. *Via lactea.*

COELO MANIFESTA SERENO. *Ovid.*

Deo nobis propitio, via ad cœlum nobis monſtratur, per gratias. &c.

* MCCLXXXIX. *Via lactea, orta fabulantibus Poëtis, ex lacte per Herculem infantem, quando Junonis ubera ſuxerat, effuſo.*

STRAVIT HERCULES INFANS.

In Chriſtum natum, ubera B. Virginis ſugentem, qui nobis viam aperuit & ſtravit ad cœlum hactenus clauſam.

* MCCXC. E*adem via lactea, è lacte Junonis ortum habens.*

E LACTE JUNONIS.

In B. Virginem lactentem Chriſtum Dominum qui de ſe ait, *Ego ſum via.*

* MCCXCI. *Idem.*

MATRE DEA PRÆBENTE VIAM.

In eandem B. Virginem, ut ſupra.

* MCCXCII. *In viâ lacteâ paucula conſtellationes exiſtentes.*

PAUCIS, HÆC SEMITA TRITA.

In paucitatem Juſtorum ambulantium viam mandatorum Dei.

* MCCXCIII. *Via lactea per varias monſtruoſas Conſtellationes ſeſe circumferens.*

PER TELA, PER HOSTES, PANDIT ITER.

Per

Per tentationes, adverſitates ad cœlum via unica eſt.

* MCCXCIV. *Via lactea tantum unica.*

UNUM ITER EST SUPERIS.

Non alia via ad cœlum eſt, quam unica via tribulationum, ac Dei mandatorum.

* MCCXCV. *Viæ lacteæ ſtellulæ quæ orbi candidæ videntur in cœlo ſplendentes & igneæ ſunt.*

COELIS SPLENDET, QUI CANDIDUS ORBI EST.

Virgines cœlo & Deo dilectæ.

Item in candorem animi, qui æſtimatur & remuneratur à Deo.



CAPUT. XXVI.

NOX.

* MCCXCVI. *Nox, mille ſtellis velut oculis, tamen omnino cœca.*

MILLENO LUMINE COECA.

In eum, qui cum mille gratiis actualibus ſibi à Deo immiſſis, nihilominus in peccatis ſuis excœcatus manet. In Rempublicam aliquam Acatholicam, quæ cum multis virorum doctorum & politicorum luminibus, in nocte hæreſis cœca manet.

* MCCXCVII. *Nox quæ omnem rebus pulchritudinem demit.* HUIC

HUIC NIHIL EST PULCHRUM.

In Zoilum ac rerum omnium contemptorem.

* MCCXCVII. *Nox ab umbra terræ causata.*

UMBRA NOX TALIS AB UNA.

In hæresiarcham insignem, à quo ingens hæresis ortum habet.

* MCCXCVIII. *Nox cum stellis velut oculis.*

OCULOS MULTOS, AUREM NULLAM.

In peccati noctem, cui à Deo plures oculi, nulla auris. nempe Deus videt peccatores, non exaudit.

* MCCXCIX. *Nox tenebrosa cum stellis & luna.*

NIGRA SUM SED FORMOSA.

Exhibitum aliquando fuit in fuscam Virginem ab oculis tamen orbi commendabilem.

* MCCC. *Nox cœlestia revelans, uti stellas, lunam &c. terrena obscurans.*

TERRENA TEGO, MELIORA REVELO.

In eum, qui quæ in proximo commendabilia sunt, revelat; ea vero quæ turpia celat.

* MCCCI. *Nox tenebrosa cum stellis & Lunâ.*

SOLI, NON COGNITA SOLI.

Solus D. Deus impeccabilis est.

* MCCCII. *Nox quietem adferens.*

REQUIES, EA CERTA LABORUM.

In mortis noctem, quæ requiem æternam justis adducit.

* MCCCIV. *Nox lumen à stellis & luna recipiens non vero à sole.*

UNDE LICET, NON UNDE JUVAT.

In eum, qui sorte sua & talentis sibi à Deo commissis, contentus est.

* MCCCV. *Nox a solis absentia causata.*

ABSENTIA SOLIS.

Animæ nox peccatum, privatio est gratiæ ex anima nostra.

CAPUT XXVI.

DIES.

* MCCCVI. *Dies.*

CONVERTETUR IN NOCTEM.

In honores mundi, qui peccatoribus in æternam infamiam computabuntur.

* MCCCVII. *Dies cum ſole velut oculo uno, cum nox plures habet.*

OCULO FORMOSIOR UNO.

In quendam Generalem Cæſareum, in bello oculo ab hoſte privatum.

* MCCCVIII. *Dies.*

LUMINE AB ÆTHEREO.

Quieta conſcientia donum & lumen Dei eſt. Item in fidem quæ lux & donum Dei eſt. Item in gratias actuales, quæ lumina intellectus ſunt ipſi ab æthere immiſſa.

* MCCCIX. *Dies cum ſole.*

HAUD UNO LUMINE LUSCA.

In D. Deum, unico intuitu videntem omnia.

* MCCCX. *Dies ſtellas abſcondens.*

SUA LUMINA CELAT.

In cuſtodiam oculorum. In eum, qui talenta ſua & gratias abſcondit.

LIBER II.

CORPORA ELEMENTARIA.

CAPUT PRIMUM.

IGNIS VULGARIS ET USUALIS.



* I. *Ignis ceram liquefaciens, lutum & similia indurans.*

QUEM VULT INDURAT.

In D. Deum, qui miseretur cujus vult, & quem vult indurat.

* II. *Ignis sive fumo sive splendore suo, nulli latere valens.*

INDICIO PRODITUR ILLE SUO.

In amorem latere nescium.

* III. *Ignis inter omnia elementa maxime activus, & omnis moræ impatiens.*

NON FERT ILLE MORAS. *Ovid.*

In amorem, qui omnis moræ impatiens, nescit enim amor remoras. Poeta teste.

* IV. *Jacobus Catzius Fœderatorum statuum quondam sigillifer major ignem exhibet à Fauno avidè amplexatum, sed Faunum miserrimè amburentem, cum Lemmate.*

QUOD NON NORIS, NON AMES.

In amores rerum & personarum nobis ignotarum cavendos.

* V. *Idem Catzius ligneum vasculum, nondum sibi debitè compaginatum exhibuit, una cum igne ab intra ardente, cujus vi flexi & firmius sibi conjuncti laterales asserculi, in unum coëuntes, vas efficiunt.*

AMOR HUMANÆ VITÆ GLUTINUM.

In amores quibus constat vitæ humanæ societas.

* VI. *Ignis sub cineribus latens.*

SOPITUS NON EXTINCTUS.

In amorem nondum extinctum. In ignes libidinis, per mortificationem quidem sopitos, non vero totaliter extinctos.

* VII. *Imago I sæculi Soc. Jesu cratem ferream exhibet arcentem à copioso igne infantem.*

SIC CAUTUM PUERIS.

In Timorem gehennæ quibus iuventus à peccato & gehennâ arcenda est. In crates Religiosas, quibus multæ à turpibus luxuriæ ignibus arcentur, vel ab infernali igne.

Ex-

* VIII. *Eadem imago simiam igne lusuram, & ab eodem comprehensam exhibet.*

MALE LUDITUR IGNE. vel LUDI NON SUSTINET IGNIS.

In eum nobilem, qui Sanct. Ignatium Lojolam flammis dignum judicans, ex post misere igne periit.

* IX. *Ignis sub cineribus quos funera lignorum dixeris, conservatus ut vivat.*

ALIENO FUNERE VITAM.

In S. Franciscum Borgiam qui ex conspecto funere Isabellæ, ad meliorem vitam Religiosam transiit.

* X. *Ignis gladio repercussus ne minimam quidem scintillam deorsum, sed omnia sursum evibrans.*

NEC HINC SCINTILLA DEORSUM.

In animum ingentem, quem nullæ adversitates deorsum flectere possunt, sed magis inde ad superna elevant.

* XI. *Inter tria illa quæ S. Scriptura insatiabilia judicat unum ignis est, eo plus appetens, quo plus pabuli recipit.*

NIL CUPIDO SATIS EST.

In avaritiæ hydropen, quæ facit ut quo plus sunt potæ plus sitiantur aquæ. In ignes libidinis insatiabiles.

* XII. *Ignis ea quæ nigra sunt dealbans, ut fit in excoctione ollarum, statuarum &c.*

CANDIDA DE NIGRIS. *Ovid. Met.*

In ignem cordis contriti, qui de fœda & nigra peccatrice animâ facit, mundissimam & candidissimam.

* XIII. *Ignis ea quæ candida sunt denigrans, uti in charta, lino.* &c.

DE CANDENTIBUS ATRA. *Ovid.*

In luxuriæ & libidinis ignes, qui de innocen-

tiſſimis adoleſcentibus ſæpe faciunt fœdiſſimos ganeones. &c.

* XIV. *Ingenti incendio unicâ ex favillâ ortum ſuum habenti. Lemma.*

E MINIMO MAXIMUS.

Ab occaſione unius ſæpe tactus & aſpectus fœdi, innocentiſſimæ animæ, incidunt, in maximos libidinis æſtus.

Item è minimâ ſcintillâ ignis à Spiritu Sanct. nobis immiſſis, maximi ſæpe contritionis ignes excitantur in peccatoribus.

* XV. *Zuerius Boxhornius igni ſub cineribus eruto inſcribit.*

POST FATA SUPERSTES.

In Principem, in Prole ſuâ orbi ſuperſtitem.

* XVI. P. *Maſenius igni ex viridi ligno multas lachrymas exprimenti inſcribit.*

PARIT IGNIS AQUAS.

In amorem, qui ſæpe magnorum dolorum parens eſt.
In lachrymas pœnitentiæ, expreſſas à vero igne amoris Dei ſuper omnia dilecti.

* XVII. *Ignis in medio hyemis rigore clarior.*

RIGORE CLARESCIT.

In Virum qui rigidâ ſui mortificatione in oculis Dei clarus eſt. In S. Hieronymum. in rigidam Religionem, ex rigore ſuo orbi clariorem.

* XVIII. *Jacobus Bruck ignem formavit, ingentem fumi turbinem coërcet.*

VIRTUS VANA DOMAT.

Generoſarum & ardentium in Deum animarum eſt, vanæ gloriæ inanes fumos coercere.

* XIX. *Ignis quo plus ei pabuli addideris, eo voraciorem reperies & plus pabuli ultra exigentem.*

PLUS PASTUS, PLUS VORAX.

In gulam In avaritiam, quæ quo plus habet, quo plus eſt appetens.

Ignis

* XX. *Ignis ingenti lignorum cumulo superinjecto, obrutus.*

OBRUOR, AST PASCOR.

In eum, qui pluribus à Deo crucibus & calamitatibus obrutus, inde gaudet & pascitur, se dignum esse qui pro Christo patiatur.

* XXI. *Ignis ingenti fumo associatus à P. Masenio inscribitur.*

CUM LUCE FUMUS.

In vanam gloriam honoribus sæpe Comitem.

* XXII. *Henricus de Offelen in suis Emblematibus undiquaque collectis, ignem in fasce stramineo uti cito accensum, sic cito disparentem inscribit.*

CITO FIT, CITO DESINIT.

In repentinos & leves amores, qui uti celerrimè oriuntur sic etiam desinunt.

CAPUT II.

IGNIS PURUS, ELEMENTARIS IN SPHAERA SUA.

* XXIII. *Ignis in Sphærâ suâ ab omni contrario securus.*

SECURUS IN ALTO. *Luc. lib. 9.*

In sanctos, eorumque in cœlo amores nunc ex parte securos.

* XXIV. *Idem ignis.*

ELATUS NON MORITUR.

In superbiam, quæ omnis mortificationis inimica est. Item in sanctos in cœlo, quibus non erit ultra neque mors neque dolor. &c.

* XXV. *Idem ignis.*

NON FULGET ELATUS.

In humilitatem, in honoribus sectandam.

* XXVI. *Idem ignis non lucens ardens tamen.*

NON LUCET ET ARDET.

In occultos amores justorum hoc in orbe.

* XXVII. *Idem ignis.*

NIL NOCET ELATUS.

In eum qui in dignitatibus constitutus in nullum noxiam potestatem exercet.

* XXVIII. *Idem ignis.*

MEUS ARDOR IN ÆTHERE EST.

In amores justorum, qui soli in Deum feruntur.

* XXIX. *Ignis in Sphæra purus, quia a terra elongatus.*

TERRÆQUE PROCUL CONTAGIA NESCIT.

In amores Sanctorum in cœlo.

* XXX. *Idem ignis in Sphæra sua purus.*

NULLUM INFICIT ISTE.

In puros amores in Deum, quibus sanctificamur non inficimur. Item in parvam & castam amicitiam mundanam.

* XXXI. *Idem ignis.*

ARDET NEC ASPICITUR.

In contemptos alicujus amores. Item in celatos & absconditos amores.

* XXXII. *Idem ignis in Sphærâ suâ absconditus & se aerem simulans.*

MENTIRI DIDICIT.

In fallacem amorem.

* XXXIII. *Idem ignis.*

MIHI PATRIA COELUM EST.

In hujus mundi exilium.

* XXXIV. *Idem ignis in Sphæra absconditus.*

CONDITUR IN PATRIA.

In Christum, qui hoc in mundo in quem tanquam in propria venit, latuit ad annum trigesimum.

ignis

* XXXV. *Ignis in Sphæra absque pabulo ardens.*

PABULA NON POSCIT vel NON PASCOR ET ARDEO.

In jejunium & abſtinentiam. In Sanct. Joannem Baptiſtam, qui venit neque manducans, neque bibens.

* XXXVI. *Idem ignis nulli officioſus, nulli etiam ardore ſuo noxius.*

NEC OFFICIOSUS NEC PERNICIOSUS.

In indolem ſibi ſoli factam.

* XXXVII. *Idem ignis.*

NEC MINUOR NEC CRESCO.

In religioſum, qui in eodem ſtatu permanens, nec progreditur nec regreditur.

* XXXVIII. *Idem ignis.*

QUIESCIT PURUS.

In mundam conſcientiam, quæ quietem adfert.

* XXXIX. *Idem ignis.*

SINE PABULO PURUS.

In eum qui jejuniis & abſtinentiis deditus, conſervat animæ puritatem. In amores caſtos mundanos, qui ſine Baccho & Venere ſunt.

* XL. *Ignis idem.*

SINE PONDERE SURSUM.

In paupertatem, qua ſine rerum temporalium pondere ſurſum facilius ferimur ad amandum Deum.

* XLI. *Ignis elementaris, licet certo certius ſit, nulli tamen unquam viſus eſt.*

QUOD NON CAPIS, QUOD NON VIDES.

In Sacro Sanctum Euchariſtiæ Sacramentum, in quo Chriſtus ejusque amores, & ſi non videantur, certo certius tamen præſentes ſunt.

ignis

* XLII. *Ignis in Sphærâ ſuâ exaltatus, elementarem noſtrum ad ſe attrahere ſatagens:*

CUM EXALTATUS FUERO.

In Chriſtum Dominum, qui exaltatus in Cruce, omnia traxit ad ſemetipſum.

CAPUT III.

IGNIS VESTALIS ET SACER.

* XLIII. *Ignis Veſtalis ſemper ardens.*

LUX ÆTERNA MIHI. *Ovid.*

In Sanctos, de quibus Eccleſia canit:

Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine.

* XLIV. *Idem ignis.*

EXTINXISSE NEFAS. *Virg. Æneid.*

Nefas eſt extinguere in nobis amorem Dei.

* XLV. *Ignis Veſtalis etiam tangentem inficiens.*

ETIAM INFICIT ISTE.

In periculum, quod eſt etiam in amoribus ſacris, inter Religioſos, ne in profanos & ſenſuales degenerent. Idem de amore quorundam pœnitentium in ſuos Confeſſarios periculum eſt.

* XLVI. *Idem ignis emoriens.*

ET HIC EMORITUR.

In amorem ſpiritualem, qui, niſi continuis ſpiritualibus pabulis foveatur, facile in nobis emoritur.

* XLVII. *Idem ignis ſemper cum periculo ne extinguatur.*

SECURUS NUNQUAM.

In juſtum, qui nunquam ſecurus eſt, ſed in periculo ſemper, ne in eo gratiæ ſanctificantis ignis extinguatur.

idem

* XLVIII. *Idem ignis hic in terrâ ſacer eſt, minime vero cum aſcendit ad ſuam Sphæram.*

IN HUMILI SACER.

In amores, quos ſanctos eſſe contingit ſi humilitate comitentur.

* XLIX. *Idem ignis aſcendens.*

ET HIC ALTA PETIT.

In ſanctitatem, quæ altior quotidie & major eſſe appetit.

* L *Idem ignis.*

ET HIC VANESCIT IN ALTO.

Perfectio omnis evaneſcit, cum nos effert & inflat.

CAPUT IV.

FLAMMA.

* LI. *Flamma plures papiliones ad ſe alliciens eoſque corripiens ac interficiens.*

NECAT QUOS ALLICIT.

In ingenium mundi, carnis, & dæmonis. In malam ſocietatem.

* LII. *Flamma, cum nimium aſcendere cupiens, eum cui adhæret ignem deſerit, mox evaneſcit in aere.*

CUM DESERIT IMA, VANESCIT.

In ſuperbiam quâ humilia deſerentes incipimus evaneſcere in oculis Dei. In eum qui in honoribus conſtitutus ſe dat mundi vanitatibus.

* LIII. *Flamma creſcit igni aquâ ſuperfuſâ.*

INDE CAPIT VIRES.

Ex tribulationum aquis nobis à Deo ſæpe ſuperfuſis, vires capimus, ad eum magis amandum.

Flam-

* LIV. *Flamma ſurſum tendens.*

MOTU TENDIT PROPRIO.

Chriſtus in Crucem aſcendens oblatus eſt quia ipſe voluit. Item in Chriſtum Aſcendentem in cœlum motu proprio, ac virtute.

* LV. *Flamma ſemper ſurſum, nunquam deorſum tendens.*

INVERTI NESCIA.

In eum, qui nullâ re inverti ac perverti poteſt.

* LVI. *Flammæ, quo plus pabuli dederis, quo major altiorque ſurſum ſeſe efferet.*

PLUS PASTA, PLUS ÆTHERA QUÆRIT
vel
PLUS PASTA, PLUS SURSUM.

In frequentem communionem, qua paſti plus in amorem cœleſtium ferimur.

* LVII. *Flamma, quo plus pabuli habet, quo magis eſt inquieta.*

PLUS PABULI, MINUS QUIETIS.

In avaritiam, quæ quo plus accipit, quo minus quieta eſt. Horatio teſte,

Creſcentem ſequitur cura pecuniam.

In gulam noſtram, quæ quo plus paſta eſt, quo minorem corpori quietem indulget.

* LVIII. *Flamma acrior futura ſi pabulum ejus fuerit pinguius. V. G. pix, reſina. &c.*

HINC ACRIOR ARDOR.

In luxuriam, qua corpus acrius exæſtuat, ſi plus ei & delicatioris pabuli indulgeatur.

* LIX. *Flamma.*

INDE PASCOR, UNDE ARDEO.

In eum, qui de obſcœnis ſuis amoribus delectatur.

* LX. *Flamma ea quibus nutritur ligna abſumens.*

ILLO LICET NUTRIAR.

In

In animum altori ſuo ingratum.

* LXI. *Flamma.*

VITAM SUBLATO FOMITE TOLLES.

Paſſionibus noſtris ſua vita tollitur, ſubtrahendo eis nimium & noxium pabulum per jejunia.

* LXII. *Flamma facile in fumum verſa, & fumus vice verſa facile in flammam.*

PROXIMA FUMO.

In honores mundi, qui fumum vanæ gloriæ ſibi proximum habent.

* LXIII. *Flamma.*

DEVORARE, AUT DENIGRARE.

In ferocem indolem, quæ proximo in bonis vel fama nocentiſſima eſt.

In Dæmonem, qui quærit quem devoret, aut mortali peccato inficiat.

* LXIV. *Flamma lignum ambiens.*

UT DEVORET AMBIT.

In mundi ingenium.

* LXV. *Flamma.*

URIT PROXIMIORA MAGIS.

In eum qui iniquior eſt amicis ſuis.

* LXVI. *Flamma.*

FOVET PROXIMIORA MAGIS.

In eum qui Cognatis præ aliis benefacit.

* LXVII P. *Maſenius flammæ inſcribit.*

NEQUIT ILLA TENERI.

In animum & indolem generoſam. In difficultatem conſuetudinis venereæ emendandæ.

* LXVIII. *Eadem flamma cum nimium effertur in fumum vaneſcit.*

IN FUMOS ELATA VANESCIT.

In elatum animum.

* LXIX. *Flamma à vento agitata fortius inde exardeſcens.*

UNDE SUFFOCARI TIMEBAM.

Ad-

Adverſa, quibus obruendi timebamus, ſæpe nos promovent. Exemplum eſt in Joſepho Egypti Prorege. &c.

* LXX. *Flamma diverſis ſpiris & gyris lignum complexa.*

QUÆRENS QUEM DEVORET.

In Dæmonem.

* LXXI. *Flamma cum pluribus ſuperinjectis lignis.*

NUTRIUNT, NON GRAVANT.

Animo amanti Deum, ſive proſpera ſive adverſa injecta, non eum gravant, ſed ejus amoris ignes nutriunt, & magis accendunt.

* LXXII. *Flamma ignis à ſuperinjectis ei tumultuariè pluribus lignis ſuffocata & extincta.*

A QUO SPERARE NUTRIMENTUM DEBUERAM.

In Confeſſarium, & quemcunque alium ſollicitantem filiam ſpiritualem ſuam ad turpia.

* LXXIII. *Flamma acumine ſuo cœlum petens.*

ACUMINE SURSUM.

In eum qui ingenii ſui acie utitur ad cœleſtia & ſpiritualia.

* LXXIV. *Flamma acumine ſuo ſibi viam ſurſum parans.*

VIAM SIBI PANDIT ACUMINE SURSUM.


In eum factum fuit, qui acumine aliquo ſibi ad honores viam ſtraverat.

* LXXV. *Flamma pabulo ſuo hærens, dum omnino illud devoravit.*

DUM DEVORET, HÆRET.

In amicum aliquem menſæ, qui ſtrenue adhæſerat alteri, dum totum ejus patrimonium devoraſſet.

CA-



CAPUT V.

FAX, FACULA.

* LXXVI. *Fax accensa major, cum pluribus aliis inaccensis ardens, in Thesibus Parisiensibus S. Francisco Xaverio dedicatis, hoc Lemmate inscripta legitur.*

ACCEDITE, ET ILLUMINAMINI.

Exemplum toti Societati ab hoc Sancto capiendum; exprimere volebat Coll. Claromontanum.

* LXXVII. *Faci extinctæ P. Masenius inscripsit.*

CUM

CUM NIDORE PERIT. *Cui illud ſubſtituo.* NIDOR AB EXTINCTA.

In mortem hominis arrogantis.

* LXXVIII. *Theſaurus in Natalitia pompa Franciſci Hyacinthi Sabaudiæ Principis Primogeniti, facem à Virgine ſigno cœleſti geſtatam inſcribit.*

NIL PATITUR LICERE NOCTI. *Statius.*

Gratiâ ſuâ Deus nil patitur in nos licere Principi Tenebrarum Dæmoni.

* LXXIX. *P. Engelgrave cereum extinctum adhuc fumantem ac candelæ ardenti admotum ſicque iterum flammam concipientem inſcribit.*

FESTINA EXTINCTOS REDDERE LUCI.

In ſuffragia detentis in Purgatorio animabus quam citiſſime exhibenda.

* LXXX. *Idem.*

EXTINCTOS REDDO LUCI.

In Hiſtoricum. In eum qui ſuffragiis ſuis animas e purgatorio cœlo tranſcribit. In Typographum celebrem.

* LXXXI. *In Gnomoglyphicis ex inſignibus Comitis Chriſtophori Koningsmarchii deductis, fax ardens exhibetur, cum iſto Lemmate.*

CUM PRIMO DEPERITURA NOTO.

In vitam noſtram, ab una febricula mox deperituram. In breves hujus mundi honores, adverſo aliquo levis indignationis vento, quam primum deperituros. In flammam divini amoris, ſæpe ad modicam occaſionem ceſſaturam.

* LXXXII. *Cereus ardens cum pluribus aliis, ſuum inde lumen ſumentibus.*

SUMPTUS, NON CONSUMITUR.

In S S. Euchariſtiæ Sacramentum, in quo Chriſtus D. ſumptus, nunquam conſumitur.

fax

* LXXXIII. *Fax ardens, cui duæ aliæ applicantur lumen sumpturæ, ut hoc pluribus aliis inaccensis communicent.*

UT SUMANT, ET DENT CÆTERIS.

In idem.

* LXXXIV. *Fax ardens plurimas non ardentes accendens.*

SIC TOTUM SINGULIS, QUOD TOTUM OMNIBUS.

In SS. Euchariſtiæ Sacramentum.

* LXXXV. *Fax ardens in tenebris.*

QUI SEQUITUR ME NON AMBULAT IN TENEBRIS.

In Chriſtum Dominum, qui de ſe hoc effatur.

* LXXXVI. *In capitulari P. P. Dominicanorum Gedanenſium domo Faci ardenti inſcriptum legi*

UT SEQUAMINI.

In S. aliquem ordinis Fundatorem, ſui ordinis Religioſis in exemplum præpoſitum.

* LXXXVII. *Fax accenſa ab altera face.*

CONSORS PATERNI LUMINIS.

In Chriſtum conſortem paternæ gloriæ.

* LXXXVIII. *Fax inverſa à defluenti copioſiore cerâ extincta.*

ANTE NUTRIIT, NUNC EXTINGUIT.

In cibos inordinate ſumptus, qui cum inſtituti ſint à Deo hominis nutrimento, tunc eum ſuffocant & extinguunt.

* LXXXIX. *Flamma, cum emoritura eſt, ordinariè videbis magis ſeſe egerentem ac majorem.*

IN FINE MAJOR.

In ignes amoris, quos Sancti ex hoc ſæculo moriendo exhibuere. In Sanctitatem Juſtorum, quæ in eis major eſt in vitæ fine.

* XC. *Fax à vento extincta quæ alio tempore iterum accendi poterit.*

NE TOTA DISPEREAM.

In D. Deum qui adversitatum suarum ventis hoc in mundo, dum nos sæpe extinguere velle videtur, sic conservat ne toti & æternaliter pereamus.

* XCI. *Fax extincta iterum accensa.*

EXTINCTA REVIVAM.

In Resurrectionem carnis nostræ.

* XCII. *Fax à vento agitata sicque absumpta & citius extincta.*

PLUS VITÆ, SI MINUS SPIRITUS.

In indolem præcocem & præmaturam cito extinctam.

* XCIII. *Fax cum stridore extincta.*

STRIDOR AB EXTINCTA.

In animas purgantes post mortem sæpe reduces.

* XCIV. *Fax in tenebris.*

NOCTI SOLATIA PRÆSTANS.

In gratiam Dei, peccatrici animæ unicum solatium futuram.

* XCV. *Fax.*

OFFICIOSA ALIIS, PERNICIOSA SIBI.

In curas Prælatorum.

* XCVI. *Fax ardens & sese consumens.*

PEREAM, DUM LUCEAM.

Vox illa est Zelosi Prælati, qui vitam proximo libenter impendit, dummodo eum bonorum exemplorum & doctrinarum luce ducat ad salutem. Vox illa etiam est ambitiosi animi, æternum exilium animæ suæ parum curaturi, dummodo ei liceat ad modicum hoc in orbe in honoribus splendere.

* XCVII. *Fax ardens.*

ARDEAM, UT LUCEAM.

Vox ea Prælati est, optantis sibi amoris divini ignes, ut aliis lux sit in vitam æternam.

* XCVIII. *Fax ardens.*

NUTRIOR PINGUIBUS.

In Canonicum pinguem Prælaturam habentem.

fax

* XCIX. *Fax à vento agitata plus lucens.*

PLUS SPIRITUS, PLUS LUCIS.

In lucem Sancti Spiritus, copiosiorem lucem afferentis animæ, quo gratia ejus fuerit copiosior.

* C. F*ax à vento extincta, & iterum recensa.*

VITAM DEDIT AURA NECEMQUE.

In eum qui adversitatibus afflatus inde præmaturè ex hoc seculo per mortem abiit, inde tamen in altero seculo victurus in æternum.

* CI. F*ax à defluente cerâ maculata.*

QUO NUTRIOR, MACULOR.

In parentem factum est, proli suæ famæ minus æquum.

* CII. F*ax coram multis hominibus.*

SAT PLURIBUS UNA.

In Euangelium & fidem Christi toti orbi sufficientem.

* CIII. F*ax extincta cum fumo.*

FUMUS AB EXTINCTA.

In famam qua extincta nil nisi obscurus fumus nomini manet.

* CIV. *Ventus facem afflans.*

ET MINIMUS AUGET.

Minima gratia S. Spiritus auget amores nostros.

* CV. *Ventus facem afflans.*

NON QUIVIS EXTINGUET.

Non quævis tribulatio extinguit justorum lucem.

* CVI. F*ax solitariè ardens.*

ET NULLI ARDEO.

In eum qui soli Deo ardens in cubilibus suis compungitur. In eum qui in amando proximo admodum est parcus.

* CVII. F*ax plus sequentibus quam ferenti lucem adferens.*

MINUS ÆQUA FERENTI.

In animum ingratum benefactori suo.

* CVIII. *Fax tamdiu ardet, quamdiu filo suo gaudet, eo enim, tanquam ignis sustentaculo sublato, mox extinguitur.*

FILO, MEA VITA DESPENDET AB UNO.

In miserrimam vitæ nostræ conditionem; ait enim Poeta,

Omnia sunt hominum, tenui pendentia filo.

* CIX. *Fax in loco subterraneo.*

MEUM LUMEN TERRA TENET.

Vox ea est animæ piæ, Christum animæ suæ lumen, deplorantem in sepultura.

* CX. *Thesaurus faci ab Austro afflatæ inscribit.*

AUSTRIS EXERCITA.

In Turciam pluribus jam bellis exercitam ab Austriaco Marte.

* CXI. *Fax ardendo semper descendens, cum infima est, flammam sursum emittit.*

TUNC DENIQUE SURSUM.

In humilitatem nos sursum levantem.

CAPUT VI.

TITIO, LIGNUM.

* CXII. *Unctus oleo Titio magis æstuat.*

MAGIS ÆSTUAT UNCTUS.

In eum, qui adhibita unctione magis Deum amat. Uti baptizatus, Confirmatus, Ordinatus, Rex &c.

* CXIII. *Titiones gibbosi curvi informes.*

ET ARDENT INFORMES.

In amores claudorum, aliorumque deformium hominum.

* CXIV. *Titio aridus.*

UT ARUIT, ARSIT.

In

In hominem, nullius frugi, qui cum arbore arida æcidetur, & in ignem infernalem mittetur.

* CXV. *Ligna arida viridia nullo discrimine igni injecta.*

NULLO DISCRIMINE.

In vim amoris, qui nullo discrimine in omnes vim suam exserit. In mortem, quæ omnes absque discrimine tollit.

* CXVI. *Lignum viride, post exsudatos humores ardens.*

ISTO VENIENT MEA FUNERA FLETU.

In fictas pœnitentiæ lachrymas, aucturas nobis incendium infernale.

* CXVII. *Idem lignum viride, sudore suo, igni superinjecto ignem augens, more ignium fabrilium.*

LACHRIMIS CRESCET MEUS IGNIS AB ISTIS.

In idem.

* CXVIII. *Ligna plura igni superinjecta.*

NON UT SPLENDEANT, SED UT ARDEANT.

In damnatos in inferno.

* CXIX. *Lignum viride in igne lachrymans.*

DE MEA VIRIDITATE MEÆ LACHRIMÆ.

In peccata in juventute commissa.

* CXX. *Ligna arida acrius ardentia, mixtis sibi viridibus lignis.*

HINC ACRIOR ARDOR.

In eum cujus amores obscœni, à juventute deducti, eum acrius exagitant, & tenacius hærent.

* CXXI. *Ligna viridia in foco lachrymantia, inde minus tamen non absumenda.*

NIL GEMUISSE JUVAT.

In Tyrannum, afflictorum gemitus minime respicientem.

* CXXI. *Titiones in foco cum strepitu ardentes.*

MURMUR AB ACCENSIS.

In damnatos, qui inter ardores suos, non cessant Deum blasphemare.

* CXXII. *Ligna plura viridia in igne lachrymantia.*

FLEVERUNT PARITER.

In lachrymas damnatorum.

* CXXIII *Lachrymis è viridibus lignis excussis, ea aridis, quæ majoris ætatis sunt, æqualis i ardor.*

ÆTATIS SUPPLES SIC DAMNA MINORIS.

Consummatus in brevi, multa virtutum tempora explebis per serias poenitentiæ lachrymas.

* CXXIV. *Lachrymæ viridium lignorum ab igne excussæ, demum etiam ab ignis ejusdem calore dissipatæ.*

QUAS FACIT, ABSTERGET LACHRIMAS.

S. Spiritui hoc proprium est, quas in nobis lachrymas pœnitentiæ suscitavit, easdem consolationibus suis divinis abstergere.

* CXXV. *Lignum viride, igni impositum primo splendet, inde gemit.*

In honores hujus mundi, sæpe suscitantes, suis æternos gemitus, post hujus mundi splendores Exemplo in Divite Epulone.

* CXXVI. *Lignum viride gemens, à vicinorum sibi ardentium lignorum igne.*

LACHRIMAS HAS SUSCITAT ALTER.

In suscitatas ab altero tribulationes.

* CXXVII. *Idem.*

PLANGIT AB ALTERIUS FLAMMIS.

In

In eum, qui condolet doloribus animarum purgantium. In Sanctos varios lachrymantes de offensis toties aliorum in D. Deum commissis.

* CXXVIII. *Titio dum nondum ardet arripiendus.*

ARRIPE, DUM NONDUM FLAGRAT.

In amores corrigendos in principio sui, antequam ad plenam exardescentiam veniant.

* CXXIX. *Titio in foco splendens.*

FOCIS, NON ARIS.

In Ecclesiasticum, qui melior oeconomus quam Ecclesiasticus est.



CAPUT VII.

CARBO.

* CXXX. *Carbones olim fœdi & nigri, nunc autem ſplendentes.*

OLIM TENEBRÆ, NUNC AUTEM LUX.

In peccatorem converſum.

* CXXXI. *Carbones nigri ſplendentibus appoſiti.*

NOS QUOQUE SPLENDUIMUS.

In defunctorum aliquot calvaria.

idem

* CXXXII. *Idem.*

SPLENDEBIMUS OLIM.

In fœdum & obſcurum corpus noſtrum, quod in cœlo olim ſplendebit, dote claritatis.

* CXXXIII. *Carbones in publicis & privatis focis adhibendi.*

FOCIS SPLENDEMUS, ET AQUIS.

In Religioſos frugaliter domi & Exemplariter in Eccleſia viventes.

* CXXXIV. *Carbonibus vivis aliquot ſub cineribus abſconditis, Lemma eſt.*

VITA VESTRA EST ABSCONDITA.

In abſconditam hoc in ſæculo juſtorum vitam in Chriſto Domino.

* CXXXV. *Carbones, qui cum extinguentur ad nigredinem priſtinam redibunt.*

MORS IMMINET ATRA.

In mortem imminentem omnibus.

* CXXXVI. *Carbones flabello accenſi.*

AGITANTE CALESCIMUS ILLO.

Ovid. l. 6. Faſt.

In Spiritum Sanctum, quo nos incaleſcimus igne amoris Dei.

* CXXXVII. *Carbones diſperſi extinguuntur.*

DISPERSI PEREUNT. *Claud.*

In communitatem diviſam & diſperſam. In Religioſam cohabitationem.

* CXXXVIII. *Carbones ſub cineribus ignium.*

GRISEO SUB TEGMINE FERVENT.

In ferventes Religioſos S. Ordinis noſtri ſub griſeo habitu.

* CXXXIX. *Carbones.*

FOVEBUNTUR MUTUO.

In mutuum fraternum & Religioſum auxilium. In amicitiam mutuam.

* CXL. *Carbo ſub cineribus latens.*

CUM

CUM LATET, HAUD LUCET.

In virtutes abſconditas.

* CXLI. *Carbones vivi aquâ ſuperfuſi, è vivis mox nigri evadunt.*

ALIOS MUNDAT, NOS MACULAT.

In confeſſionem fictam. In tribulationes impatienter toleratas.

* CXLII. *Carbo vivus etiam inficiens.*

SPLENDET ET INFICIT.

In mundum ejusque honores. In aurum & mundi divitias.

* CXLIII. *Carbones vivi aquâ ſuperfuſi.*

OBRUIMUR NON ABLUIMUR.

In eos, qui tribulationibus à Deo immiſſis, impatienter toleratis, nil inde emundantur à peccatis ſuis.

* CXLIV. *Carbones in fornace carbonaria, aqua obruti, vigorem ſuum primitus accipiunt, & in carbones ad uſum tranſeunt.*

ETIAM MANET OBRUTA VIRTUS.

In virtutem quæ nunquam obruitur.

* CXLV. *Carbones diutius ſub cineribus viventes.*

LATENS LONGÆVIOR.

In affectus latentes, qui ordinario conſtantiores, & diuturniores ſunt.

* CXLVI. *Carbones ſuccenſi.*

SPLENDENTES MORIMUR.

In mortem Sanctorum. In honores mundi, dum ſplendent jam emorientes.

* CXLVII. *Carbo ſ ipſum ſuperinductis paulatim cineribus ſepeliens.*

SE SEPELIT IPSUM.

In S. Nitibenum, rigidam in ſepulchro pœnitentiam agentem. In eum, qui ſe dat Religionis clauſtro.

* CXLVIII. *Carbo jamjam emoriturus.*

TE FLANTE REVIVO.

In

In animam peccatricem gratiâ Divinâ ad pœnitentiam commotam.

* CXLIX. *Carbo ſplendens.*

TANDEM CINIS.

In omnes mundi pompas.

* CL. *Carbo ſub cineribus ſepultus.*

TUMULATUR ET ARDET.

In Religioſum ferventem, in Monaſterio quaſi in ſepulchro latentem.

* CLI. *Carbones ardentes.*

ARDERE NON LUCERE.

In occultam ſanctitatem.

* CLII. *Carbones ardentes ſub cineribus tumulati.*

AMANT PRÆCLARA LATERE.

In occultam ſanctitatem & virtutem.

CLIII. P. *Engelgrave commotis ſub cinere latentibus carbonibus inſcribit.*

SOPITOS SUSCITAT.

In diſcordias ſopitas iterùm ſuſcitatas. In amores ſopitos. &c.

* CLIV. *Carbones à foco, thuribulo impoſiti.*

UT ARDEANT ARIS.

In præfectum quendam Rei Oeconomicæ, dum mundo ſpreto, ſacris initiabatur.

CAPUT VIII.

FUMUS.

* CLV. *Fumo P. Maſenius inſcribit.*

HUNC GIGNIT ET OBRUIT IGNIS.

In virtutem, quæ invidiam & excitat & ex tinguit.

* CLVI. *Antonius Burgundia iu Lydio Lapide vanitatis mundi fumo ex gne nato inſcribit.*

CLA-

CLARI PARENTIS, OBSCURA PROGENIES.

In vanitatem ſplendidorum natalium.

* CLVII. *Apud Schonhard fumo ex thuribulo prodeunti, inſcribitur.*

NEC EXINDE NITOREM.

In vanam gloriam è rebus ſacris hauſtam.

* CLVIII. *Idem Schonhard ſtatuis aliquot pulcherrimis in fumo ſtantibus Lemma dedit.*

HIC NEC HELENA PULCHRA.

In peccatis etiam pretioſiſſimæ animæ deformantur.

* CLIX. *Idem aliquot odorifera aromata & gummata, uti Thus, Storacem, Benzoin, & ſimilia hac epigraphe donat.*

SUNT TAMEN FUMUS.

In mundi hujus honores, & bonam famam.

* CLX. *Jacobus Catzius Cupidinem exhibet ex canali tabacum haurientem & fumum copioſum emittentem.*

FUMO PASCUNTUR AMANTES.

In amores mundanos, quibus in honores divitias & voluptates ferimur. Recte Rhetores Antverpienſes;

Fumus honos, & fumus opes, fumusque voluptas;
Et ſpeciem fumi, quidquid amamus, habet.

* CLXI. *Helvetum alicubi depictum vidiſſe memini, fiſtula Tabacum ſugentem, cum inſcriptione*

DULCIS FUMUS PATRIÆ.

In amorem, quo omnes in patriam ferimur.

* CLXII. *Miſander fumo nſcribit.*

UT ORIOR MORIOR.

In honorum mundi vanitatem.

* CLXIII. *Fumus vim indurativam & conſervativam in ſe habens, &c.*

ET SUUS EST FUMO QUÆSTUS.

Multi

Multi ostentatione hoc in mundo assurgunt.

* CLXIV. *Fumus, qui ante tenebras induxerat, mox in ignem transeundo lucem adferens.*

TENEBRAS ANTE, NUNC ADFERO LUCEM.

In S. Paulum prius Ecclesiæ persecutorem, mox Apostolum & Doctorem Gentium.

CAPUT IX.

CINIS.

* CLXV. *Qui Opera posthuma P. Lessii edidere, ut demonstrarent, eundem Patrem jam extinctum orbi adhuc spirare, cinerem exhibuere extinctis carbonibus nonnullo adhuc calore spirantem, cum Lemmate.*

LUCE SPIRAT EXTINCTA CINIS.

In Cineres Sanctorum varios, qui miraculosè spirare adhuc videntur. Sic S. Augustini cor exitit quoties cantatur Præfatio de SS. Trinitate. S. Paschalis Baylon, extincta lampade in Ecclesia, pulsat ex sepulchro. Sanguis S. Januarii coram capite suo Neapoli ebullit, & multa his similia.

* CLXVI. *Auctor Colloquiorum Eugenii & Aristidis Cineri adhuc calido ab extincto igne, & magnam fumi quantitatem, super infusa aqua emittenti, Catharinam de Medicis in morte Henrici* II. *Galliarum Regis mariti sui subscripsisse testatur.*

ARDOREM EXTINCTA TESTANTUR VIVERE FLAMMA.

In animum Christo mortuo amorosè compatientem.

In stimulum carnis, semper in nobis viventem, quomodocunque etiam mortificetur.

Idem

* CLXVII. *Idem.*

ARDET AB EXTINCTO.

In idem. Item eam viduam quæ multum viri sui mortem deflet.

* CLXVIII. *Cinis absconsos sub se ignes habens.*

CELAT QUOS CONTINET IGNES.

In affectum secretum.

* CLXIX. *Cineres ex ingentibus quercinis &c. arboribus.*

ROBUR OLIM FUIMUS.

In defunctos plurimos, dum viverent robustissimos.

* CLXX. *Cinis ignes sopiens.*

HIC TUTO SOPIET IGNES.

In memoriam mortis, quæ remedium est libidinis ignibus sopiendis.

* CLXXI. *Cinis extincto nondum omni igne.*

VIVIT, SI SULPHURE TANGAS. *Ovid.*

In viventes, in nobis igniculos luxuriæ, admota occasione.

* CLXXII. *Cineres ex adustis floribus, & herbis, medicinalibus, quales utuntur Pharmacopolæ ad extrahendum ex eis per lixivium sal medicinale.*

POST VERNUM FUNERA RISUM.

Post gaudia mors est.

* CLXXIII. *Cineres, ignem à quo generantur abscondendo fovent.*

GENITOREM FOVENT.

In filiorum curam parentibus impendendam.

* CLXXIV. *Cinis ignem abscondendo conservans,*

ABSCONDENDO CONSERVAT.

In affectus absconditos diuturniores. In species Eucharisticas verum ignem Christum servantes. In pietatem absconditam, quæ sic servatur.

Cine-

* CLXXV. *Cineres florum herbarumque medicinalium prius ignem, dein lixivium ut Pharmacopolæ vocant passi.*

TRANSIVIMUS PER IGNEM ET AQUAM.

In SS. Martyres.

A E R.

C A P U T X.

VAPOR NEBULA.

* CLXXVI. *Sereno Aere & Sole calidiore vapores tantum attracti.*

SERENA TRAHUNT.

Animus ferenus, & manfuetus, vim habet ad fe aliorum animos attrahendi. Item propitio Deo nobis, ab eodem trahimur.

* CLXXVII. *In Castro Doloris Mareschalci Turenii ut ejus conversio ad Catholicam fidem symbolo exhiberetur, nubes efformata fuit superiori sua parte qua cœlum spectabat, illuminata cum Lemmate.*

QUÆSIVIT COELO LUCEM.

In lucem è cœlo quærendam animæ noftræ.

* CLXXVIII. *Vapor ut primum deserit terram, levatur in altum.*

TERRAM DESERUISSE JUVAT.

In mentem à terrenis abftrahendam.

* CLXXIX. *Vapor elatus, in imbrem & umbram transiens.*

HINC IMBER, ET UMBRA.

Chriftus, Afcendens, ut umbram nobis præbeat Protectionis fuæ in cœlo, & imbrem fuarum gratiarum in nos depluat.

Vapor

* CLXXX. *Vapor in cœlum attractus.*
ATTRACTUS AB ALTO.
In animam contemplativam. In peccatorem conversum.

* CLXXXI. *Nebulæ sursum ascendenti & inde in nubem lucidam transformandæ à Niezpowkowitz inscribitur*
SURGIT SINE SORDE SERENA.
In Assumptionem B. V. Mariæ.

* CLXXXII. *Vapor tum elevatur quam primum à terrâ segregatur.*
DUM SEGREGOR, ELEVOR.
In mentem abstrahendam à terrenis, tuncque à Deo ad se attrahendam.

* CLXXXIII. *Vapores ex humili in fulmina & grandinem mutantur in alto.*
ASPERIUS NIHIL EST HUMILI, CUM SURGIT IN ALTUM.
In indolem in honoribus mutatam in asperius.

* CLXXXIV. *Vapor elatus in nubes quæ postea in cælo collidentur.*
IN PRÆLIA LEVOR.
In Generalem bellicum, ad tale officium elatum.

* CLXXXV. *Nebula cum elata est, à sole dejecta.*
ELATA PERIBIT.
In animum elatum, quem Deus destruet.

CLXXXVI. *Vapor parum elatus mox à sole dissipatus.*
A QUO LUCEM SPERAVERAM.
In injurias ab amico illatas.

* CLXXXVII. *Vapor in aere suspensus, incertum an à sole elevandus, vel in terram dejiciendus.*
QUO ME CUNQUE VOLET.

In

In animum tam paratum suscipere à Deo prospera, quam adversa.

* CLXXXVIII. *Vapor à vento actus.*

DUCTUS A SPIRITU.

In hominem sequentem ductus S. Spiritus.

* CLXXXIX. *Nebula dejecta serenum adferens.*

DEJECTA SERENAT.

In passiones nostras quæ quietum animum reddunt dum mortificantur.

* CXC. *Nebula à sole levata.*

A QUO DEJICI TIMEBAM.

In adversitates, quibus sæpe elevamur & erigimur.

CAPUT XI.

NUBES.

* *CXCI. Nubes è terra levata.*

DE STERCORE ELEVOR.

In homines è limo terræ exaltatos, paulo infra Angelicam naturam. Paulo minus ab Angelis minuisti eum.

* *CXCII. Nubes, cui Parelius inest tanquam in speculo à Nieszpowkowitz inscribitur.*

SPECULUM FIT RORIDA NUBES.

In B. Virginem quæ est speculum sine macula.

* *CXCIII. Auctor Colloq. Eugenii & Aristidis, testatur honori Annæ Austriacæ, Ludovici* XIV. *Matri efformatam nubem fuisse, fulgura plura emittentem, isto cum Lemmate,*

ORBIS TERROREM GENUI.

Ejusdem Annæ Austriacæ honori tale Epitaphium positum.

Et soror & conjux, & mater nataque Regum,
Nulla unquam tanto, sanguine digna fuit.

* CXCIV. *Nubes quæ in media aeris regione infra ſolem & alia aſtra feruntur.*

INFRA FERUNTUR.

In abjectum animum.

* CXCV. *Nubes elata à ſole luminoſo radio inſtar coronæ i luminata.*

ELATA CORONOR.

In aſſumptionem B. Virginis Mariæ.

* CXCVI. *Nubes eam coronam mox deperditura eſt, quam primum labitur.*

PERDET LAPSURA CORONAM.

Corona cœleſtis, operibus bonis jam in cœlo nobis deſtinata, peccatis deperditur.

* CXCVII. *Nubes pluviam in orbem remittens à Niespowkowitz inſcribitur.*

GRATIS SUA DONA MINISTRAT.

In B. Virginem.

* CXCVII. *Nubes omnes eodem vento actæ.*

PARI PASSU PROPERAMUS EODEM.

In conditionem vitæ humanæ ad mortem properantis.

* CXCVIII. *Nubes ab occidente ſole adhuc ſplendens.*

SPLENDET AB EXTINCTO.

In filios patris defuncti virtute adhuc celebres.

* CXCIX. *Nubes nigra ingenti pluvia gravida.*

VENTURI NUNTIA LUCTUS. *Ovid. Met.*

In conſcientiam minitantem nobis pœnas divinas.

* CC. *Nubes cum Iride fictis in eadem coloribus apparentibus.*

MENTITUR PACEM.

In eum, qui ſub doloſâ pace, vindictam meditatur.

* CCI. *Nubes fulminans ſimul & pluvia.*

LA-

LACHRIMIS SUA FULMINA MISCET.

In Christum Dominum, flentem quando urbi Jerosolymitanæ suum excidium denuntiabat.

* CCII. *Nubes rorida apta Iridi, à sole in fulmen coacta.*

A QUO PACEM SPERAVERAM.

In Christum à Juda traditum.

* CCIII. *Nubes fulgura emittens.*

EX QUA MUNDO LUX EST ORTA.

* CCIV. *Nubes omnibus æqualiter pluviam suam impertiens.*

OMNIBUS ÆQUE. *In funere Electricis Saxoniæ inscripta est.*

In amorem Prælati omnibus æquê impartiendum est.

* CCV. *Nubes fulmina adhuc parturiens.*

SUA FULMINA PARTURIT ADHUC.

In animum vindicativum. In secreta consilia bellica.

* CCVI. *Nubes exiguo tempore Iridem servans.*

IGNARA PACEM SERVARE.

In indolem non diu pacificam.

* CCVII. *Nubes candida, à quâ nec pluvia nec fulgura metuenda.*

IGNARA NOCENDI.

In animum candidum & nulli noxium.

* CCVIII *Nubes ab incluso fulmine intus collisæ.*

INTUS PUGNÆ.

In pugnas justorum, quas eorum spiritus habet cum carne.

* CCIX. *Nubes occidente sole ad Parelium disposita.*

A QUO SIMILEM SPERAVERAM.

In certam Principissam factum fuit, quæ mortuo marito Principi improlis manserat.

* CCX. *Nubes plures coëuntes ut fulminent.*

COEUNT IN FULMINA.

In Congressum Regum & Principum Confœdera-

torum quando Hagæ Comitis conveniebant ad consilia bellica.

* CCXI. *Nubes ex pluvia, tota consumpta.*

ET LACHRIMIS CONSUMPTA SUIS.

Ovid. 5. Met.

In pœnitentiam S. M Magdalenæ.

* CCXII. *Nubes per pluviam dejecta agris fœcunditatem adferens.*

DEJECTA FÆCUNDAT.

In eum, qui per tribulationes à Deo dejectus, melius exercet munus Apostolicum. In Sanct. Paulum dejectum à Deo, quæ occasio ejus conversionis fuit.

* CCXIII. *Nubes in pluvias coeuntes.*

COEUNT IN LACHRIMAS.

In coeuntes exercitus, in lachrymas plurimorum.

* CCXIV. *Nubes cum Parelio.*

SIC SPLENDET IMAGINE SOLIS.

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Psalm. 4.

* CCXV. *Nubes ab elato sole rubicunda.*

RUBET AB ELATO.

In eum qui de tali erubescit, quem ad dignitates extulerat. In patriam multo sanguine purpuratam à Tyranno quodam.

* CCXVI. *Nubes cum Parelio.*

ÆMULUM SOLIS GENUI.

In Augustissimam Mariam Annam, moderni Imperatoris Leopoldi matrem, quæ mundo dedit Leopoldum Imperatorem, multis in bellis gloriosum æmulum Ludovici XIV. Galliarum Regis, cui sol pro symbolo.

* CCXVII. *Nubes ab adverso sibi sole splendens.*

FULGET AB ADVERSO.

In Leopoldum, qui magis orbi inclaruit victoriosus, quod tot in bellis adversarium sibi habuerit Lud. XIV.

Ro-

Regem Galliæ ſibi ſolem pro ſymbolo ſtatuenttem.

* CCXVIII. *Nubes ad pluviam ſe diſponens.*

PARAT TERRÆ PLUVIAM. *Pſal.* 146.

In Spiritum Sanctum.

* CCXIX. *Nubes terſa cum corona.*

TERSA CORONATUR.

In animam mundam & caſtam.

* CCXX. *Nubes coeuntes ad iridem formandam.*

IN PACEM COEUNT.

In Legatos ad pacem cudendam miſſos.

* CCXXI. *Nubes plures vento actæ.*

QUO NOS AURA VEHET.

In obedientiam Religioſorum. In Reſignationem.

* CCXXII. *Nubes cum Iride.*

ORBIS PACEM GENUI.

In B. Virginem gignentem Chriſtum, qui eſt *Pax noſtra.*

* CCXXIII. *Nubes fulminibus quæ genuit, diſcerpta atque in pluviam reſoluta.*

HOS GENUI IN LACHRIMAS.

In filios immorigeros.

* CCXXIV. *Nubes exhalationum jam maturarum pondere gravis, in pluviam reſoluta.*

DE MEO PONDERE, MEÆ LACHRIMÆ.

Factum fuit in eam quæ uterum gerebat, ex tali ex quo non decebat.

* CCXXV. *Nubes paulatim reſoluta, concidit tota.*

PAULATIM CONCIDO.

In eum, qui paulatim ad lapſum deveniet, nemo enim repente fit malus.

* CCXXVI. *Nubes in qua ſol ſibi coronam format.*

SOLI DIADEMA MINISTRO.

In eum miniſtrum, cujus in coronatione eſt Regem ſuo diademate induere. In Roſarium ſeu coronam ad honorandos 33 annos, quibus Chriſtus in terra vixit.

* CCXXVII. *Nubes coeuntes ut collidantur invicem.*

COEUNT IN BELLA.

In conſilia bellica. In duellum.

* CCXXVIII. *Nubes cuneos fulmineos intra ſe generans, quibus emiſſis, ipſa diſcerpitur.*

IN FUNUS HOS PROPRIUM GENUI.

In filios immorigeros.

* CCXXIX. *Nubes fulmina parturiens quibus templa vel turres xcidentur.*

ISTOS IN PUBLICA FUNERA GIGNO.

* CCXXX. *Nubes lucida.*

NON SEMPER IMBRES.

Non ſemper triſtitia.

* CCXXXI. *Nubes pluvia gravidæ tandem lapſuræ.*

IN LAPSUM GENITÆ.

In reprobatos in æternæ damnationis ſuæ lapſum.

* CCXXXII. *Nubes coeuntes ut cœli conſpectum auferant.*

COELUM ABSTULIT. *Virg. Æneid.*

In peccatum.

* CCXXXIII. *Nubes acceptos è terra vapores benigna pluvia terræ reddens.*

ACCEPTA RETUNDO.

In gratum animum.

* CCXXXIV. *Nubes intra ſe cuneos fulmineos ferentes.*

QUOS FERUNT, HIS FERIENT.

In ſecretam meditatam vindictam.

CA-

CAPUT XII.

PLUVIA.

* CCXXXV. *Pluvia.*

QUÆ NON PROSUNT SINGULA, MULTA JUVANT. *Ovid.*

In parcimoniam

* CCXXXVI. *Camerarius pluviæ agros fœcundanti inſcripſit.*

COELI BENEDICTIO DITAT.

Omne donum deſuper eſt.

* CCXXXVII. *Pluviæ guttæ totidem fere gemmas in arboribus herbis &c. producentes.*

QUOT GUTTÆ, TOT GEMMÆ.

In lachrymas pœnitentiæ.

* CCXXXVIII. *Guttæ pluviæ è monte undique ad partes inferiores ejusdem convenientes.*

UNDIQUE CONVENIUNT. *Virg. Æneid.*

In beneficia Dei quæ undique in nos fluunt.

* CCXXXIX. *Pluvia largior agros fœcundans à Schonhard inſcribitur.*

MELIUS SI LARGIUS.

In beneficium ingens.

* CCXL. *Andreas Mlodzianowski pluviæ decidenti inſcripſit.*

NULLO DISCRIMINE.

In B. Joſaphatum Archi-Epiſcopum Polocenſem & Martyrem, ubicunque vacantem ſaluti animarum.

* CCXLI. *Pluvia non uno impetu ſed guttatim decidens, ac ſitientes agros irrigans.*

DISPERSIT DEDIT PAUPERIBUS.

In D. Deum. In Eleëmoſynas prudenter elargiendas.

* CCXLII. *Pluvia intervallo gratior.*

INTERVALLO GRATIOR.

In liberalitatem sæpius repetitam.

* CCXLIII. *Pluvia nube sese exhauriente decidens.*

MORTE SUA DITAT

In Christum qui ut nos ditaret, morte suâ sese exinanivit.

CAPUT XIII.

ROS.

* CCXLIV. *Rori partum, florum, herbarumque facilitanti P. Jacobus Coret in vita S. Catharinæ Suecæ inscripsit.*

ASPERSÆ HOC PARIUNT.

In potentiam ejus sanctæ, in facilitandis puerperarum partubus.

* CCXLV. *Ros in aere generatus descendens, si elatus fuisset, in fulmen forte conversus esset.*

OBFUIT ATTOLLI, vel FULMEN SI TOLLERER, ESSEM.

In eos quos Deus ad Prælaturas non evehendo, saluti suæ æternæ servat.

* CCXLVI. *Ros partum florum herbarumque facilitans.*

QUOS GRAVAT, HOS GRAVIDAT.

In Spiritum Sanctum.

* CCXLVII. *Ros sole discutiendus.*

SOLE MORITURUS.

In infirmam carnis nostræ conditionem, ad unius febriculæ æstus, sæpe perituræ.

* CCXLVIII. *Ros herbis maxime utilis, si in pruinam congeletur herbas exuret.*

In nimium rigorem Prælati cujusdam.

RIGIDUS EXURET.

* CCXLIX. *Ros, quas herbas æstus diurnus inclinaverat, erigit & reficit.*

DEJECTOS ERIGO.

In fortitudinem quæ Virtus cardinalis est.

* CCL. *Ros pullos corvorum nutriens. Testibus Naturalistis.*

PRÆPARAT CORVO ESCAM. *Job.* 38.

In D. Dei providentiam, quâ dat escam omni carni.

* CCLI. *Ros ab Austro generatur, teste Berchono.*

GENITUS SPIRANTIBUS AUSTRIS.

In consolationes Spiritus Sancti. In benignitatem Domus Austriacæ.

* CCLII. *Ros in floribus mel præparans.*

UNDE DEMUM PASCANTUR APES.

In S. Bernardum Doctorem Mellifluum. In lectionem librorum spiritualium.

* CCLIII. *Luna à Naturalistis Mater roris dicitur.*

HAC GENITRICE DATUR.

Consolationes divinæ dantur per B. Virginem Mariam.

* CCLIV. *Ros unionem in concha formans.*

HOC PATRE CREATUR.

Spiritu Sancto Patre, unio pretiosissimus Christus in Concha Mariani corporis formatus est.

CAPUT XIV.

MANNA.

* CCLV. *Manna ros in Calabriâ decidens, instar Sacchari dulcis, herbis incidens, æstu diurno afflictas humectans.*

DUL-

DULCE REFRIGERIUM.

In Spiritum Sanctum, de quo ita canit Ecclesia.

* CCLVI. *Manna è cœlo descendens.*

ALIUNDE NIHIL vel QUÆ SURSUM SUNT.

Omnia dona desuper veniunt. In animam contemplativam.

* CCLVII. *Manna Israëlitis in deserto depluens.*

SEMINE AB ÆTHEREO.

In SS. Eucharistiæ Sacramentum.

* CCLVIII. *Manna Israeliticum scimus ex Exodo servatum, altero mane vermibus scatuisse, ac computruisse.*

SERVATUM PERIBIT.

Panes servati, neque pauperibus elargiti, dispereunt infructiferi.

* CCLIX. *Manna dulcissimus ros herbis in Calabria superfusus.*

DULCE DEPENDIT ONUS. *Ovid. Lib. Fast.*

In Christum Dominum, pendentem in utero Virgineo, ut dulcissima sarcina.

* CCLX. *Manna Calabriæ, & Israeliticum.*

CIBUS ET MEDICINA.

In SS. Eucharistiæ Sacramentum.

* CCLXI. *Idem Israeliticum.*

SUSPICE, ET SUSCIPE

In agnitionem qua beneficia omnia desursum esse fateri, & suscipi oportet.

CAPUT. XV.

NIX.

* CCLXII. *Nix.*

QUIDQUID LATET APPAREBIT.

In occulta in extremo judicio pandenda.

* CCLXIII. *Idem.*

SOL DETEGET.

In Deum qui occulta ſuo tempore revelat.

* CCLXIV. *Nix ex aqua genita & in aquam denique reſoluta.*

GENUI, QUÆ GIGNITUR EX ME.

In B. Virginem Mariam Deum parientem.

* CCLXV. *Nix montes exceſſos operiens.*

EXCELSA OPERIT.

In ſpecies Euchariſticas.

* CCLXVI. *Nix cadens.*

CUM CANDORE CADO.

In eum, cui nimius candor, & revelatio ſecretorum occaſio fuit cadendi è gratia ſui Principis.

* CCLXVII. *Nix ſemel ſolvenda.*

LUX UNA RESOLVET.

In mortem quæ nos reſolvet.

* CCLXVIII. *Nix omnium pedibus protrita.*

CANDIDA CALCOR.

In candidum animum, qui ubique hodie contemptui eſt, æſtimatis plus ſubdolis politicis.

* CCLXIX. *Nix ſub qua frumenta jam è terra prominentia latent, quæ in vere campos ridere facient.*

VERNI LATENT RISUS.

Sub rigore pœnitentiæ, latent æterna in cœlis gaudia.

Eadem

* CCLXX. *Eadem nix ſolvenda.*

IN RISUS DENIQUE SOLVAR.

Corpus hoc ſolvetur ad æterna gaudia, poſt mortem cum anima poſſidenda.

*CCLXXI. *Nix in aquam incidens mox liquefacta.*

UT CECIDI, UT PERII.

In eum, qui in peccato ſuo mortuus eſt, & ſuffocatus.

* CCLXXII. *Nix tepidiore aere defluens mox in terra reſoluta.*

RESOLUTA CADENDO.

In S. Petrum poſt lapſum flentem amarè.

* CCLXXIII. *Nix ab ortu ſuo rigida.*

MEUS EST AB ORIGINE RIGOR.

In S. Capucinorum Religionem. In eum, qui rigidus fuit, uti fuere multi ſancti, à pueritiâ.

* CCLXXIV. *Nix ex aquis ortum habens in iis etiam reſoluta.*

AUSTRIS AFFLATA RESOLVOR.

S Spiritus duriſſimos& erigidiſſimos animos,ad pœnitentiam reſolvere poteſt.

* ·CCLXXV. *Nix ad primos calores liquefacta.*

AD PRIMOS LIQUEFACTA CALORES.

Anima liquefacta, ad Spiritus Sancti ignem ei communicatum.

* CCLXXVI. *Nix abſcondens frumentum.*

CONTINET ABSCONSUM.

In ſpecies Euchariſticas, continentes frumentum electorum Chriſtum abſconſum.

* CCLXXVII. *Nix in nubibus rigeſcens.*

MIHI RIGOR AB ALTO EST.

In eum, qui inſpiratione divina rigidam vitam ducit.

ÇA-

CAPUT. XVI.

GRANDO.

* CCLXXVIII. *Grando ex pluviâ coagulata.*
EX GUTTA, GRANDO DEINDE FUI.
In lachrymas fictas, ad alterius interitum. In lachrymas fictas pœnitentiæ, convertendas in inferno in grandinem iræ divinæ.

* CCLXXIX. *Grando etiam humillimas herbas discindens.*
NEC AB HAC, SUNT TUTA PUSILLA.
In Herodem dum S. S. Innocentes pueros interfecit.

* CCLXXX. *Grando primo fruges feriens, inde cum resoluta est, eas fœcundans.*
FERIT, INDE FOECUNDAT.
In mortificationem feriendo, fœcundantem gratia divina &c.

* CCLXXXI. *Grando.*
DURATUR IN ALTO.
In eum, qui in dignitatibus, ad mala à Deo velut alter Pharao obduratur. Exemplo sit Henricus VIII. Rex Angliæ.

CAPUT XVII.

GLACIES.

* CCLXXXII. *Glacies non præmaturè incessu tentanda, ne rumpatur.*
REBUS NE FIDE CADUCIS.
In mundana caduca.

Gla-

* CCLXXXIII. *Glacies quamdiu frigus perseverat, tam diu & ejus vigor est, isto remisso, mox corrumpenda.*

A RIGORE VIGOR.

In Rigidus Ordines, qui maxime vigent.

* CCLXXXIV. *Glacies non tam cita incessu tentanda.*

VIDE SED CUI FIDE.

In fidem cautè proximo adhibendam.

* CCLXXXV. *Vitro ustorio ex glacie confecto, objectum proximum incensum.*

ARDET, NON ALGET AB ISTIS.

In S. Ignatium Lojolam, dum se media hyeme in frigidissimum fluvium injecisset, convertendi obscœni adolescentis causa.

* CCLXXXVI. *Glacies viam præstans.*

VIAM FECIT AQUIS.

In navigationes Confœderatorum statuum ad extremos orbis angulos.



CAPUT XVIII.

FULGUR ET FULMEN.

* CCLXXXVII. *Fulgur nube suos hospites discerpendo exiens.*

DISCERPENS EXIS.

In militarem licentiam & crudelitatem, de quo integrum discursum in Phrænoseam: habet D. Aretus

* CCLXXXVIII. *Fulmen templi turrim dejiciens.*

ET SUA TEMPLA FERIT.

In D. Deum, punientem acrius peccata Sacerdotum & Religiosorum. Ful-

* CCLXXXIX. *Fulmina dilapsa turbato cœlo.*

COELO NUNQUAM DILAPSA SERENO.

In pœnas irato cœlo pro peccatis noſtris inflictas.

* CCXC. *Auctor libri de natura Emblematum Fulmini inſcripſit.*

VEL SOLO LUMINE TERRET.

In præſentiam Regis ſolummodo conſpectam inimicis terrori futuram. In Chriſtum in ultimo judicio ſolo aſpectu territurum.

* CCXCI. *In Theſibus S. Stanislao Koſtkæ Pariſiis dedicatis, inſcriptum legi fulmini.*

OCCASUM ILLUSTRAT IN ORTU.

In gloriam ejuſdem Sancti, per orbem univerſum diffuſam.

* CCXCII. *Fulmen disruptâ nube à qua genitum eſt, micans.*

MATRIS STRAGE MICANT.

In filum qui in partu ſuo matri occaſio mortis fuit.

* CCXCIII. *Veredariorum pro Cæſ. Majeſtate Uratislaviæ Magiſter Clariſſimus Vir Joannes Sebaſtianus Peſchel, oſtenſurus Cæſarearum Poſtarum commoditatem, ad quævis loca ſeſe diffundentem, fulmini inſcripſit*

IN OMNEM TERRAM.

In immenſitatem Dei.

* CCXCIV. *Fulmina omnia tranſverſim ferientia.*

OMNIA TRANSVERSIM.

In iram, quæ ſemper noxia & minime recta eſt.

* CCXCV. *Author Colloquiorum Eugenii & Ariſtidis teſtatur ludo Anno 1612. in nuptiis Annæ Auſtriacæ ejus honori inſtituto, Comitem de Joinville fulmen abſque fragore pro ſymbolo habuiſſe, cum Hiſpanica inſcriptione.*

MAS DANOQUE RUYDO. *Id eſt.*

PLUS DAMNI, QUAM CLAMORIS.

In taciturnum & vindicativum.

* CCXCVI.

* CCXCVI. *Fulguris ignis celerrime micans.*
FULGENS, LIBER, AGILIS. *Ex Hym.*
In dotem claritatis, & agilitatis.
* CCXCVII. *Fulmen innoxie dilapſum.*
NON UT FERIAT SED UT TERREAT.
In Concionatorem detonantem pœnas divinas. In D. Deum comminantem ſuas pœnas.
* CCXCVIII. *Fulmen nigra è nube progenitum.*
OBSCURI PATRIS, NOXIA PROGENIES.
In Tyrannum militem, obſcuræ parentelæ.
* CCXCIX. *Fulmen.*
FERIENT, QUOCUNQUE FERENTUR.
In militarem licentiam. In paſſiones noſtras noxias.
* CCC. *Fulmen poſt multa murmura egrediens.*
PER TOT MEA MURMURA FULMEN.
In murmuratorem demum noxium.
* CCCI. *Fulmen omnia illuſtrans.*
COELESTES ILLUSTRANT OMNIA FLAMMÆ. *Claud.*
In gratias actuales, quæ *Lumina* Theologi vocant.
* CCCII. *In Sacriſtia S. Joannis Varſaviæ, fulmini, ingentes arbores diſcutienti, parcenti autem puſillis floribus, inſcriptum Legi.*
SUNT OMNIA TUTA PUSILLIS.
In humilitatem, omnibus amabilem & tutam.
* CCCIII. *Fulmen, jamjam feriturum.*
QUO NON PUTATIS.
In clandeſtina Conſilia & expeditiones bellicas.
* CCCIV. *Fulmen, cuneum ſuum fulmineum è terreis exhalationibus concretum, in terram remittens.*
IN HOS QUI TELA DEDERE.

Ira, seu vindicta proprio domino nocens. In consilia in caput consulentis sæpe torquenda.

* CCCV. *Fulgur nullibi horribilius apparens, quam in mari, obstaculis omnibus oculo remotis quo latius appareat.*

IMMENSI TREMOR OCEANI.

In Admiralium Classis bellicæ.

Vidi in Epitaphio Admiralii de Ruyter Amstelodami, eidem hoc inscriptum.

* CCCVI. *Jacobus Bruck fulmini in pulvinare innoxie incidenti inscripsit.*

IGNOSCERE PULCHRUM. *Claud.*

In remissionem injuriarum. In clementiam.

* CCCVII. *Fulmini aliquando (nescio ubi) inscriptum legi.*

COELUM ARMA MINISTRAT.

In pœnas imminentes improbis. In D. Deum qui bonos Prælatos non deserit sed eorum discolos subditos vindicare novit.

* CCCVIII *Fulmen momento turrim dejiciens.*

BREVIBUS PEREUNT INGENTIA FATIS.

Claud. in Ruff.

In pœnas improvisas a Deo illatas.

* CCCIX. *Idem qui supra Veredariorum Magister exhibiturus in symbolo Postæ Cæsareæ celeritatem fulmini inscripsit.*

CELERITATI NEMINI.

In dotem etiam agilitatis sanctorum. In ministrum agilem.

* CCCX. *Fulmina sæpe innoxia.*

NIHIL ISTA NOCEBUNT.

Lucanus Lib. 8.

In Minas concionatorum innoxias, sed tamen animæ terrori futuras ad suam conversionem.

* CCCXI. *Fulmen, post ingentem fragorem innoxie decidens.*

MUL-

MULTUM CLAMORIS, NIHIL DAMNI.

In minas Thrasonicas.

* CCCXII. *Fulmen præmittens pluviam, antequam feriat.*

PRÆMISIT LACHRIMAS DAMNO.

In D. Deum, mœstum antequam feriat. In superiorem similiter talem.

* CCCXIII. *Fulmen altissima quæque feriens sibique vicina.*

VICINA DOMANDO.

In vicinam noxiam cujusdam Tyranni.

CAPUT XIX.

IRIS.

* CCCXIV. *Iris in aere pendens, pacis signum.*

PAX PENDET AB ÆTHRE.

In pacem, quæ est donum cœli. Item in pacem conscientiæ quæ est donum S. Spiritus.

* CCCXV. *In Generalis Mareschalci Turenii apparatu funebri, exprimendo universæ Galliæ luctui, in tanti Ducis obitu, Iris exhibita fuit, cum Lemmate.*

DESINIT IN LACHRIMAS.

In gaudia mundi, quorum extrema luctus occupat.

* CCCXVI. P. *Bisselius, in frontispicio Ruinarum suarum illustrium, Iridem, in speculo exhibuit cum Lemmate.*

VARIETATE ET VERITATE.

In Historicum, & Concionatorem, cujus est veritate & varietate Auditorum & lectorum animos pascere & delectare.

* CCCXVII. *P. Masenius, Iridis arcui inscribit.*

TENDITUR. UT PARCAT.

In Beat. Virginem, quam idem Masenius arcui comparans, de ea sic loquitur: Hic ut parcat Deus, tenditur. &c.



* CCCXVIII. *Iris speciosa.*

SPECIOSUS FORMA.

In Christum, *Speciosum formâ, præ filiis hominum* Item in B. M. Virginem. Quæ est *super omnes speciosa.*

* CCCXIX. *Iris una e solis luce tot colores formans.*

TOT AB UNA LUCE COLORES.

In

In adulatorem.

* CCCXX. *Iris cujus arcus in cœlum ſemper tenditur.*

FIGIT AMICOS.

In orationem, quam in ſanctos defigimus.

* CCCXXI. *Iridi P. Maſenius inſcripſit.*

DECOR VANESCENS.

In omnem mundi pulchritudinem.

* CCCXXII. *P. Buſſieres Soc. Jeſu P. blivæ opus vertens Iridis arcui inſcripſit.*

NON FERIT.

In minas innoxias. In indolem manſuetam.

* CCCXXIII. *Iris reconciliationis divinæ ſi num ſimul formam arcus, quod inſtrumentum militare eſt, habens.*

SE MEDIA, CLEMENTIA MONSTRAT IN IRA.

In clementiam Dei, quæ etiam in Juſtitia & ira ejus ſemper relucet. In clementem Principem.

* CCCXXIV. *Iris ſignum reconciliationis fictis coloribus exhibens.*

PARCERE FINGIT. *Claud. de Conſ. Hon.*

In fictam reconciliationem.

* CCCXXV. *Iris formam dimidiatæ coronæ habens in nube rorida ſeu lachrymabunda.*

CORONANT LACHRIMÆ.

In lachrymas pœnitentiæ.

* CCCXXVI. *Coronæ iridis ſegmentum à terra interceptum.*

MINUIT HANC TERRA CORONAM.

Corona cœleſtis ab effectu ad terrena nobis minuitur.

* CCCXXVII. *Iridis corona ficta.*

FICTAM FERT ILLE CORONAM.

In ſpineam Chriſti coronam, fictam ad illuden-

dum Christo, tanquam ficto Judæorum Regi. In eam Coronam quam Fridericus Palatinus assumpserat à Bohemis.

* CCCVIII. *Iris formam arcus, absque spiculo habens.*

ARCUS, SED SPICULA NULLA.

In orationem frigidam, qua cœlum non pulsatur.

* CCCXXIX. *Iris cujus colores adhuc crescunt.*

SUA PER MENDACIA CRESCIT.

Ovid. Met

In eum qui falsitatibus suis promovetur.

* CCCXXX. *Iris speciosa, forma arcus minas intentans.*

MINIS SUA GAUDIA MISCET.

In mundum, qui gaudiis suis, minatur animæ excidium.

* CCCXXXI *Iris formam arcus sine nervo habens.*

NERVUS ABEST.

In orationem frigidam In Exercitum sine rerum gerendarum nervo, pecunia.

* CCCXXXII. *Iris formam arcus in cœlum directi habens.*

HUIC COELUM SCOPUS EST.

In bonam intentionem. In militem pro Deo & Ecclesia militantem.

* CCCXXXIII. *Iris signum reconciliationis divinæ.*

PAX OMNIS IN ILLA EST.

In B. Virginem, utero ferentem Christum Dominum, qui est pax nostra. In quietam conscientiam.

* CCCXXXIV. *Iris a sole fictis coloribus descripta.*

FICTUM SOLIS OPUS.

In retorsionem cujusdam Symboli Gallici quo ejus auctor Pacem Neomagensem Regi suo soli, isto lemmate adscribebat.

SO-

SOLIS OPUS.

Congruenter illi, quod arcui Triumphali Ao 1679. eidem Ludovico inſcribebatur:

PACE TANDEM QUA VOLUIT LEGE SANCITA.

Ad iſtam enim pacem orbi dandam minus non Invictiſſimus Imperator Leopoldus cum ſuis Confœderatis contribuit; ut proinde qui ſoli gallico totam ipſam adſcripſerit, merito pro Reſponſo habeat hoc lemma præfatum FICTUM SOLIS OPUS.

* CCCXXXV. *P. Lyræus, Iridi ex adverſo ſolis occidentis formatæ, inſcribit.*

OCCIDUO, TRAHIT HOS A SOLE COLORES.

In animam Chriſto patienti & morienti compatientem.

* CCCXXXVI. *Iridi in forma arcus absque telo.*

MORTALIS NESCIA TELI. *Claud.*

In S. Thereſiam telo Angelico confixam. in clementem Principem.

* CCCXXXVII. *Iris duplici colore purpureo formata.*

PURPURA DAT REPETITA DECUS.

In Martyrem & Cardinalem, qualis fuit Joannes Fiſcherus Roffenſis Epiſcopus.

* CCCXXXVIII. *Iris.*

LUX JUNCTA DECORI.

In virtutes, in honorum luce ſplendentes. In doctrinæ lucem, ſpecioſo in corpore fulgentem.

* CCCXXXIX. *Iris in ſpecie arcus ſemper minas intentans, nunquam feriens.*

SEMPER MINATUR NUNQUAM FERIT.

In Principem ſolis minis coercentem ſuos.

CCCCXI. *Iris in forma arcus ſpecioſa.*

NITET, UNDE MINATUR.

In commendationem ejus Principis, qui ſolas minas, nunquam pœnas intentat.

* CCCXLI. *Iris à ſole elevato formata.*

ELATO, FERT HUNC A SOLE DECOREM.

In decorem Thomiſticæ ſcholæ, quam habet à S. Thoma, inter Sanctos relato. In Eccleſiam quæ a ſponſo ſuo Chriſto in cœlum elevato decorem ſuum habens, ſine ruga & macula eſt.

* CCCXLII. *Iris ſpecioſa in arcus forma.*

JUNCTA ARMA DECORI.

In decorum & elegantem exercitum.

* CCCXLIII. *Iridi à ſole formatæ P. Nieszpowkowiz inſcribit.*

PULCHRO QUAM PULCHRA PARENTE.

In S. Joachimum, & Annam, parentes B. Virginis Mariæ.

* CCCXLIV. *Iris à ſole in atra nube deſcripta, in apparatu funebri Electricis Saxoniæ inſcripta fuit.*

ILLUSTRAT ET EXHILARAT.

In gratiam, quâ obſcura anima ſimul illuſtratur & exhilaratur.

* CCCXLV. *Iris fictis coloribus placens.*

DECIPIT UNDE PLACET.

In mundi voluptates quæ alliciunt & decipiunt.

CCCXLVI. *Ab oriente & occidente ſole, quando maximus eſt, minimæ Irides formatæ.*

A MAGNO MINIMA.

In ſuperbiam qua in oculis noſtris magni minimi reddimur in oculis Dei.

* CCCXLVII. *A meridiano ſole quando minimus ſpectatur maxima Iris formata.*

MAXIMA A MINIMO.

In B. Virginem quæ maxima fuit, quod ſe minimam & Ancillam Domini fecerit.

CA-



CAUPT XX.

COMETA.

* CCCXLVIII. *Cometa brevi disparens.*

INVISA NEMO IMPERIA RETINUIT DIU.
In Tyrannum.

* CCCXLIX. *Cometa.*

MULTOS EXTERRUIT ISTE.
In eundem. In cereum mortualem nobis præbendum in agone.

* CCCL. *Cometa publicorum funerum prænuncius.*
IN PUBLICA FUNERA SPLENDET.
In Tyrannum.
* CCCLI. *Cometæ P. Masenius inscribit.*
LUX TRISTIOR UMBRIS.
In gloriam mundanam.
* CCCLII. *Cometa.*
CRINE TIMENDUS.
In Virginem quæ formato capillitio scit allicere ad mala juventutem.
* CCCLIII. *Cometa.*
ALIOS TERRENDO VANESCO.
In Prælatum, cujus æstimatio continuis minis & terroribus apud subditos evanescebat.
CCCLIV. *Cometa.*
PRODIGIALE, RUBENS *Claud. De Rap. Pros.*
In Tyrannum interfectorem innocentis sanguinis.
* CCCLV. *Cometa disparens.*
VITAM NON PROROGAT ARDOR.
In Zelosi Concionatoris mortem, è cathedra denuntiantis pœnas peccatoribus constitutas.
* CCCLVI *Cometa ardens.*
TERRET, ET ARDET.
In militiam eorum, qui in Germania magnæ generositatis specimen dedisse se putabant, quando nil præter incendiarios civitatum & pagorum agebant.
* CCCLVII *Cometa.*
NERUITQUE TIMERI. *Lucanus l. 5.*
In Comminationes pœnarum divinarum.
* CCCLVIII. *Idem.*
POENAS NUNTIAT, NON INFERT.
Concionatorem
* CCCLIX. *Idem.*
MENTIRI STELLAM DIDICIT.

In

In eum qui se Doctorum finxerat. In Hæresiarcham.

* CCCLX. *Idem.*

TERRET ELATUS.

In Principem severum.

* CCCLXI. *Commeta instar stellæ cœlo fixæ, apparens.*

FIXUM SE FINGIT OLYMPO.

In Hypocritam orbi simulantem mentem semper in Deum elevatam.

* CCCLXII. *Cometæ bellorum & similium pœnarum prænuntii.*

SINE CÆDE, ET SANGUINE PAUCI.

In Tyrannorum mortem, infelicem. Audi Poetam:

Ad generum Cereris, sine CÆDE ET SANGUINE PAUCI
Descendunt Reges, & sicca morte tyranni.

CAPUT XXI.

VENTUS.

* CCCLXIII. *Ventus in mediis caloribus.*

TEMPERAT ÆSTUM vel IN ÆSTU TEMPERIES.

In Spiritum Sanctum.

* CCCLXIV. *P. Coret vento in ardentem facem spiranti, inscripsit.*

CUM VOLO RESTINGUO.

In potentiam S. Catharinæ Suecæ, in restinguendis ignibus. In S. Agatham eodem ex capite. In hominem castum, qui libidinis faces sibi admotas, quam celerrimè extinguere novit.

* CCCLXV. *P. Masenius vento inscripsit.*

MA-

MAGNA RAPIT, PARVA OBRUIT.

In ambitiosos, qui dum pares impetunt, per illorum ruinam, subjectos etiam evertunt.

* CCCLXVI. *Ventus calidior nivem resolvens.*

ASPIRASSE SAT EST.

In Spiritum Sanctum, qui divinæ gratiæ suæ spiraculo, rigidissimos peccatores etiam resolvere potest.

* CCCLXVII. *Abbas Thesaurus ventis inscripsit.*

PERFLANT ALTISSIMA.

In persecutiones quibus etiam summæ dignitates liberæ non sunt.

* CCCLXVIII. *Venti aerem expurgantes.*

QUEM FERIUNT PURGANT.

In pœnas & tribulationes à Deo nobis immissas, expurgandis peccatis nostris.

* CCCLXIX. *Venti inter sese digladiantes.*

FACILES IN JURGIA FRATRES.

In raritatem fraterni amoris.

* CCCLXX. *Venti etiam adversi ita à nautis excepti, ut lateraliter provehant.*

ET ADVERSI PROVEHUNT.

In adversitates quibus provehimur ad salutem nostram.

* CCCLXXI. *Causa ventorum hactenus incognita*

Qui producit ventos de thesauris suis.

Psalm. 134.

CAUSA LATET.

In gratias Spiritus Sancti spirantes ubi vult, ex causis sibi soli cognitis.

* CCCLXXII. *Venti è sua stabili sede semper spirantes.*

SEMPER UNDE AC SEMPER EODEM.

In hominem semper in suo agendi modo constantem.

* CCCLXXIII. *Venti semper ad stabilem locum è sua sede spirantes.*

QUO

QUO NOS RAPIT, INSITA VIRTUS.

In generoſum militarem animum conſtanter in hoſtes ferri ſolitum.

* CCCLXXIV. *In Sacriſtia R. R. P. P. Auguſtinianorum Varſaviæ, vento ex humili ſpiranti inſcriptum legi illud Horatii.*

EX HUMILI POTENS.

In potentiam humilitatis apud Deum.

* CCCLXXV. *Ventus fluctus elevans & ad ſcopulum allidens.*

QUOS LEVAT ALLIDIT.

Ingenium mundi eſt, eos quos elevavit, allidere ad ſcopulos æternæ damnationis.

* CCCLXXVI. *Idem.*

FRANGIT QUOS LEVAT.

Idem.

* CCCLXXVII. *Ventus arundines aliquot agitans.*

HINC TREPIDANT HUMILES.

Claud.

In timores eorum, qui ſupprimuntur à ſuperiobus.

In abjectum animum ad adverſa quævis trepidantem.

* CCCLXXVIII. *Venti terra marique flantes.*

TERRA PELAGOQUE FERUNTUR.

In Rempublicam Fœderatorum ſtatuum, Hollandiæ, terra marique mercimoniis ſuis celebrem.

* CCCLXXIX. *Auſtralis ventus omnium ſuaviſſimus.*

SUAVIS, QUI SPIRAT AB AUSTRIS.

In domus Auſtriacæ clementiam.

* CCCLXXX. *Generalis quidam Suecus, in convivio quodam, repræſentaturus ſpem pacis proximam tres è monte ventos flantes formavit. pro Cæſare Eurum Aquilonem, pro Suecis, & pro Gallis Auſtrum, hoc cum lemmate.*

IN

IN PACEM CONSPIRANT UNDIQUE.

In inſpirationes Spiritus Sancti, pacem conſcientiæ adferentes.

* CCCLXXXI. *Venti in mari ſævientes & navem nihilominus provehentes.*

SERVIUNT DUM SÆVIUNT.

In adverſitates in nos ſævientes.

* CCCLXXXII. *Ænigma magis fit quam Symbolum, id quod ſequitur. Expreſſurum lepidum ingenium, perverſos regni cujuſdam mores, in quo Epiſcopatus aliaque officia plus offerenti conferebantur, infulas, pulvinaria ſenatorum, aliorumque officiorum inſignia, depinxit menſæ impoſita, ab uno latere ſolem, ab altero ventos, aliquot addendo, una cum verbo DABUNTUR ænigmatis explicatio erat.*

SOLVENTI DABUNTUR.

In perverſos hodiernos mores, quibus officia bene meritis raro, ſed bene nummatis conferuntur.

* CCCLXXXIII. *Plures venti inter ſe conflictantes.*

ANIMIS DISCORDIBUS ISTÆ *Virg.*

In diſcordiam cujuſdam familiæ.

* CCCLXXXIV. *Auſter ventorum mitiſſimus.*

FELIX CUI LENITER AFFLAT.

In Spiritus Sancti inſpirationes.

* CCCLXXXV. *Venti ſecundi, navem provehentes.*

SECUNDIS SUAVIUS ITUR.

In proſperitatem omnibus expetitam.

* CCCLXXXVI. *Ventus clauſuræ omnis impatiens.*

NESCIUS INCLUDI.

In Religioſum clauſuræ impatientem.

* CCCLXXXVII. *Ventus incluſus turbulentius exiens.*

DE CARCERE SÆVIOR EXIT.

In eum qui poſt carceres toleratos, terribiliorem belli Ducem agit.

* CCCLXXXVIII. *Ventus incluſus intra terræ viſcera terræ motum generans.*

ORBIS TREMOREM PEPERI.

In

In Augustissimam Matrem Leopoldi I. Rom. Imperatoris qui orbis Turcici Tremor fuit & Gallici.

* CCCLXXXIX. *Ventos dignoscere solum in re nauticâ expertorum est.*

ARTIS DIGNOSCERE.

Ars artium est, dignoscere inter Spiritus an boni, an mali sint. *Probate Spiritus.*

* CCCXC. *Ventus vela nautica implendo navim promovet.*

VACUOS IMPLENDO,

Spiritus Sanctus, Donis suis nos implendo, promovet ad perfectionem.

CAPUT XXII.

AQUA BULLÆ.

* CCCXCI. *Bullis e spiritu oris formatis lemma.*

EMITTES SPIRITUM TUUM ET CREABUNTUR.

In Spiritum Sanctum.

* CCCXCII. *Placido aquarum lacui injectus lapis, multos circulos ad instar Coronarum formans.*

ICTUS UNUS, MULTÆ CORONÆ.

In eum ictum quo Martyr decressionem cervicis suæ toleravit.

* CCCXCIII. *Idem lapis, multos orbes describens.*

NOVUS ORBIS AB ORBE.

In hoc orbe, continuo novæ revolutiones.

* CCCXCIV. *P. Martinus Bresterus in eo quod de conscientia orbi edidit opere, eidem rei lemma inscribit.*

SCRUPO CONTUNDITUR UNO.

In Conscientiam scrupulosam.

P. Co-

* CCCXCV. P. *Coret Cataractæ, quæ ingentem aquarum impetum ne defluat, sustinet, inscripsit.*

FRENO REBELLES.

Ad exprimendum S. Catharinæ Suecæ in aquas dominium.



* CCCXCVI. *Antonius Burgundia in Lapide Lydio vanitatis mundi, fluenti aquæ inscribit.*

PRIUS FLUIT, QUAM FUIT.

In fluxa gaudia hujus mundi, qui præterit.

* CCCXCVII. *Idem Burgundia in Libello de vitiis & remediis Linguæ, Cataractæ ab ingenti aquarum impetu ruptæ inscribit.*

DA-

DATE LOCUM IRÆ.

Iracundis cedendum, dum eorum ira differbuerit.

* CCCXCVIII. *Bullæ aliquot.*

SI TANGAS, FRANGAS.

In castitatem.

* CCCXCIX. *In aquæ fundo nummus major apparens.*

IN FUNDO VERITAS.

In humilitate profunda, veritatem scrutamur exiguitatis & nihili nostri.

* CD. *Aliquot curvæ, gibbosæ, aridæ & informes arbores ex adverso aquæ resplendentes.*

EX ADVERSO INIQUITATES EORUM. *Sap.* 4.

In peccatores, quibus conscientia urgente semper sua peccata adversantur.

* CDI. *Orbiculari lapidi in aqua plures orbes describenti Lemma.*

UNO TOT AB ORBE ERRORES.

Orbis erroribus & peccatis plenus est.

* CDII. *P. Engelgrave bullæ inscribit,*

JOVIS OMNIA PLENA.

In præsentiam Dei ubicunque existentem.

* CDIII. *Effusæ ex vase aliquo integræ aquarum copiæ, Lemma.*

NON NISI IMMUNDA.

In dimissionem è Societate Jesu, de qua Proverbium Jesuitas aquam mundam effundere non solere. Congruit huic rei ex Programmate SOCIETAS JESU. hoc anagramma VITIOSA SECES.

* CDIV. *Ingenti aquarum copiæ cataractis atque aggeribus frenatæ, Thesaurus inscribit.*

SENSIM PRUDENTIA SISTIT.

In lenta consilia à prudentia suggesta.

* CDV. *Speciosæ Bullæ apud Bornitium inscribitur.*

EST, ET NON EST.

In vitam ac honores mox disparentes.

* CDVI. *R splendentes in aqua ex adverso arbores aliquot.*

NIL SUNT, QUÆ ADVERSA VIDENTUR.

In adversitates non nimium æstimandas.

* CDVII. *Idem.*

INFRA PEDES ADVERSA MANENT.

In adversitates contemnendas.

* CDVIII. *Bullæ aliquot statim disparentes.*

TANQUAM NON FUERIMUS. *Sap.* 2.

In mundi gaudia.

* CDIX. *Bullæ à genii Spiritu inflatæ.*

INGRESSUS EST IN ME SPIRITUS. *Ezech.* 3.

In Spiritum Sanctum animam ingredientem.

* CDX. *Aquæ continua quiete, lentes atque alias sordes, ac putredirem corripientes.*

MOTU CLARIOR.

In adversitates, quæ nos sæpe clariores reddunt. In vitam activam.

* CDXI. *Genius ex aquâ eidemque mixtis cineribus, bullas inflans speciosissimas, in gnomoglyphicis Konigmarchianis inscribitur.*

FAMA POST CINERES MAJOR.

In famam prius subsequi post mortem solitam.

* CDXII. *Bullæ mox disparentes.*

NASCENTES MORIMUR.

In brevem vitam nostram.

* CDXIII *Virgo de la Vigne expressura intensissimos quos patiebatur calculi dolores, sibi coronam apud Deum allaturos, lapidem in fontano cratore plures circulos describentem, exhibuit. cum Lemmate.*

FERISCA, PURCHE CORONI. *id est.* FERIAT DUM CORONET.

Feriant nos dolores, adversitates, &c. dummodo coronam nobis forment apud Deum.

* CDXIV. *Lapis aquæ injectus plures circulos formans, cujus ultimus semper priore major est.*

NOVISSIMUS ERROR PEJOR PRIORE.

In peccatorum mortalium gravitatem, quorum ultimum (cœteris paribus) semper majus est, ob majorem ingratitudinem.

* CDXV. *P. Coret bullas duas formans, eisdem inscribit.*

INTACTÆ, MANEBUNT.

In castum conjugium, S. Catharinæ Suecæ.

* CDXVI. *Lapis quo altiori è spatio in aquam incidet, quo plures coronas describet.*

PLURES LAPSU GRAVIORE CORONÆ.

In lapsum S. M. Magdalenæ, per pœnitentiam dilutum, plures ei in cœlo coronas parientem.

* CDXVII. *Aquæ cataractam rumpentes.*

OBSTANTIA RUMPERE CLAUSTRA *Horat.*

In difficultates perrumpendas.

* CDXVIII. *Aqua remum invertere visa.*

INVERTO RECTOS.

In malam societatem.

* CDXIX. *Aqua ex monte in humilem vallem defluens, ibidemque quiescens.*

QUIESCIT IN HUMILI.

In humilitatem, in qua vera animæ quies. *Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris.*

* CDXX. *Lapis qui aquam feriit, in intimâ fundi parte subsistens.*

QUI ME FERIT, INTIMUS ILLE EST.

In proditorem Judam.

In S. Barbaram à proprio parente trucidatam.

* CDXXI. *Aqua objectum quod ei injicitur augens.*

QUOS ACCIPIT AUGET.

In Religionem, quæ majores in perfectione reddit, eos quos accipit.

* CDXXII. *Aqua à fundo vitium & ejus proprietates assumens.*

A FUNDO VITIUM.

In filios vitia parentum imitantes

* CDXXIII. *Idem.*

A FUNDO VIRTUTEM.

In filios virtutes parentum imitantes.

* CDXXIV. *Aqua.*

LIMPIDA CUM PLACIDA.

Conſcientia pura eſt, cum manſueta.

* CDXXV. *Aqua.*

TURBIDA CUM TURBULENTA.

In turbulentum.

* CDXXVI. *Aqua manus abluens.*

ALIOS MUNDO, ME MACULO.

In Confeſſarium, cui exceptio Confeſſionum cedit in peccatum.

* CDXXV I. *Lapis, aquæ injectus; multos circulos adinſtar Nollarum efformans.*

FERIRI, NIHIL EST.

In contemptum adverſitatum.

* CDXXV II. *Aqua, lapide injecto turbidà.*

AB ICTU TURBIDA.

In animum impatienter ferentem adverſa.

* CDXXIX. *Cataracta aquam ſiſtens.*

LEGEM AQUIS NE TRANSIRENT.

In moderationem lachrymarum.

* CDXXX. *Aqua turbata ſubſidens.*

TURBATA SUBSIDET.

In commotam conſcientiam, & Rempublicam pacandam.

* CDXXXI. *Lapis aquam feriens ſed mox merſus.*

FERIT, SED MERGITUR.

In eos, qui alios exagitant hoc in ſæculo, demum in inferno mergendi.

A

CDXXXII. *A lapide in aquam injecto primus circulus seu nolla, sequentium omnium auctor.*

AB UNO NIHILO MULTA.

In opera nostra, quæ de se spectata nil sunt, nisi meritis Christi meritoria fiant.

* CDXXXIII. *Aqua gravia sorbens.*

GRAVIA SORBET.

In ingenium, graves difficultates penetrans.

In eum qui gravia tacite perpessus est.

* CDXXXIV. *Aqua calida.*

AD PRISTINA FRIGORA RURSUM.

In eum, qui ad pristinum animæ frigus redit, postquam aliquo tempore Deum ferventer amaverat.

* CDXXXV. *Aqua.*

GRAVIORA DEORSUM.

In peccata mortalia, quæ in inferno punienda merguntur.

* CDXXXVI. *Aqua leviora non mergens.*

LEVES SURSUM.

In eos, qui meritis leves, semper sursum levari in honoribus quærunt.

* CDXXXVII. *Aqua acidula fontis Antoniani, Confluentinam, & Andernacensem Urbes inter, in deliciis habita.*

ACIDA DELECTAT.

In eum, qui acrimonia mortificationum delectatur.

* CDXXXVIII. *Aquam si alteram affuderis continuo motu isto turbari necesse est.*

MUNERE TURBATUR.

In bonum Judicem, munerum aspernatorem.

* CDXXXIX. *Aqua congelata, multam iis delectationem præstat, qui trabis eam obambulant.*

RIGIDA DELECTAT.

In amatorem Religiosi Rigoris.

* CDXL. *Aqua congelata eos quos, servat, pisces emori faciens.*

NECAT, QUOS RIGIDA SERVAT.

In nimium rigorem, quo sæpe optimi indurantur, & quo ad animam suffocantur.

* CDXLI. *Aqua terram irrigans non autem mundans.*

IRRIGAT, HAUD MUNDAT.

In D. Deum peccatorem multis gratiarum donis irrigantem, nihilominus tamen inde conversum.

* CDXLII. *Aqua congelata.*

FRIGIDA ET RIGIDA.

In hypocritam vel peccatorem, mortificationes nonnullas exteriores habentem.

* CDXLIII. *Aqua congelata.*

QUIETA CUM RIGIDA.

In conscientiam sibi rigidam, ordinariè etiam quietam.

* CDXLIV. *Aqua congelata metu vacui minime ascendens.*

NON HORRET INANE RIGIDA.

In rigidum Religiosum, qui non horret infimum statum.

* CDXLV. *Aqua congelata, nil submergens.*

NIL RIGIDA MERGIT.

In Religiones Rigidas, quas suos omnes transcribere cœlo, & nullum in infernum mergere, verosimile est.

* CDXLVI. *Aqua congelata nil intra se admittens.*

NIL RIGIDA ADMITTIT.

In Judicem incorruptibilem. In obstinatum animum, nulla consilia admittentem.

* CDXLVII. *Aqua ex humili nunquam in altiores fontes deducenda.*

EX HUMILI NON EFFERAR UNQUAM

In humilem, ad superbiam nunquam efferendum.

In eum qui se deplorat ex inferiore suâ conditione nunquam efferendum.

* CDXLVIII. *Constat aquam rotis adactam etiam ex humili in altum elevari.*

SUR-

SURGIT ADACTA.

In eum, quem ad honores cogere oportuit, uti fuit Cardinalis Bellarminus, & ſimiles.

* CDXLIX. *Aqua, in profundo detenta in antliâ, per exhauſtum exinde aerem aliquando in altum ſurrectura.*

ALIQUANDO ENITAR.

In animum, firmam ſpem ſuæ beatitudinis in alterâ vitâ, vel promotionis in hac concipientem.

* CDL. *Aqua, antliæ ſuperfuſione alterius aquæ, ad orificium antliæ evocata.*

ENITAR DONIS.

In eum, qui muneribus ſuam promotionem quæſiturus eſt.

* CDLI. *Aqua in antliâ metu Vacui aſſurgens.*

METU VACUI.

In eum, qui in ſanctitate ſtudet proficere, ne in judicio Dei reperiatur vacuus fuiſſe in bonis operibus. In eum, qui honores affectat, exinde divitias ſperans.

* CDLII. *Aqua in alto fluida.*

NON FLUIT IN HUMILI.

In liberalitatem, quæ humili ſtatui vix conjuncta eſſe poteſt.

* CDLIII. *Aqua rigida non fluens.*

SIBI RIGIDA CONSTAT.

In conſtantem rigorem, & mortificationem.

* CDLIV. *Aqua congelata, inepta u. N rciſſus quidam ſe ſpeculetur.*

HINC PROCUL NARCISSI.

Ab omni rigore, multum abſunt delicati & molles Narciſſuli.

* CDLV. *Aqua congelata nullam ut fluida imaginem ſervans.*

NON SERVAT RIGIDA FORMAM.

Avarus, minime ſe ſimilem facit Creatori ſuo, qui ipſa bonitas & liberalitas eſt.

* CDLVI. *Aqua in antliâ evacuato ſpiritu aſſurgens.*

EVACUATO SPIRITU.

Ita evacuato in nobis Spiritu Sancto, elevatur inſipiens cor noſtrum per peccata contra Deum.

* CDLVII. *Aqua per tempeſtates turbata.*

TURBATA LEVABOR.

In eum qui ſeditione populi ad dignitates elevatur.

* CDLVIII. *Aquæ fluctus.*

ELEVATI SUNT AD MODICUM.

In impios. *Vidi impium elevatum ſicut cedros Libani, & tranſivi, & ecce non erat.* Pſal. 36.

* CDLIX. *Aqua gelida, minime quo volueris ductilis*

NON SEQUITUR GELIDA.

In obſtinatum & minus ductilem animum.

* CDLX. *Aqua arbores domos & inverſa monſtrans.*

INVERSA MONSTRAT

In Hæreticum, vel quemque falſum Doctorem.

* CDLXI. *Aqua ſempe profundum petens.*

PROFUNDA DELECTANT.

In eum qui humilitati ſtudet. In eum qui profundis ſcientiis imbutus eſt.

* CDLXII. *Aqua molendinum verſans.*

VERSAT, NON FATIGAT.

In adverſitates, quibus juſti verſantur quidem, at non fatigantur.

* CDLXIII. *Congelata aqua nuper ex alto præceps.*

NUNQUAM FIT RIGIDA PRÆCEPS.

Rigores nos à lapſu ſervant.

* CDLXIV. *Congelata cum vaſis.*

SE RIGIDA, NULLI ACCOMMODAT.

In hominem auſterum nulli ſeſe ſcienter accommodare.

* CDLXV. *Aqua in profundis vallibus, vel puteis frigida.*

IN

IN HUMILI FRIGET.

Ignes luxuriæ, mox frigebunt, si humilitatis & nihili humani memor, recordatus fueris, amplexari te stercora.

CAPUT XXIII.

AQUÆ DISTILLATÆ.

* CDLXVI. *Aliquot aquis distillatis pretiosis, ex cinnamomo, charyophyllis, Nucibus Moschatis ac similibus aliis, adjecto ut Pharmacopolæ vocant corpore mortuo eorum aromatum, ex quo distillatæ fuerant; inscripsi.*

HINC ILLÆ LACHRIMÆ. *Horat.*

In eum, qui pretiosis suis, auro, argento, bibliothecâ aliisque prodigaliter decoctis serâ pœnitentiâ ducebatur.

* CDLXVII. *Aquæ distillatæ florum odorem ex quibus distillatæ sunt perfectè servantes.*

FLORIS SERVABIT ODOREM.

Fama juventutis semper hæret.

* CDLXVIII. *Aquæ distailitæ.*

EXPRIMIT HAS IGNIS.

In Contritionem, cujus lachrymas exprimit amor Dei, super omnia dilecti.

* CDLXIX. *Aquæ distillatæ quo antiquiores, eo fragrantiores.*

FRAGRANT AB ANNIS.

In bonam famam, per multos annos quæsitam.

* CDLXX. *Aquæ è floribus distillatæ.*

PULCHRO VENIENS E CORPORE VIRTUS.

Virg. Æneid.

In laudem virginitatis. In miracula per reliquias sanctæ cujusdam Virginis.

* CDLXXI. *Idem.*

QUALES FLORES, TALES LACHRIMÆ.

Qualia gaudia fuere, tales ex post pœnæ.

* CDLXXII. *Aquæ distillatæ in pharmacopolio in vitris sub aureis titulis asservatæ.*

ET HONOR EST LACHRIMIS. *Ovid.* Met.

In commendationem lachrymarum pœnitentiæ.

* CDLXXIII. *Aqua seu spiritus vitæ.*

SPIRITUS EST, QUI VIVIFICAT.

In Spiritum Sanctum, à quo per gratiam omnis vita nostra spiritualis procedit.

CAPUT XXIV.

MARE.

* CDLXXIV. M*are dans uniones, corallia, advehens merces &c. à Schonhard inscribitur.*

FERT TALIA ABUNDE.

In B. V. Mariam, cujus beneficio omnia à Deo dona habemus.

* CDLXXV. M*are ultra littora sua non egressurum.*

QUOS ULTRA, CITRAQUE NEQUIT.

In potestatem hominum limitatam, neque nocituros sine facultate à Deo illis factâ. In annos breves homini à Deo præfinitos.

* CDLXXVI. M*are dulces fluviorum aquas in salsus convertens*

IN AMARA, DULCIA VERTIT.

In temeraria Judicia, quibus bonas proximi actiones in mala vertimus.

* CDLXXVII. M*are salsas suas aquas, per subterraneos meatus impellendo, easdem in dulces vertit, ac inde fontes subministrat.*

IN DULCIA VERTIT AMARA.


In

In eum qui ſiniſtras proximi actiones judicio ſuo in bonas transvertit. In eum, qui reconciliat inimicos.

* CDLXXVIII. *P. Maſenius mari inſcribit.*

MAGNUM ÆQUOR MAGNI FLUCTUS.

In aulicam vitam, magnis perturbationibus obnoxiam.



* CDLXXIX. Mare, *concharum exuvias exſpuens.*

RESPUIT EXUVIAS.

In hæreticos, reſpuentes exuvias ſeu Reliquias Sanctorum.

* CDLXXX. *Mari apud Typotium inſcribitur.*

UBER, ET TUBER.

In vitam aulicam.

Mare

* CDLXXXI. *Mare, littus quo cohibetur, in refluxu fugiens.*

FUGIT COHIBENTEM.

In eum, qui Religionis desertor est. In eum, qui disciplinæ omnis impatiens.

* CDLXXXII. *Mare in portu lenius.*

LENE FRETUM A PORTU.

In eum, qui splendida initia malo fine concludit.

* CDLXXXIII. *Mare, quæ naufragiis absorbuit, ad littus iterum exspuens.*

REDDIT, QUÆ RAPUIT.

In Restitutionem.

* CDLXXXIV. *Mare, quæ conchylia exspuit, in refluxu iterum sæpe resorbet.*

SUA DONA RESORBET. vel DONAT ET AUFERT. *Horat.*

In mundum. *Quæ mundus tribuit, intendit rapere* inquit Jacoponus in Hym. cur mundus.

* CDLXXXV. *Mare quodlibet, non quælibet ferens.*

NON OMNIS FERT OMNIA PONTUS.

In diversitatem ingeniorum.

* CDLXXXVI. *Mare nequaquam putridum quia semper in motu.*

MOTIBUS ACTA, VIGENT.

In diligentiam, quæ suos vigorosos facit.

* CDLXXXVII. *Auctor Colloquiorum Eugenii & Aristidis, mare diversis motibus sub luna actum, inscriptum sistit.*

UT VARIAT, MOVEOR.

In eum qui seditionibus populi agitur modo sic, modo aliter.

* CDLXXXVIII. *Mare, quod palam acceptos fluvios, secreto per meatus subterraneos terræ reddit, in fontes.*

AC-

ACCEPTA PALAM, SECRETO REFUNDO.

In ſecretum eleemoſynarium, qui quæ beneficio Dei palam accepit, per ſecretas eleemoſynas refundit.

* CDLXXXIX. *Mare, quod ab acceptis tot fluminibus augetur, inde vero non intumeſcit.*

CRESCO, NON TUMEO.

In eum, qui in dignitate ad quam crevit non tumet.

* CDXC. *Mare poſt tempeſtates quietum.*

DEPOSITIS ARMIS, NON INSIDIIS.

In dœmonem, qui etſi non ſemper infeſtat tamen inſidiatur. In carnem item & mundum.

* CDXCI. *Maris ſalſæ aquæ fontanis graviores.*

DE SALE, PONDUS HABET. *Ovid. Pont.*

In eum, qui facetiis ſuis æſtimatur. In virum æſtimatum à ſua diſcretione.

* CDXCII. *Mare, poſt tempeſtatem quietum.*

SUA PACE PERICULA CLAUDIT.

In D. Deum, qui turbatæ conſcientiæ reddit pacem.

* CDXCIII. *Pontus poſt tot dulciſſimos fluvios acceptos, nihilominus ſalſus manens.*

NIL DULCIOR ISTIS.

In nos homines, tot beneficiis à Deo acceptis, nil emendatos.

* CDXCIV. *Mare, adhuc poſt tempeſtatem nonnibi commotum.*

DURAT ADHUC, SÆVITQUE TUMOR.

In ſuperbiam quomodocunque etiam mortificatam, nunquam plane ſubigendam.

* CDXCV. *Mare fluens & refluens.*


SIBI NULLIBI CONSTAT.

In hominem inconſtantem.

In Mari rubro teſtante Antonio Gonſalez, oculati teſte, plurimæ margaritæ leguntur, & omnes conchæ ſunt ſuis gemmis concolores.

E RUBRO SPECIOSA PETES.

E rubro mari dominicæ paſſionis, petes pretium tuæ redemptionis.



* CDXCVI. *Mare aliquando placidum.*
NON NUNQUAM PLACIDUM.
In ſerenitatem, ſubinde conſcientiæ orituram.

* CDXCVII. *Mare corallia, quæ in fundo maris nata ſunt, ad terram ejiciens.*

REDDIT SUA MUNERA TERRÆ.

In

In inexhauſtum omnis boni mare Deum, qui ſibi oblata ab hominibus bona, centies reddit & remunerat.

* CDXCVIII. *Mare rubrum inſtar linguæ.*

LINGUA INQUIETUM MALUM. *Jacob.* 3.

In vitia linguæ.

* CDXCIX. *Idem mare rubrum, hinc hauriens naves, inde ad littus ejiciens pretioſas conchas, corallia* &c.

FERT COMMODA FERTQUE RUINAM.

In linguam humanam, quæ optimum & peſſimum membrum eſt.

* D. M*are.*

SUA LITTORA FERIT.

In eum, qui ei à quo cohibetur minus æquus eſt.

* DI. M*are fluens*, & *refluens.*

NUNC FUGIT, INDE REDIT.

In peccatorem ſeſe convertentem.

* DII. M*are ex tempeſtuoſo placidum.*

TAM SUBITO PLACIDUS, QUI MODO SÆVUS ERAT?

In ſubitaneam mutationem iracundi hominis.

* DIII. *Mare bolide exploratum.*

ABYSSUS MULTA.

In Judicia Dei.

* DIV. M*are inquietum à diverſis ventis.*

NESCIT, CUI DOMINO PAREAT. *Ovid.*

In eum, qui de vocatione dubius, num Deo vel mundo ſerviendum.

DV. M*are, elatis fluctibus tempeſtuoſum.*

SÆVUM, CUM SURGIT IN ALTUM.

In eum, qui in honoribus ſævus eſt.

* DVI M*are ſtratis fluctibus quietum.*

STRA-

STRATUM SILET.

In eum, qui patienter ſuffert calamitates, quibus à Deo ſternitur.

* DVII. *Mare, quod ad ſe defluentes fluvios recipit, & ſimul ventis adactum, adverſante fluviorum alveo ſuas aquas in eos impellit.*

MISCENS, ADVERSA SECUNDIS. *Luc.*

In fortunam. In D. Deum.

* DVIII. *Mare, quod juxta apparentiam eorum, qui illud navigant, cœlo juxta horizontem, quaſi littore concluditur.*

PRO LITTORE COELUM EST.

Littus hujus mundani maris, eſt cœlum, & beatitudo noſtra.

* DIX. *Idem mare, undique cœlo juxta apparentiam concluſum.*

UNDIQUE COELUM EST.

In hoc tumultuoſo mundi mari, undique occaſio nobis eſt cœli merendi.

* DX. *Mare ſua littora turbans.*

In eum qui iniquior eſt Prælatis ſuis.

CAPUT XXV.

FLUVIUS, FLUMEN.

* DXI. *Flumen obliquè admodum fluens.*

CURSUM SCIT TEMPORIS HUJUS.

In perverſos hujus ſæculi mores.

* DXII. *Ingens fluvius.*

TORRENS FUIT.

In eum, qui è parvis principiis crevit in virum magnum.

* DXIII. *Ingens fluvius, à P. Maſenio epigraphen accepit.*

CUR-

CURRENDO CURRERE CESSAT.

In vitam noſtram, quam currendo abſolvimus.

* DXIV. *Fluvius, cui juxta creſcentem aquarum copiam, etiam vires increſcunt.*

VIRES ACQUIRIT EUNDO.

In eum, qui peregrinationibus increvit.

* DXV. *Flumen inundans, rapidumque.*

EXTRA ALVEUM RAPIDUM.

In Chriſtum Dominum, qui poſtquam in utero Virginis fuit, erga nos homines manſuetiſſimus extitit.

* DXVI. *In quieto & placido fluvio ſeſe ſpeculantis imago propria offerens, in Imagine primi ſæculi inſcribitur.*

VIDETUR IN PLACIDO.

In quiete Exercitiorum ſpiritualium, optima ad cognitionem noſtri diſpoſitio eſt.

* DXVII. *Fluvius inundans, fructiferos reddens eos, quos inundavit agros.*

DITAT INUNDANS.

Ita faciunt calamitates, qui eos, quos inundant, bonis ſpiritualibus ditant.

* DXVIII. *Aliquot ligneis feſtucis &c. flumini innatantibus, eoque abreptis, in gnomologlyphicis Konigsmarchianis epigraphe datur.*

RAPIMUR, QUO CUNCTA FERUNTUR.

Lucanus.

In mortem.

* DXIX. *Flumen aquas à mari accipiens in illud remittens.*

ÆQUORQUE, REFUNDIT IN ÆQUOR. vel ACCIPIT ET REDDIT.

In eum qui beneficia à Deo accepta, ab eo agnoſcit.

* DXX. *Flumina foſſorum opera, eo quo volueris facile deduces. Sic Rhenum in Nabaliam fluvium deductum narrat Tacitus, unde Foſſa Druſiana* &c.

QUO DUXERIS IBIT.

In indolem ductilem.

* DXXI. *Fluvius alluvione suâ ripam, aut insulam multis additamentis augens.*

INCREMENTUM DEDIT.

In D. Deum, qui Paulo Plantante, Apollo Rigante, solus incrementum dabit

* DXXII *Fluvius castrum circumfluendo amplectens, & disjiciens.*

DISJICIT AMPLEXU.

In meretricios amores.

* DXXIII. *Fluvius, qui idem semper videtur, ejus aquis tamen semper novis, & novis sibi succedentibus.*

SEMPER NOVUS, SEMPER ET IDEM.

In aureum libellum Thomæ de Kempis, de Imitatione Christi: de quo Bellarminus, semper mihi libellus ille novus apparuit quoties eum legi.

* DXXIV. *Fluvius qui decorus redditur ab iis, quæ in fluvio ex adverso relucent, arboribus &c.*

REDDUNT ADVERSA DECORUM.

In eum, qui à perpessis adversitatibus inclaruit.

* DXXV. *Fluvius, etsi paulatim increscat, nomen tamen antiquum servans.*

IDEM NOMEN, MAJOR CURSUS.

In eum, qui etsi sanctior sit coram Deo, propterea tamen inde coram hoc mundo id videri non vult.

* DXXVI. *Flumen propinqua prius sui ortus loca irrigans.*

PROPINQUOS PRIUS.

Ordo naturæ & charitatis postulat, ut primo benefaciamus parentibus & amicis quam extraneis.

* DXXVII. *Fluvius per montis declivia loca, aditum sibi faciens.*

ADITUMQUE, PER AVIA QUÆRIT.

In

In eum, qui per humilitatem sibi aditum patefacit ad majorem sanctitatis, vel honorum cursum.

* DXXVIII. *Fluvius turbidus.*

TURBIDUS INGREDITUR.

In turbulentum.

* DXXIX. *Flumen, per flexus & circuitus errans.*

FLEXIBUS ERRAT, *Virg. Georg.*

In judicem flexibilem, vel Prælatum.

* DXXX. *Fluvius in ortu exiguus.*

NASCITUR EXIGUUS.

In humilitatem Christi nati. In parentelam obscuram.

* DXXXI. *Fluvius copiosioribus aquis, ea quæ ab ortu suo remotiora loca sunt, irrigans.*

REMOTIORA MAGIS.

In eum, qui plus extraneis, quam propinquis benefacit, uti fecit Innocentius XI. Papa. In eum qui plus studet peccatoribus convertendis quam aliis instruendis.

* DXXXII. *Fluvius placidus.*

PLACIDUS, QUOD TACITUS.

In indolem taciturnam.

* DXXXIII. *Fluvii tres aquas mari reddentes.*

DITANT INEXHAUSTUM.

In SS. tres Reges, munera Christo deferentes.

* DXXXIV. *Ingens fluvius, urbes, oppida, agros, transiens, omnibus benefaciendo per mercium advectionem, alluvionem* &c.

TRANSIIT BENEFACIENDO.

In Christum Dominum, qui orbem suum transiit benefaciendo omnibus.

* DXXXV. *Idem fluvius.*

NIHIL VEHIT ILLE PRIVATI.

In eum, qui non sibi, sed aliis studet benefacere.

* DXXXVI. *Fluvius a pluribus torrentibus auctus demum mare ingreditur.*

A MULTIS ACCIPIT, UNI REDDIT.

In S. Joannem Eleemosynarium, qui quas eleemosynas à fidelibus recipiebat, uni Deo in pauperibus reddebat.

* DXXXVII. *Fluvius, ingentem urbem impetens, ejusdemque aggeres dejiciens.*

ET MAGNAS IMPETIT URBES.

In Generalem inclytum, ex multis urbibus devictis.

* DXXXVIII. *In mare ingrediens fluvius, plures in illud aquas reportat quam ante in ortu suo receperit.*

CUM FOENORE REDDIT.

In gratum animum.

* DXXXIX. *Fluvius in ortu suo semper limpidus.*

IN ORTU LIMPIDUS.

In Immaculatam Conceptionem Beat. Virginis Mariæ.

* DXL. *Fluvius ingens ab exundantia aquarum lutulentus.*

CUM MAGNUS, TURBIDUS.

In eum, qui in honoribus, turbulenti ingenii est.

* DXLI. *Fluvius ingens.*

RAPIT OMNIA SECUM.

In mortem.

* DXLII. *Flumina ingentia, cum inundant aliâ viâ incedentia.*

PER NON CONSUETAS, SEMPER ITURA VIAS.

In eum, qui à bene cœptis deflectit.

* DXLIII. *Fluvius rapidior, quia non dividitur.*

AUGET CONCORDIA VIRES.

In Concordiam.

Flu-

* DXLIV. *Fluvius, cujus aquæ in ostio maris, à reflexu maris retrorsum assumptæ incedunt.*

IN FINE RETRORSUM.

In Judam.

* DXLV. *Fluvius in ostio maris, cum maris refluxu regradus.*

CUM REGRADO REGRADUS.

Cum perverso perverteris.

* DXLVI. *Fluvius in humiliore & depressiore loco, tardior.*

LENTIOR IN HUMILI.

Irarum impetus naturales, lentiores videas in eo, qui humilis est.

* DXLVII. *Fluvius ex editiore loco intra ripam tamen suam se tenens.*

DECLIVIS, NON DECLINIS.

In eum, qui ex honoribus præcipitatus, nil inde animo declinat à recto.

* DXLVIII. *Fluvius, è mari natus, in mare demum iterum redigendus.*

FITQUE, QUOD ANTE FUIT. *Ovid. Met.*

In hominem, qui è pulvere factus in pulverem revertetur.

* DXLIX. *Fluvius in humiliore & depressiore loco ordinariè latior.*

MAJOR CUM HUMILIOR.

Ille verè coram Deo major est, qui humilior sibi.

* DL. *Flumina paulatim majora.*

PER LONGAS, INVALUERE VIAS.

In eum, qui paulatim crevit in sanctitate, honoribus &c.

* DLI. *Fluvii majores, eâ sui parte quâ ad mare præeunt, minores quâ sequuntur versus ortum suum.*

MAJORES PRÆEUNT, VENIENTQUE MINORES.

In familiam, quæ ex splendidis Antecessoribus paulatim degenerat.

* DLII. *Fluvius.*

LABITUR ASSIDUE.

Juſtus in die cadit ſepties.

* DLIII. *Torrens exiguus plus ſtrepitus faciens, quam ingens fluvius.*

PLUS PARVI, FREMUERE.

Murmurationes, magnanimorum non ſunt, ſed parvorum animorum.



* DLIV. *Fluvius, in fine tardior, & cum maris fluxu, etiam regradus.*

CUM TARDUS REGRADUS.

Tepidi in ſervitio Dei, facile deviant.

*D LV. *Torrens, ab iis quos ſervat lapidum, lignorum &c. obicibus, plus ſtrepens.*

OB-

OBICES FECERE DISERTUM.

Obices adversitatum, faciunt nos disertos in orationibus

* DLVI. *Fluvius mox ab ortu, initia ortus sui deserens.*

MATREMQUE RELIQUIT AB ORTU,

In S Joannem Baptistam, de quo Ecclesia,

Antra deserti teneris sub annis Civium domos fugiens. &c.

* DLVII. *Fluvius editiori in loco semper minor.*

ALTIOR, AST MINOR.

In eum, qui in dignitate humilis est.

DLVIII *Fluvius, qui alluendo urbem eandem etiam protegit.*

ET MAGNAS PROTEGIT URBES

In gubernatorem, qui urbes sibi commissas protegit.

* DLIX. *Fluvius urbi allapsu su excidium paulatim minitans.*

ET MAGNAS TERRITAT URBES.

In Generalem Bellicum.

* DLX. *Fluvius in mare influens.*

HABENTI DABITUR.

In Divitem, cujus divitiæ augentur indies.

* DLXI. *Fluvius in ortu suo minor.*

IN PATRIA EXIGUUS.

Nemo Propheta in Patria.

* DLXII. *In matrimonio Ducissæ Valesiæ, cum Duce Sabaudiæ, expressurus quidam, Ducissam eandem quamvis cessura per matrimonium idem, esset suo nomini, ex hoc tamen majorem futuram, fluvium depinxit, qui in majorem alium influens, priori nomini commutato, alterius nomine imposterum censendus esset. cum Lemmate.*

PERDO NOMEN, AST CRESCO.

In eum, quem in ingressu in Religionem nomen

ſuum mutare neceſſe eſt, inde tamen, apud D. Deum major eſt.

* DLXIII. *Fluvius, cum minor eſt, etiam ordinariè ſegnior eſt.*

CUM MINOR SEGNIOR.

Indoles generoſa in minore honore conſtituta ſegnior.

* DLXIV. *Fluvius, in quo majorum ſcopulorum, trabium, lignorum obices, majores impetus exigit, ad eos disjiciendos.*

MAGNI OBICES, MAJOR IMPETUS.

Majores tentationes, majore ſtudio vincendæ.

* DLXV. *Fluvius templum disjiciens.*

NON ABSINT ET ARIS.

In Sacrilegum Ducem vel militem.

* DLXVI. *Dominus de Boiſſiere præcipiti aquæ lapſui in gratiam Reginæ Mariæ de Medices inſcripſit.*

DE MI CAYDA, MI CANDOR.

DE MEO LAPSU, MEUS CANDOR.

In eum cui lapſus ſuus cauſa eſt majoris ſanctitatis vel promotionis.

* DLXVII. *Fluvius major, quam ab ortu ſuo fluxerit.*

MAJOR, SED MATRE RELICTA.

In S. Joannem Baptiſtam, qui in Eremo factus eſt major inter natos mulierum.

* DLXVIII. *Auctor citatorum ſæpe colloquiorum fluvio ſecreto defluenti, eisque quas allambit agris magnam fertilitatem adferenti, inſcripſit.*

FERT TACITUS, QUO FERTUR OPES.

In ſecretum Eleemoſynarium.

* DLXIX. *Fluvius magnus.*

POPULUSQUE SALUS, SITIENTIBUS ERRAT. *Claud.*

In Chriſtum, verum fontem ſitientium fidelium animarum.

Flu

* DLXX. *Fluvius dejectis cataractis.*

NIHIL OBSTAT EUNTI.

In eum, cui calumniæ proximi non nocent.

* DLXXI. *Fluvius alio deductus.*

DOCTUS ITER MELIUS. *Horat.*

In conversum peccatorem.

* DLXXII. *Fluvius.*

CURSUS QUO DUCIT EUNTEM.

In eum qui generosæ indolis ductus sequitur.

* DLXXIII. *Auctor colloquiorum, in honorem D. D. Avaux, multis pro Christianissimo Rege egationibus perfuncti, fluvio inscripsit.*

NOMEN SIBI FECIT EUNDO.

In Legatum. In Missionarium.

* DLXXIV. *Fluvius ad mare fugiens, rediturus ad fontem suum per meatus subterraneos.*

FUGIT REDITURUS.

In peccatorem, qui à Deo se elongat, per pœnitentiam iterum rediturus.

* DLXXV. *Fluvius quo plures flexus facit, quo sese ipsum ab ingressu in mare retardat magis.*

TARDATUSQUE SUIS ERRORIBUS *Claud.*

In eum, qui per erroneam conscientiam, sibi ipsi nocet.

* DLXXVI. *Fluvii.*

NASCENTES RAPIMUR.

In conditionem humanam, mox à cunis ad mortem properantem.

* DLXXVII. *Fluvius ingens monti sese inflectens, cursu suo.*

ETIAM DECET SE FLECTERE MAGNOS.

In humilitatem magni cujusdam Ministri.

* DLXXXVIII. *Fluvius ex cursu suo gratior.*

CURSUS FACIT IPSE DECOREM.

In eum, qui in decurſione ad annulum, magnam laudem reportarat.

* DLXXIX. *Fluvius, in fine major. Auctor Colloquiorum in morte Ducis Longevillæi fluvium exhibuit, hac cum epigraphe.*

MAJOR FINIENDO.

In eum qui glorioſa morte defunctus fuit.

CAPUT XXVI.

NILUS FLUVIUS.

* DLXXX. *Nilus ex uno fonte ſeptem demum oſtia ad mare mediteraneum habens.*

FONS UNUS, AT OSTIA SEPTEM.

In Chriſtum, fontem ſeptem Sacramentorum.

* DLXXXI. *Nili incertus ortus.*

INCERTO MAGNUS AB ORTU.

In ignotæ parentelæ Miniſtrum.

* DLXXXII. *Nili initia ignota.*

CUM PARVUS LATUIT.

In Chriſtum, in Ægypto latentem. In S. Joannem in Eremo.

* DLXXXIII. *Nilus littora ſua turbans.*

SUA LITTORA TURBAT.

In eum qui ſcrupulis conſcientiam ſuam turbat.

* DLXXXIV. *Nilo inundante, ingens apud Ægyptios lætitia, de qua vide Gonſalez in Itinere ſuo Hieroſolymitano.*

FACIT OMNIA LÆTA.

In conſolationes S. Spiritus.

* DLXXXV. *Nilus exundans, Ægyptum inundans.*

EXUNDAT UT INUNDET.

In

In redemptionem ſuperabundantem Chriſti, quo quaſi inundati ſumus.

* DLXXXVI. *Nilus, Solino teſte, aliquoties à terra abſumptus, & rediens, tandem in Æthiopiæ finibus niger egreditur. Cui ſic in Æthiopia nigro egredienti. Lemma.*

SCIT SERVIRE LOCO.

In Politicum.

* DLXXXVII. *Idem* Nilus *ſic ut dictum eſt, alio ſæpe ore renaſcens.*

ALIOQUE RENASCITUR ORE.

In eum, qui obſcœni vel detractorii oris, per Confeſſionem alio ore renaſcitur.

* DLXXXVIII. *Idem Nilus.*

TECTO MODO GURGITE.


In Politicum ſubdolum & tecte in ſuis ambulantem.

* DLXXXIX. *Nilus, Berchorio teſte, poſt inſulam Meröen ad quædam altiſſima promontoria veniens, ab anguſtis rupibus decidens, ingentem ſtrepitum caſu ſuo ſuſcitans.*

DE MEO LAPSU MEUM MURMUR.

In peccatorem deplorantem lapſum ſuum.

CA-



CAPUT XXVII.

* DXC. *Fons pilam æneam elevans & cum ea ludens.*
SPRETO SIC LUDITUR ORBE.
In B Jacoponum, qui ſpretum orbem, miris jocis poſt luſit. Vide ejus vitam.

* DXCI. *Idem.*
LUDIT, QUEM SUSTINET ORBEM.
In Dominum Deum, cujus ſapientia ludit in orbe terrarum.

* DXCII. *Idem.*
SPRETO NIL PULCHRIUS ORBE.
In ſpretum orbem, per ingreſſum in Religionem. *Idem.*

* DXCIII. *Idem.*

ABJICIT ET SERVAT.

In eum, qui veſte Religioſa orbem videtur ſpernere, minimè tamen id facit animo.

* DXCIV. *P. Maſenius ſimili fonti familiaribus ſuis colloquiis præfixo inſcribit.*

LUSUS DELECTAT ET USUS.

In Poeſin & ænigmaticos ſimiles luſus.

DXCV *Idem.*

NON SISTITUR ORBE.

In eum, in quem ſuis tentationibus mundus nil efficit.

* DXCVI. *In Theſibus Coloniæ apud P P. Societatis defenſis,* Fonti *epigraphe fuit.*

AB ORIGINE DULCIS.

In Immaculatam Conceptionem B. Mariæ Virginis.

* DCVII *In caſtro doloris Mareſchalci Turenii exprimendis natalibus ejuſdem, fonti ex edito loco orienti, inſcriptum fuit.*

ORIENS EX ALTO.

In Chriſtum natum Spiritu S. Patre. In familiam nobilem.

* DXCVIII. *Burgundia fontis aquæ certis machinis elevatæ, ut iterum deſcendat inſcripſit.*

ASCENSUS ISTE, DESCENSUS EST.

Ad honores aſcenſus, ſæpe deſcenſus animæ eſt.

* DXCIX. F*onti epigraphe gallica.*

AUSSI HAUT QUE SA SOURCE.

TAM ALTE SALIO, QUAM RADIX MEA EST.

In filium enixum, ad honores paternos. In Chriſtum ad Cœlos aſcendentem unde venerat.

DC *Fons ex quo varii hauriunt.*

DANDO NON MINUUNTUR OPES. vel NON HABET INDE MINUS.

Omnia dat Dominus, non habet inde minus.

Idem

* DCI. *Idem fons in Exequiis Electricis Saxoniæ, inscribebatur.*

TANTO UBERIUS.

Sæpe plus benedicimur à Deo in divitiis, quo plura per eleemosynas damus.

* DCII. *P. Masenius, fonti cujus posteriores aquæ partes, priores semper premendo elevant, inscribit.*

QUOD ME PREMIT, ELEVAT IDEM.

In Calamitates.

* DCIII. *Mullerus fonti medicinali inscribit.*

CURRENS, ET CURANS.

In Christum qui transiens Judæum, curabat infirmos omnium.

* DCIV. *Fons.*

SE NON POSCENTIBUS OFFERT.

Claud.

In Deum.

* DCV. *Fons omnibus saliens.*

CUIQUE BONOVE MALOVE

Horat.

In Deum.

* DCVI. *Fons aquas suas in craterem remittens, easdemque servans.*

FUNDIT, ET ASSERVAT.

In eum, qui se munificum simulat.

* DCVII. *Fons aquas è pleno cratere effundens.*

PRODIGUS, CUM PLENUS.

Factum fuit, in quendam, qui ebrius sua dilapidabat.

* DCVIII. F*ons prius aquas suas in craterem suum effundens, ex eoque dein aliis eas communicans.*

SIBI PRIUS.

In ordinatam charitatem, quæ incipit à se ipsa.

* DCIX. F*ons medicatus.*

MOR-

MORTALIBUS ÆGRIS. *Virg. Æneid.*

Chriſtus Dominus, fons mortalibus ægris in vitam æternam ſaliens.

* DCX. *Fons in monte ſaliens.*

SALIENS IN MONTIBUS. *Cant.* 2.

In Sponſum.

* DCXI. *Fons ab ortu ſaliens*

EXILIT ORTU.

S. Joannes Baptiſta. *Exultavit infans in utero.*

* DCXII. *Fons ſaliens.*

OMNIBUS ÆQUE.

In Juſtitiam.

* DCXIII. *Fons noctu diuque ſaliens.*

NOCTU SALIENDO, DIUQUE.

In aſſiduitatem. In fontem beneficentiæ divinæ.

* DCXIV. *Fons cum dive ſis ex eo haurientibus.*

QUANTUM VOLEBANT.

In fontem bonorum omnium Chriſtum.

* DCXV. *Fons publicus.*

IN PUBLICA COMMODA NASCOR.

In Virum Principem. In fontem ſeptem Sacramentorum.

* DCXVI. *P. Maſenius in Frontiſpicio familiarium Argutiarum fonti inſcribit.*

MULTUM REFERT, QUO FONTE BIBATUR.

In cautam librorum lectionem.

* DCXVII. *Fonti apud Auctorem Colloquiorum Epigraphe eſt.*

PIU SEPOLTA PIU VIVA. *Id eſt* PLUS SEPULTUS, PLUS SALIENS.

Quo profundior hoc in ſæculo erit noſtra humilitas, quo altiores erimus in vita æterna.

* DCXVIII. *Fons publicus.*

PETITE HINC, JUVENESQUE SENESQUE.

In fontem perennem gratiæ divinæ.

Fons

* DCXIX. *Fons limpidiſſimus.*

INTIMA PANDIT.

In Pœnitentem ſincerum.

* DCXX. F*ons, viis occultis aquas ſuas e mari recipiens.*

VIIS SECRETIS, vel DUCTIBUS OCCULTIS.

In eum, qui ſubito & modis occultis dives factus eſt.

* DCXXI. F*ons cum ſeptem canalibus.*

TUBI SEPTEM, LIQUOR UNUS.

In gratiam ſanctificantem, ſeptem Sacramentis velut ſeptem canalibus in nos derivatam.

* DCXXII. F*ons.*

SINE INVIDIA COMMUNICO. *Sap.* 7.

In Charitatem proximi quæ non æmulatur.

* DCXXIII. F*ons è mari accipiens, & accepta reddens.*

PETIMUSQUE DAMUSQUE VICISSIM.

In Doctores & Prædicatores, qui gratias a Deo acceptas fidelibus communicant.

* DCXXIV. F*ons à Samſone ex Aſini mandibula ſuſcitatus.*

QUALIS, NON EX QUALI.

Spectanda cujuslibet virtus, non parentela.

* DCXXV. F*ons propinqua prius irrigans.*

GAUDENT PROXIMIORA MAGIS.

In ordinem charitatis.

* DCXXVI. F*ons.*

DUM FLUXERIT, HAURI.

Dum tempus habemus hauriamus è fonte divinæ gratiæ, ſemper aperto, ſemper ſcatente.

* DCXXVII. F*ons prius patriam irrigans.*

PATRIAM PRIUS.

In Chriſtum, qui Judæam & terram ſanctam Patriam ſuam prædicatione & ſanguine ſuo prius irrigavit.

Subli-

* DCXXVIII. *Sublimen genium Henrici Borbonii Principis, expressurus aliquis apud Auctorem Colloquiorum fonti inscribit.*

ALTUS, AB ORIGINE ALTA.

In Christum genitum, Patre Cœlesti.

* DCXXIX. *Fons è mari uno sua accipiens, aliis vero omnibus reddens.*

EGO OMNIBUS, MIHI UNUS.

In B. Virginem, à cujus plenitudine omnes haurimus, ipsa vero ab uno & solo Deo.

CAPUT XXVII.

PISCINA, PALUS.

* DCXXX. *Palus à quiete vitium contrahens.*

IPSA QUIES VITIUM EST.

In otium.

* DCXXXI. *Palus æstu exsiccata.*

DEFICIT ÆSTU.

In eum, qui æstu amoris sive sacri, sive profani absumitur.

* DCXXXII. *Palus semper in humili.*

IN HUMILI SEMPER.

In abjectam indolem.

* DCXXXIII. *Palus ex quâ à sole vapores attrahuntur.*

QUI NON HABET, QUOD HABET, AUFERTUR AB EO.

In eas expressiones, quas sæpe patiuntur pauperrimi subditi in dandis Contributionibus.

* DCXXXIV. *Palus à sole exhausta, attractis vaporibus.*

EXHAURITUR INERS.

In otium, quod mater est paupertatis.

* DCXXXV. *Palus iners.*

STERILESCIT INERS.

In otium, quod ſterile eſt fructus nullos proferens.

* DCXXXVI. *Palus urbem inacceſſam reddens.*

MUNIT INACCESSAM.

In lachrymas pœnitentiæ, quibus muniti, ipſi Dœmoni inacceſſi reddimur.

CAPUT XXIX.

PUTEUS.

* DCXXXVII. *Puteus.*

SERIUS AUT CITIUS, QUEMLIBET URNA MANET.

In mortem ſerius, aut citius omnibus adventuram.

* DCXXXVIII. *Puteus inanem urnam replens.*

REPLET INANES.

In Deum, qui dat eſcam omni carni.

* DCXXXIX. *Puteus ad extremam & ſuperiorem ſui partem nunquam plenus.*

NUNQUAM PLENUS.

In animum humanum hoc in mundo vix unquam explebilem.

* DCXL. *Puteus, quo in editiore loco foſſus, eo profundior eſt.*

ALTIOR, PROFUNDIOR.

In eos, quo altiori in dignitate ſunt, eo profundioris humilitatis ſunt.

* DCXLI. *Puteus cum duabus urnis.*

DABIT ISTE, VEL ALTER.

In fortunam ſi non hac, alia vice futuram propitiam.

Pu-

* DCXLIII. *Puteus impletus ut exhauriatur.*

UT EXPLEAR, IMPLEOR.

In divitem, qui à Deo impletur bonis temporalibus ut per eleemosynas pauperibus se iterum expleat.



* DCXLIV. *Puteus vacuas urnas accipiens & plenas reddens.*

PLENOS REDDET, QUOS COEPIT INANES.

In seminarium, quod, quos nullis scientiis excultos accepit, reddet iis instructissimos.

* DCXLV *Puteus inanes urnas replens.*

REPLET IN IMIS.

Spiritus S. replet gratiâ suâ humiles.

* DCXLVI. *Urnæ ad puteum eundo fracta.*

VOCAT LABOR ULTIMUS OMNES.

In mortem.

* DCXLVII. *In inauguratione R. P. Perlini è Soc. Jesu in S S. Theologiæ Doctorem puteo inscriptum legi.*

NATURA RECONDIDIT IMA.

In ſcientias labore & induſtria ſcrutandas.

CAPUT XXX.

TERRA.

* DCXLVIII. *Terra uda.*

QUIDVIS IMITABERIS UDA. *Horatius.*

In animum vere pœnitentem, quem ad omnia flectes. In juventutem teneram flexilem.

* DCXLIX. *Terra intra viſcera Theſaurum habens.*

THESAURO GRAVIDA.

In B. Virginem, utero portantem Chriſtum Dominum.

* DCL. *M. Fedro, Periſtomate Suo Terræ, ſeminatori, accepta ſemina reddenti Inſcribit.*

DANDO ACCIPIT.

In Eleemoſynarium.

* DCLI. *Terra quieſcens ut ex inde fructuum plus adferat.*

PRODERIT ISTA QUIES. *Ovid.* vel
JUVAT INDULGERE. *Virg. Æneid.*

In moderatam quietem & recreationem corpori indulgendam.

* DCLII. T*erræ depreſſiores ſemper fertiliores.*

FERTILIS, CUM HUMILIS.

In humilitatem, quæ animæ fructum adfert.

* DCLIII. *Terra aratro ſciſſa fructum allatura.*

DUM

DUM SAUCIOR, SATIOR.

In eum, qui mortificationibus delectatur.

* DCLIV. *Terra in centro universi.*

MEDIUM NON DESERIT UNQUAM.

In Principem justum & moderatum.

DCLV. *Terra.*

FELIX SI CULTA.

In Juventutem.

* DCLVI. *Terra.*

SUDORE PARANDA.

In Virtutem.

* DCLVII. *Terra, ad seminationem disposita.*

SEMINA POSCIT.

In Juventutem.

* DCLVIII. *Terra è subministrata sibi è cœlo pluvia, vapores cœlo reddens.*

COELO SUA MUNERA REDDIT.

In animum Deo gratum.

* DCLIX. *Terra hominibus summopere dilecta.*

QUAM NOS PRÆTULIMUS COELO. *Claud.*

In humanam cœcitatem, plus de terrenis quam cœlestibus cogitantem.

* DCLX. *Herbæ, frumenta, flores &c. viventes ex cultivatione & scissione terræ.*

STRAGE MEA VIVUNT.

Omnes vivimus è morte Salvatoris.

* DCLXI. *Terra, motu terræ contremiscens.*

NIL FIRMUM IN ORBE.

In humanam levitatem, & inconstantiam.

* DCLXII. *Terra cultivatori suo reddens cum fœnore commissa sibi semina.*

REDDIT SUA DONA LABORI.

In D. Deum munificum laborum nostrorum remuneratorem.

* DCLXIII. *Terra quos fructus tulit in seminatione recipiens.*

QUÆ DEDIT RECIPIT.
In remunerationem Eleemosynæ.
* DCLXIV. *Tellus sine aratro virescens.*
ET SINE STRAGE VIRET.
In Belli Ducem Consiliis bellicis inclytum.



* DCLXV. *Terra multos vapores & exhalationes, instar fumi emittens.*
NIL NISI FUMUS INEST.
r Omnia mundi bona fumus. Fumus opes, & fumus honos, fumusque voluptas.
* DCLXVI. *P. Coret in vita S. Catharinæ Suecæ vitro plantulæ alicui in terra superposito, ut inde plus caleat, atque citius maturescat, epigraphen dedit.*

UT

UT FERVEAT INDE.

In Statum Religiosum S. Ordinis nostri, quem eadem Sancta amplexa fuerat, in eo Deum plus amatura.

* DCLXVII. *Terræ globo ad pedes S. Ignatii Lojolæ jacenti, nescio ubi inscriptum legerim.*

SORDET HUMUS.

In dictum ejusdem Sancti. Quam mihi dum cœlum aspicio, SORDET HUMUS.

* DCLXVIII. *Terra in centro universi immota.*

IMMOTAQUE, CUNCTIS CASIBUS.

Canente sic Poeta:

Divitiis animosa suis, immotaque cunctis casibus.

In constantiam & fortitudinem.

CAPUT XXXI.

GAMPUS.

* CDLXIX. *Clariss. D. Hermannus Dehmen, Bibliopola & Reipublicæ Coloniensis Censor, frontispiciis librorum suorum, agrum inde seminante agricola, vineam inde à vinitore cultivatam, exhibet, cum Lemmate isto.*

IN SPE, ET LABORE.

In eum modum quo pro cœlo laborandum nobis est.

* CDLXX. *Campus deliciosus finem & metas habens.*

HABENT MEA GAUDIA METAM.

In breves mundi delicias.

* DCLXXI. *Campi quorum unus fruges fert alter inaratus feriatur.*

FERT HIC, FERIATUR AT ALTER.

In inæqualem hominum hoc in mundo sortem.

* DCLXXII. *Campus, fructibus suis pascens, & aspectum simul oblectans.*

PASCIT ET OBLECTAT.

In lectionem librorum. In S S. Eucharistiam, quæ est spiritualis cibus, & oblectatio animæ nostræ.

* DCLXXIII. *Campus ex pluviis fœcundior.*

LÆTIOR ADVERSIS. vel PER LACHRIMAS ISTI RISUS.

In animum inter adversa hilarem.

* DCLXXIV. *Campus multis fructibus spectabils ex multa aratri scissione.*

ISTI MULTO DE VULNERE RISUS.

In gaudia Sanctorum Martyrum in cœlo.

* DCLXXV. *Campus nive tectus.*

ANTE VIREBAM.

In senectutem canam, ex viridi juventute.

* DCLXXVI. *Campus è fimo largiores fructus reportans.*

FRUCTUS DE FAECE REPORTO.

In cautam malorum librorum lectionem. In fructus humilitatis.

* DCLXXVII. *Campus serenâ aurâ lætificans.*

LÆTUS, SI LÆTIOR AURA.

Omne gaudium verum è cœlo est, si inde lætior aura conscientiæ nostræ affulgeat.

* DCLXXVIII. *Campus.*

LÆTIOR, SI LATIOR.

In dilatantem spiritualiter cor nostrum Deum ei sic spiritualia gaudia reddentem.

* DCLXXIX. *Campus post dissolutas nives virens.*

EX CANDORE VIRESCET.

In virginalem puritatem, quæ fructus animæ fert plurimos.

Cam-

* DCLXXX. *Campus serenâ aurâ multum luxurians.*

ISTI PER PROSPERA LUXUS.

In fortunam secundam, quâ sæpe a Deo deflectimus.

* DCLXXXI. *Campus.*

ACCESSUS UBIQUE.

In Virtutem. In Cœlum.

* DCLXXXII. *Campus nive tectus.*

ITERUM VIREBO.

In secundam fortunam adversæ successuram.

* DCLXXXIII. *Campus omnium oculis expositus.*

SPECTACULUM FACTI SUMUS.

In omnes expositos oculis Dei.

* DCLXXXIV. *Campus fertilem annum sæpe spondens, non semper præstans.*

ET SPEM QUANDOQUE FEFELLIT.

In successus non respondentes præconceptæ spei.

* DCLXXXV. *Campus, qui ingenti trabe transversa præmunitus in accessu suo, ne currus, equi &c. transitum habeant.*

PRINCIPIIS OBSTA.

In resistentiam, tempestive tentationibus faciendam.

* DCLXXXVI. *Campus è cineribus fœcundatus.*

ALIENO FUNERE FRUCTUS.

In fortuitam conversionem S. Francisci Borgiæ, ex funere Isabellæ spectato.

* DCLXXXVII. *Campus aurâ secundâ multum lætus.*

HI RISUS AB ÆTHERE.

In vera animæ gaudia è cœlo tantum obvenientia.

CAPUT XXXII.

MONS. VALLIS.

SPECUS.

* DCLXXXVIII. *Mons qui uti à longe prospicitur, ita & ex eodem prospectus est. à* Masenio *Lemma habet.*

VIDET, ATQUE VIDETUR.

In sagacem Principem, omnium oculis expositum, atque ea quæ procul sunt sua sagacitate assequentem.

* DCLXXXIX. *Idem P. Masenius monti Lemma dedit.*

MINOR, UMBRA MINORIS.

In vitia minoris conditionis hominis, quæ ordinario minora sunt quam aliorum.

* DCXC. *Idem montibus inscribit.*

SUMMA STERILESCUNT.

Nempe in summis honoribus, multi steriles sunt.

* DCXCI. *Monti ad littus maris constituto ac ventis & fulmin percusso Epi raphe.*

NEC FLUMINE, NEC FLAMINE, NEC FULMINE.

In fortitudinem.

* DCXCII. *Mons à creatione primâ sui jam talis.*

MAGNUS AB ORTU.

In Christum Dominum. In initia ingentia cujusdam.

* DCXCIII. *P. Mlodzianowski in vita S. Josaphati Mart. Archi Episc. Polocensis, monti elevato Lemma facit.*

TERRAM, TERRA RELIQUIT.

In

In eundem Sanctum, cui pro more erat noctes insomnes insistendo lapidi transfigere.

* DCXCIV. *Mons.*

MAJOR CONSPECTIOR.

Omne animi vitium, tanto conspectius in se crimen habet, quanto major qui peccat, habetur.

* DCXCV. *Mons ingens in parva orbis Sphæra.*

IN PARVO NEMO MAGNUS.

In orbe hoc, qui universi punctum est, nemo magnus.

* DCXCVI. *Mons fulmine aut fluctibus tactus.*

FERIUNT, NON DEJICIUNT.

In animum Generosum.

* DCXCVII. *Mons è terra paulatim elevatior.*

SUBLIMIS EX HUMILI.

In Sanctum, cui ad sanctitatem humilitas gradus fuit. In eum, qui ex humili parentela emersit.

* DCXCVIII. *Homo in montem enitens.*

ALIQUANDO ENITAR.

In affectos paulatim subjugandos.

* DCXCIX. *Mons serius adhuc solis radiis perfusus.*

MIHI SERIUS OCCIDIT UNI.

In eum qui in seram noctem negotiis Regni solus vacabat.

* DCC. *Mons in cujus summitate homines pusilla admodum statura conspiciuntur.*

IN EXCELSO, NEMO MAGNUS.

Superborum nemo Deo magnus est.

* DCCI. *Mons in summitate sui arduus.*

ARDUUS IN SUMMO EST.

Theologiæ illa pars difficillima quæ de Deo ejusque Incarnatione tractat.

* DCCII. *Mons elatus.*

DESPICIT IMA.

In superbum animum, se minores despicientem.

Mons

* DCXCIII. *Mons ex cujus vertice nemo in infima parte magnus conſpicitur.*

NEMO MIHI MAGNUS IN IMIS.

In eundem.

* DCXCIV. *Mons nive coopertus.*

NIVEO SUB TEGMINE VIRET.

In ordinem F. F. B. Mariæ Virginis de monte Carmeli multum florentem ſub protectione B. Virginis.

* DCXCV. *Mons in vertice aſperior.*

ALTIOR, ASPERIOR.

In eum, qui quo altior in honoribus aſſurgit, eo etiam magis creſcit in faſtu.

* DCXCVI. *Mons è terræ motu nil fatiſcens.*

NIHIL INDE FATISCIT.

In animum generoſum nullis adverſis dejiciendum.

* DCXCVII. *Mons frigidus in vertice.*

FRIGIDUS IN SUMMO EST.

In eum, qui in dignitate frigidus & immiſericors in pauperes eſt.

* DCXCVIII. *Mons.*

NON LEVIS ASCENSUS.

Via cœli aſpera eſt.

* DCXCIX. *Idem.*

NON QUAM ALTUS, SED QUAM UBER.

Non judicamur à Deo ex honoribus, ſed ex operibus noſtris.

* DCC. *Idem.*

INFRA SE VIDET OMNIA.

In animum hæc mundana deſpicientem.

* DCCI. *Mons.*

FERTILIOR MINOR EST.

Humilitas multarum virtutum & meritorum parens eſt.

* DCCII. *Mons Atlas cui cœlum impendent.*

PROXIMUS ASTRIS.


In

In B. Virginem, S. Josephum Christo in cœlo proximos.

* DCCIII. *Specus draconum, serpentum &c. domus.*
SERVO VENENATOS.
In animam peccatoris, quæ plurium monstrorum mortaliter peccando domicilium facta est.

CAPUT XXXIII.

ÆTNA, VESUVIUS.



* DCCIV. *Ætna, Vesuvius.*
NOCTE DIEQUE PATET.
In apertos cujusdam æstus seu amores.

Ætna

* DCCXV. *Ætna, Vesuvius.*

DE DIE FUMUM, DE NOCTE FLAMMAM.

In eos qui in prosperis superbi, in adversitatis nocte, ad Dei amorem convertuntur.

* DCCXVI. *Idem.*

Frigidis amoribus cujusdam Gelardæ Auctor Colloquiorum Ætnam nive tectum pingit cum Lemmate.

* DCCXVII. GELAT ET ARDET.

In frigidos cujusdam amores.

* DCCXVIII. *Vesuvius.*

ARDET APERTUS.

In apertos amores cujusdam. In amores S. Augustini quibus in Confessionibus suis ardet.

* DCCXIX. *Idem.*

ARDET ELATUS.

In superbi cujusdam amores.

* DCCXX *Idem à tot annis jam ardens.*

ARDET ADHUC.

In constantem amorem.

* DCCXXI. *Ætna & Vesuvius sub grandi pluvia ardentes inextincti.*

AQUÆ MULTÆ NON POTUERUNT EXTINGUERE.

In amorem SS. Martyrum. In quadraginta SS. Martyres aquis suffocatos.

* DCCXXII. *Ætna ventis flantibus, plus æstuans.*

FERVET A SPIRITU.

In amores à Spiritu S excitatos.

* DCCXXIII. *Idem.*

SINE TEGMINE FERVET.

In eum, cui extra Religionis suæ claustra nil de amore in Deum decessit.

* DCCXXIV. *Idem.*

NE-

NEMO ALTIUS ARSIT.

In amorem Chriſti Domini, nunc adhuc in cœlo amantis humanum genus.

* DCCXXV. *Ætna & Veſuvius multa per torrentes igneos, lapidum ejectiones vicinis damna inferens.*

PROXIMIS FEROX.

In hominem, minime charitativum ſed ferocem.

* DCCXXVI. *Ætna mons, iis à quibus cultivatur vinitoribus damna inferens.*

CULTORI PERNICIOSA SUO.

In carnem noſtram, quæ exculta & delicatè nutrita, ſuos cultores in æternam perniciem adducit.

* DCCXXVII *Ætna & Veſuvius, exterius virides interius ſulphureis exhalationibus fœtentes.*

EXTERIUS VIRIDES, INTIMA FOETOR HABET.

In pulchritudinem & humanum decorem, qui ſub ſpecioſa cute fœditatem omnem continet.

* DCCXXVIII. *Ætna ſuis ignibus ſe ipſum deperdens.*

IN SUA DAMNA FLAGRAT.

In eum, qui ignibus luxuriæ, corpus & animam depaſcit.

* DCCXXIX. *Ætna lapidibus quos evomit, ac igneis ſuis torrentibus, quos aliquando emittit, ſibi ipſi exterius damnum inferens.*

IN SUA DAMNA FEROX.

In invidiam, quæ ſe ipſam excruciat.

* DCCXXX. *Ætna ſua viſcera evomens iiſque perdens conſitas in ſe vineas.*

SUA VISCERA VISCERE PERDIT.

In parentem, qui filios perdit, nimiæ miſericordiæ viſcera eis laxando, ut alter Heli.

* DCCXXX. *Ætna aquilonari vento ſævior.*

SÆVIOR ADVERSIS.

In

In eum, qui à Deo adverſis non emendatur, ſed effertur.

* DCCXXXI. *Veſuvius nive coopertus, intus fœtens.*

CANDIDUS EXTERIUS, INTIMA SQUALLOR HABET.

In ſimulatam Caſtitatem & Sanctitatem.

* DCCXXXII *Idem.*

FOEDIS FLAGRAT IGNIBUS INTUS.

In luxurioſum.

* DCCXXXIII *Ætna i nes cum ſtrepitu in cœlum emittens.*

IN COELUM SUA FULMINA MITTIT.

In blaſphemum.

* DCCXXXIV. *Ætna nive tecta.*

NIL ALGET AB ISTIS.

In eum, qui adverſis à Deo amando non abſtrahitur.

* DCCXXXV. *Ætna mons cœlo fulminante non adeo ferox.*

CEDO MAJORI.

In humilem.

CAPUT XXXIV.

OLYMPUS.

* DCCXXXVI. *Olympus virens.*

VERTICE VIRET

In eum, qui in ſenili ætate, ingenio adhuc viret.

* DCCXXXVII. *Idem mons, inferiori us nive tectus.*

TANTUM INTIMA CANENT.

Animus juvenis & fortis, in cano & ſenili corpore.

Idem.

* DCCXXXIV. *Idem mons, omnes alios montes altitudine excedens.*

NEMO ALTIOR EXSTAT

In S. Joannem Baptiſtam, quo inter natos Mulierum non ſurrexit major.

* DCCXXXV. *Idem.*

NON SURREXIT MAJOR.

In eundem

* DCCXXXVI. *Olympus omnis mutationis in apice ſui expers.*

CONSTANS SIBI SEMPER OLYMPUS.

In animum conſtantem.

* DCCXXXVII. *Ara in Olympi vertice.*

NULLA ALTIUS ARSIT.

In Crucem Chriſti quæ ara fuit, in qua nobis in monte Calvariæ eſt immolatus.

* DCCXXXVIII. *Sacra quæ Jovi in Olympi arâ fiebant nulli pluviæ, grandini vel aliis obnoxia.*

HÆC SACRA NIL TURBAT.

In amores Sanctorum in cœlo, nullis adverſis jam amplius turbandos.

* DCCXXXIX. *Idem Olympus in vertice ſui ſacratus Jovi.*

VERTEX SACRATUS NUMINI.

In verticem Epiſcopi Infulatum.

In virginem Religioſam, Velo Deo ſacratam.

* DCCXL. *In Olympi vertice Litteras pulveri inſcriptas perpetuas volunt, utpote nullo vento vel pluvia delebiles.*

NULLA POTEST ABOLERE VETUSTAS.

Quies æterna Sanctorum in cœlis, nulla temporum æternitate finietur.

* DCCXLI. *Olympus Jovis Domus Fabulantibus Poetis.*

DIGNA DOMUS JOVIS.

In Cœlum, quæ Deo habitatio congrua eſt.



CAPUT XXXV.

* DCCXLII. *Fluctus ad insulam allisi.*
FLUCTUS MITESCERE COGIT.
In eum qui compescit plebem commotam.

* DCCXLIII. *Insula in medio maris.*
IN MEDIO SPES SOLA MARI.
B. Virgo spes unica navigantium hoc tumultuosum mare mundi.

* DCCXLIV. *Insula.*
FLUCTUS SUPEREMINET OMNES.
In animum, omnibus adversis majorem.

* DCCXLV. *Insula, à fluctibus impetita sed simul per alluvionem, ab iisdem aucta.*

IM-

IMPETUNT SED DITANT.

Adverſis impetimur, ſed ſimul iiſdem patienter toleratis, meritis inſignibus ditamur.

* DCCXLVI. *Inſulam allidentes fluctus.*

NEC TURBANT, NEC EXTOLLUNT.

In eum quem fluctus mundani nil mutant.

* DCCXLVII. *Inſula.*

FESSIS LOCA GRATA CARINIS.

Coelum gratiſſima quies, corporibus juſtorum hoc in orbe laſſis.

* DCCXLVIII. *Inſulam circumſtantes fluctus.*

FERIANT, DUM CORONENT.

Feriant nos adverſitates, dum in alterâ vitâ æternum coronent.

* DCCXLIX. *Idem.*

ALIOS FATIGANT, ME CORONANT.

Improbos adverſitates torquent, juſtos in altera vitâ coronant.

CAPUT XXXVI.

* DCCL. *ISTHMUS.*

ANGUSTIÆ UNDIQUE.

In afflictum omni ex parte.

* DCCLI. *Iſthmus in ipſos fluctus apice ſuo incurrens.*

FLUCTUS INCURRIT IN IPSOS.

In contemptorem periculorum.

* DCCLII. *Iſthmus à maris fluctibus diſcerptus.*

QUI AMAT PERICULUM, PERIBIT IN ILLO.

In evitanda animæ pericula, & occaſiones peccatorum.

CAPUT XXXVII.

SCOPULUS.

* DCCLIII. *In Thesibus Parisiis defensis S. Francisco Xaverio dicatis, scopulus in mari inscribitur.*

OMNIA SUFFERT.

In ejusdem Sancti patientiam.

* DCCLIV. *Scopulus in mari.*

ET MURMURA SPERNIT ET UNDAS.

In generosum animum.

* DCCLV. *Idem.*

NEC UNDAS NEC FULMINA.

In eundem.

* DCCLVI. *Idem ventis et fluctibus allisus.*

NEC MARE NEC VENTI.

In eundem.

* DCCLVII. *Fluctus ad scopulum allisi.*

IN VANUM FRANGERE TENTAS.

In adversitates frustra generosum animum pulsantes.

* DCCLVIII. *Scopulus Echo reddens.*

SUNT AURES, LINGUAQUE SAXIS.

In obstinatum animum, aliquando convertendum, aliosque dein conversurum, uti fuit S. Paulus Apostolus.

* DCCLIX. *Echo à scopulo veniens, ita ut nondum ultimis loquentis verbis emissis, jam tum respondere incipiat.*

PRÆVENIT IMPERIUM.

In promptam obedientiam.

* DCCLX. *Idem.*

VOCABIS ME, ET EGO RESPONDEBO TIBI.

In promptam obedientiam S. Brigittæ exhibuit id Co-

Coloniense Ordinis nostri Monasterium, cum ejus vitam æri incidendam curabat.

* DCCLXI. *Echo à Scopulo.*

NIL NISI VOX.

In garrulum.

* DCCLXII. *Echo è specu subterranea rediens, in Operibus posthumis P. Leonardii Lessii inscribitur.*

REDIT VOX A SEPULCHRO.

In Christum post sepulturam suam resurgentem, ac in variis apparitionibus instruentem Apostolos.

* DCCLXIII. *Echo a scopulo.*

AUDITA REFERT.

In promulgatorem secretorum.

* DCCLXIV. *Idem.*

VERBA IMPERFECTA RELINQUO.

In eum, qui multa promittit, nil præstat.

* DCCLXV. *Idem.*

VERISQUE SIMILLIMA VERBA.

In mendacem.

* DCCLXVI. *Echo sæpe repetita.*

ITERATQUE QUOD AUDIT.

In garrulum.

* DCCLVII. *Idem.*

NOVIT VOX MISSA REVERTI.

In restitutionem famæ proximi læsæ, reparandæ per dictorum revocationem.

* DCCLXVIII. *Scopulus cujus cacumen fulmina radicem feriunt fluctus.*

NEC SUMMA NEC INFIMA TUTA.

Mediâ viâ incedere tutissimum est. Inde hujus sæculi Theologus quidam Theologiæ suæ morali titulum fecit Viæ Mediæ.

* DCCLXIX. *Scopulus.*

STERILESCIT UBIQUE.

In hominem, nullius frugi ubicunque demum versetur.

* DCCLXIX. *Scopulus ad quem margaritiferæ conchæ hærent.*

HÆRENT PRETIOSA LATENTQUE.

Ita ex arduis pretiosa petuntur.

* DCCLXX. *Scopulus.*

INVIUS ET PRÆCEPS.

In rem, nondum tentatam & periculosam.



LIBER III.

DII ET HOMINES.



DII ET HOMINES.
EX HISTORIA PROFANA.

CAPUT. I.

Æ N E A S.

* 1, *Æneas, parentem Anchiſen, ex Trojano incendio ferens.*

PIETAS, SPECTATA PER IGNES.

In pietatem filialem, probatam per ignes variarum adversitatum.

* II. *Idem.*

SIC JUSSIT NATURA PARENS. *Luc. l.* 10.

Obligationis naturalis est, amor in parentes.

* III. *Idem.*

PIA SARCINA. *Ovid.*

In Christum, portatum à B. Virgine, & Josepho, in Ægyptum, quando contra eum, igne ambitionis succensus erat Herodes.

CAPUT II.

ACTÆON.

IV. *Actæon Dianam sese lavantem spectans, in cervum cornutum versus, a Thesauro in quodam Aulæ Sabaudiæ conclavi, inscribitur.*

ALIENA SPECTANS, PROPRIUM SPECTAT MALUM.

In Custodiam oculorum, coram sexu altero.

V. *Eidem Actæoni inscribes.*

LUITUR SIC PARVA VOLUPTAS.

In venationes magnorum Principum, subditis noxias, exiguam voluptatem & magnam animæ in alterâ vita perniciem allaturas.

CAPUT III.

ARGUS.

* VI. *Argus centoculus:*

VIGILANTIBUS UNDIQUE CURIS.

In vigilem Prælatum, Principem, Ministrum.

* VII. *Idem.*

PER-

PERDIUS ET PERNOX.

In eosdem.

CAPUT IV.

VIII. *AMPHION.*

Amphione cytharam pulsante Muri Thebarum coëuntes.

CONCORDIA RES PARVÆ CRESCUNT.

In Concordiam.

In Status Fœderatos Belgii, Quorum hoc symbolum est.

* IX. *Idem.*

ALIQUOD IN CARMINE REGNUM EST.

Ovid. Met.

In Poësin.

In Musicam.

CAPUT V.

* X. *ÆOLUS.*

QUI DAT PRO MUNERE VENTOS.

Ovid. de Pont.

In Thrasonem.

* XI. *Idem.*

NON SPIRAT UBIQUE.

In Spiritum Sanctum, Inspirationes suas dantem eis quibus vult. Cui consonat quod sequitur.

* XII. *SPIRAT UBI VULT.*

In eundem Spiritum Sanctum.

* XIII. *Æolus ventos egressuros è suo carcere, Poëtis fabulantibus coercens.*

SPIRITUS COERCET.

In Exorcistam.

In Sanctam, cui singulare Dominium in Dæmones est.

* XIV. *Idem ventos emolliens efflaturos.*

MOL-

MOLLITQUE ANIMOS, ET TEMPERAT IRAS.

In Eum, qui pacem inter proximos conciliat.

CAPUT. VI.



ALEXANDER, NODUS GORDIUS.

XV. *Nodus Gordius ab Alexandro gladio dissectus.*

CONSILIO MELIUS.

In moderata consilia, quæ violentis longe meliora sunt.

XVI. *Nodus Gordius, ad dissolvendum propositus.*

CUPIO DISSOLVI.

In animam, quæ cum S. Paulo cupit dissolvi & esse cum Christo.

No-

*XVII. *Nodus Gordius, ab Alexandro dissolutus.*

DISSOLVI NESCIA SOLVO.

In mortem, quæ arctissimas amicitias solvit.

* XVIII. *Nodus Gordius ab Alexandro Cæsare solutus.*

DIGNUS CÆSARE NODUS.

Historiæ Ecclesiasticæ nodi, digni fuere, qui solverentur à Cardinale CÆSARE BARONIO.

* XIX. *Idem.*

QUOD NEQUIT ARS, PRÆSTAT VIS.

Vel,

VIS SOLVIT, POTUIT ARS NULLA.

In moderatè adhibitam vim, sæpe utilem.

* XX. *Alexander ab aliis pro Deo habitus, ipse suam mortalitatem agnoscens.*

REX SUM, NIL ULTRA. Horat.

In miseram humanæ conditionis sortem, à quolibet agnoscendam.

* XXI. *Alexander in præsentissima se se pericula objiciens, à gloria stimulatus.*

HORTATRIX GLORIA LETHI.

In quælibet vitæ pericula spernenda, ob gloriam coelestem.

* XXII. *Alexander juvenis decedens.*

ACTA SENEM FACIUNT. Ovid. Met.

In contemptorem mortis, ex spe benefactorum.

* XXIII. *Alexander mortuus.*

HUIC UNI POTUIT SUCCUMBERE.

In heroem invictum.

* XXIV. *Alexander cum tot victoriis quales apud Curtium leges, in tam exigua annorum portione obtentis.*

HÆC SPATIO TAM MAGNA BREVI.

In eum qui consummatus in brevi multa tempora explevit, in rebus bellicis, quales plures hic sistendi essent, qui in hoc bello Turcico, in flore ætatis pro re Christiana sanguinem fundentes, breve ætatis suæ tempus heroicis factis implevere.

Alex-

* *Alexander M. ab Ariſtotele edoctus unum mundum tantum eſſe, flevit, quod à ſe ne unicus adhuc devictus eſſet.*

NUNQUAM SATIABERE QUÆSTU.

In Ambitioſum Principem, nunquam terrenis dominiis ſatiandum.

* XXVI. *Alexander orbis Domitor mortuus.*

SED MORTALIS ERAT. *Ovid.*

In Carolum Ducem Lotharingicum in ultimo bello Turcico tot victoriis celebrem, & immortalitate dignum.

* XXVII. *Alexander M. multis populis devictis, ſemper de pluribus ſubigendis cogitans.*

SEMPER INOPS, QUICUNQUE CUPIT. *Claud.*

In ambitionem humanam inſatiabilem.

* XXVIII. *Alexander in flore juventutis mediis victoriis immortuus.*

SED NULLA POTENTIA LONGA EST. *Ovid. Met.*

XXIX. *Alexander ex triumphis judicandus.*

TESTANTUR FACTA TRIUMPHI.

Inſculptum hoc nummo argenteo vidi honori Wilhelmi Angliæ Regis ac Maximiliani Emanuelis Electoris Bavariæ in Expugnatione urbis Namurcenſis, Anno 1695. factâ.

CAPUT VII.

* XXX. *APELLES.*

Poſt tabulam latens, ac opus ſuum contra ſutorem defendens, cum dicto: Ne ſutor ultra crepidam.

QUOD FECIT, QUISQUE TUETUR OPUS.

In Deum, qui amat, quos condidit.

CA-

CAPUT VIII.

ANTÆUS.

* XXXI. *Antæus ab Hercule proſtratus ſemper reſurgens.*

PROSTRATUS RESURGO.

In peccatorem, qui per dæmonem proſtratus, ſemper per pœnitentiam reſurgit.

* XXXII. *Antæus, ſemper proſtratus, à terrâ Matre ſuâ, novas vires capiens, ab Hercule in aërem elatus ſubactus fuit.*

QUIDLIBET INGENIUM SUBIGIT. *Claud.*

In vim ingenii.

XXXIII. *Antæus à terrâ ſeparatus ſuperatus.*

DUM SEGREGOR SUPEROR.

Dum Segregamur à terreno noſtro nihilo, & in nobismetipſis efferimur, ſuperamur à Dæmone.

CAUPT. IX.

AMOR.

* XXXIV. *Amor numeris & menſuris abjectis pondera utrâque manu ferens.*

NON NUMERO, SOLO PONDERE FERTUR AMOR.

Amor meus, pondus meum. *S. Auguſtinus.*

* XXXV. *Cupido ante apiarium pluribus apibus inſidentibus aculeos eorum ſuſtinens.*

TOT SUNT IN AMORE DOLORES. *Ovid.*

Amor res plena doloris eſt.

XXXVI. *Cupido vinctum Leonem tenens.*

OM-

OMNIA VINCIT AMOR.

In vim & potentiam amoris.

XXXVII. *Cupido, forcipe ignem è foco arripiens.*

QUIS ENIM SECURUS AMAVIT? Ovid.

In pericula, quæ profano amori adjuncta sunt.

* XXXVIII. *Cæcus Cupido, peritiam tamen jaculandi Poetis fingentibus habens.*

META UBIQUE.

In amores in D. Deum directos, qui quocunque jaculentur, in omni re creatâ trangent Deum. Omnes enim res creatæ sunt veluti aspectabiles scopi, ad Deum deprehendendum & suo quodam modo tangendum. De eo ita lusit Sarbievius.

Meta volaturæ steterat teres annulus hastæ,
Annulus, ad doctas pervia meta manus.
Annulus orbis erat, Fortuna ciebat ad orbem,
Et simul æthereus, tela ciebat amor.
Fortunæ mediâ, teres annulus induit hastâ;
Major, ait nobis, Meta petetur amor.
Et temere jactu jaculatur in æthera telum,
Nusquam meta mea est, inquit; ubique mea est.

XXXIX. *Verienus Cupidini, reti plura corda ad se trahenti, inscribit.*

EVADET NULLUM.

In vim amoris profani, erga creaturas, quo, prô dolor, omnes laboramus.

* XL. *Cupido cæcus.*

SIC SEMPER AMORES.

In cæcos mundanorum amores.

* XLI. *Cupido cum arcu & sagittâ.*

MILITAT OMNIS AMANS. Vel MILITIÆ SPECIES AMOR EST.

XLII. *Cupido expansis brachiis.*

CRUX AMOR IPSE SIBI.

XLIII. *Cupido cum tijmpano quasi milites conscribens.*

QUIS NON SEQUERETUR AMOREM?

In

In ſuavitatem amoris Dei.

XLIV. *Bornitius Cupidini dormienti Epigraphen facit.*

NON OMNIA VINCIT AMOR.

* XLV. *Cupido ad nigros & extinctos carbones ſecalefaciens.*

EXTINCTUM VIVERE, FINGIT AMOR.

Ovid. de Ponto.

In amorem etiam eorum, qui mortui ſunt.

* XLVI. *Cupido Ulnas abjiciens.*

RES IMMODERATA CUPIDO EST.

* XLVII. *Cupido Cupidinem reti capiens.*

DULCES AMORUM INSIDIÆ.

* XLVIII. *Cupido Teſtudinem occidens vel Aſinum impellens.*

AMOR ODIT INERTES.

XLIX. *Cupido Chamæleontem tenens.*

OMNIS AMATOREM DECUIT COLOR.

In mundanos amores, qui diverſis coloribus ac prætextibus aut fictionibus gaudent.

LX. *Theſaurus in viridis propugnaculi ædiculâ, plurimas inſcriptiones faciens, quibus ad viridem colorem alludebat, Amorem efformavit per viridia conſpicilia perſpicientem, cum Lemmate.*

TOUT M' EST VERD. Id eſt.

OMNIA MIHI VIRIDIA.

In afflictam mentem, cui amiſſæ color atque dolor, ſemper ingeritur.

CAPUT X.

ARISTIPPUS.

LI. *Atureis compedibus ligatus à Theſauro epigraphen ſuſtinet.*

DI-

DITIOR SED IMPEDITIOR.

In vitam aulicam.

In divitias, quæ multis obſtaculo ſunt in vitam æternam.

CAPUT. XI.

* LII. *ATALANTA.*

Atalanta malis aureis in curſu ſuo retardata.

MAGNES TRAHIT ILLE PUELLAS.

In fœminarum avaritiam.

* LIII. *Atalanta tribus malis aureis capta.*

NON UNO SATURATA MALO.

Sic ſæpe Fortuna.

LIV. *Hippomanes Atalantam projecto auro, curſu ſuperans.*

SIC PERDERE LUCRUM. Vel, PERDENDO VICTOR.

Paupertas Religioſa, in lucro nobis computatur.

LV. *Meleager Atalantæ amore incenſus, immortali bellua devicta ejus triumphi gloriam Atalantæ decedens, à Theſauro inſcribitur.*

FASCINUS AMORIS, VINCIT OMNEM FASCINUM.

In potentiam amoris.

CAPUT. XII.

A T L A S.

* LVI. *Atlas cœlum ferens.*

ONERIQUE FERENDO EST. *Ovid. Met.*

In Principem curis Regni ſui parem.

In B. Virginem & S. Joſephum dignos, Qui orbis Atlantem Chriſtum portarent.

At-

* LVII. *Atlas orbem ferens.*

ORBEM POST TERGA RELINQUET.

In eum, qui spreto mundo, Deo in Religione se se mancipat.

* LVIII. *Idem Atlas cœlum ferens.*

COELUM POST TERGA RELINQUET.

In contemptorem, & neglectorem animæ suæ.

* LIX. *Atlas orbem sustinens.*

NE CORRUAT.

In Conservationem Dei quâ hunc orbem conservat, quâ deficiente in nihilum suum concidet. Affinis huic est ea, quæ Adverbiis moraliter præfigitur imago, à Principe Lubomirio, quatuor Cardinalium virtutum, orbem sustentantium cum Lemmale eodem:

NE CORRUAT.

* LX. *Atlas orbem portans in editione Italicâ Mundi symbolici inscribitur.*

DAT PONDUS HONOREM.

In honorem, quem pariunt onera & pondera officiorum ac Regnorum.

In Electorem Bavariæ, qui Imperatori fert pomum Imperii.

* LXI. *Atlantem mundum quem ferebat, humeris Cæsareis imponentem inscriptum me legisse memini, isto cum lemmate.*

MELIUS SUSTINET.

In domum Austriacam curis ac victoriis suis, sustinentem Romani Imperii orbem.

* LXII. *Postam Uratislaviensem ad quævis remotissima loca se quam citissime diffundentem, expressurus ejusdem Præfectus, Atlantem brachiis orbem complexum, in quo remotissima, Atlanti vicina videbantur, inscripsit.*

REMOTISSIMA PROPE.

In mortem, quæ remotissima credita, prope est;

* LXIII. *Atlas nonnihil lassatus, terræ motum causare fabulantibus Poëtis creditus.*

ET DEFICIT ATLAS.

Etiam moriuntur Imperatores ac cæteri Orbis gigantes.

LXIV. *Atlas.*

SUSTINET NEC FATISCIT.

In Principem oneri parem.

In Christum in sinu B. Virginis.

* LXV. *Atlas mundum ferens.*

PONDUS NON REQUIES. Vel NON HONOR EST SED ONUS. *Ovid.*

In honores.

* LXVI. *Atlas mons à Poëtis cœlum sustinere creditus, ipse fulcitur à terrâ.*

ALIO ATLANTE FULCIOR.

In hujus orbis Atlantes Principes, suffultos ipso Deo.

* LXVII *Atlas cœlum portans.*

COELUM SARCINA PARVA FUIT. *Ovid.*

In Deum, qui cœlum & terram appendit.

* LXVIII. *Atlas humeris & vertice cœlum fulciens.*

VERTICE FULCIT. *Virg. Æne.*

In Principem, qui ingenio sibi à Deo commissa Regna sustinet.

Item in similem Ministrum.

* LXIX. *Atlas robustissimè, & prudenter in humeris mundum sustinens.*

ROBORE ET CONSILIO.

In Principem qui Consilio suorum Consiliariorum & suorum Exercituum robore molem Regni & inimicorum suorum sustinet.

* LXX. *Atlas cœlum ferens, in cœlum post translatus.*

MERUITQUE FERENDO.

S. Joseph & B. Virgo, Christum in terris ferendo, ejus conspectum in æternum meruêre in cœlis.

At-

* LXXI. *Atlas aſſuetus jam mundum ferre.*
QUOD MALE FERS, ASSUESCE, FERES BENE. *Ovid.*

CAPUT XIII.

DIOGENES.

* LXXII. *Diogenes in vaſe.*
NATURA BEATUM OMNIBUS ESSE DEDIT.
Nulli media deſunt ad bene vivendum.

CAPUT XIV.

* LXXIII. *CADMUS.*
Ob interfectum Draconem à Jove uxore Concordiâ donatus.
PER TANTA PERICULA CONJUX. *Ovid.*
In periculum animæ, quo cum ſæpe ad ſtatum conjugalem &c. tendimus.
* LXXIV. *Idem Cadmus uxore Concordia à Jove donatus.*
INGENS CONCORDIA DONUM EST.
In commendationem concordiæ.
* LXXV. *Idem.*
UXOR BONA, SAT BONA MERCES.

CAPUT. XV.

CADUCEUS.

* LXXVI. *Caduceus clavæ Herculeæ conjunctus.*

INGENIO ET LABORE.
Nempe sic quidlibet facile subiges & acquires.

CAPUT. XVI.

CHYMÆRA.

* LXXVII. *Chymæra, plumbeâ hastâ oppugnata, liquefacto vi evibrati ab eâ ignis, plumbo subacta.*
VINCITUR INGENIO.
* LXXVIII. *Chymæra nunquam hastâ ferreâ seu rigidâ subacta fuit, sed plumbeâ cum plumbum in ejus collo liquefactum fuit.*
NON QUIDVIS SUBIGIT RIGOR.
* LXXIX. *Eadem Chymæra, igne quo dimicabat, plumbum proprio damno liquefaciens.*
IN SUA DAMNA FEROX,
In Tyrannum.

CAPUT XVII.

NARCISSUS.

* LXXX. *In aqua se contemplatus, sibique complacens.*
NULLI NON SUA FORMA PLACET. *Ovid.*
* LXXXI. *Narcissus, in aquâ se contemplatus in florem versus.*
QUI SE QUÆRIT, SE PERDIT.
In Philautiam noxiam animæ.

CAPUT XVIII.

CORNUCOPIÆ.

* LXXXII. *Cornucopiæ fructibus turgens, minimè inflatur. Inde Lemma:*

NON

NON INFLATUR.

In charitatem, cujus hoc apud S. Paulum elogium est. In eos qui fructibus bonorum operum pleni maximè humiles sunt.

* LXXXIII. *Cornucopiæ.*

ANTE FERIENS, NUNC DONA FERENS.

In D. Deum, qui in Veteri Testamento rigidus maximis delinquentes pœnis feriebat, nunc in Novo mitem & clementem se ostendit.

* LXXXIV. *Idem.*

DIVES IN OMNES.

In D. Deum.

LXXXV. *P. Engelgrave Cornucopiæ inscribit.*

UT ABUNDANTIUS HABEANT.

In copiosam redemptionem Christi Domini.

* LXXXVI. *Idem.*

NOBIS DONA CONTULIT COELESTIA.

Ex Hym. Omni die &c.

In B. Virginem, quæ cum Christo omnia nobis contulit.

* LXXXVII. *Cornucopiæ copiosos eosdemque varios fructus servans.*

COPIA ET VARIETATE.

In Historicum, delectantem copiâ & varietate rerum gestarum.

* LXXXVIII. *Idem.*

HÆC NULLI MUNERA DESUNT.

In gratias actuales, aliaque media saluti nostra animæ necessaria.

* LXXXIX. *In Adverbiis Moralibus Principis Lubomirii Cornucopiæ Epigraphen habet.*

NECESSITATI ET VIRTUTI.

Ita serviant nobis divitiæ nostræ.

Cornucopiæ apud Verianum inscribitur.

HERCULIS MUNUS.

In gratias & favores cujusdam Belliducis.

* XC. *Idem.*

MERCES COPIOSA.

In retributionem æternam.

CAPUT XIX.

DÆDALUS.

* XCI. *Cereæ Alæ à Dædalo confectæ, deinde ab Icaro aßumptæ, ac solis æstu liquefactæ.*

FLUXIS NE FIDITO REBUS.

* XCII. *Idem Dædalus, alas cereas Icaro formans, quibus cœlum peteret.*

INGENIO PETITUR COELUM.

* XCIII. *Eædem Dædali cereæ alæ.*

FAMAM DAT PENNA NECEMQUE.

In scriptorem, qui se libris scribendis exhaurit, simul tamen optimam famam conciliavit.

* XCIV. *Dædali Alæ ex cera ab apibus confectæ ad cœlum Icarum levaturæ.*

ALIENO AD ÆTHRA LABORE.

Labore & meritis Christi cœlum petimus.

In Indulgentias, quibus aliorum satisfactionibus purgamur, & cœlum petimus.

CAPUT XX.

DANAIDES.

* XCV. *Irrito labore dolium perforatum implentes.*

VEXAT LABOR IRRITUS OMNES.

In varios ac irritos hominum, hoc in orbe labores.

CAPUT. XXI.

DAPHNE.

* XCVI. *Libidinosi Apollinis persecutiones fugiens, in laurum conversa in Imagine Primi sæculi inscribitur.*

FUGA LAURIGEROS, PARIT ILLA TRIUMPHOS.

In occasiones libidinosas, à juventute vitandas.

* XCVII. *Eadem Daphne sic Apollinem fugiens, ab Auctore Colloquiorum inscribitur.*

QUI ME FUGGIA ME CORONA.
QUI ME FUGAT ME CORONAT.

Sic sæpe depressionibus adversariorum coronamur.

* XCVIII. *Daphne eadem à Fevilleo inscribitur.*

LAUROS QUÆRIT, ET ASSEQUITUR.

In quendam voti sui compotem.

CAPUT. XXII.

DIANA.

* XCIX. *Placet hic quædam, ex Thesauro, de Dianâ Symbola, quibus Regiæ Venationum Sabaudi Principis ædes ornatæ sunt, in medium adferre.*

* C. *Ante Eleæ Dianæ templum, diversis ludis, competitores exerciti, Lemma tenent.*

CURSUS, LABOR, SUDORQUE; LUDUS OMNIA.

In hujus mundi labores, qui comparati ad æternæ gloriæ, quam in nobis operabuntur pondus, ludus & joci sunt.

CI. *Diana Virginum choro allaborante, horribilem Thracum stragem edens.*

NIL PROVOCATA, PEJUS INNOCENTIA.

CII. *Lygdamus, Thracum Tyrannus, Ephesinum Dianæ Templum ferro demoliri, aggreditur.*

NEDUM SUPREMOS EXCIPIT LIVOR DEOS.

Eximiæ virtutis viros intellige.

CIII. *Endimion Astrologus, Lunam (quæ Diana est) contemplatus, amore ejus captus, ab ejus contemplatione dimoveri non potest.*

QUO TENDIT OCULUS, COR STATIM TENDIT SEQUAX.

In custodiam oculorum.

CIV. *Una ex Dianæ sociis, jam jam à Leone devoranda, Deam invocat, quæ feram jaculo exanimat.*

FIDUM REPERIET, QUI DEO EST FIDUS, DEUM.

CV. *Diana, in Armenio saltu subdolo reti Tygrim involvens.*

QUAM VIS APERTA MELIOR ET PULCHER DOLUS.

CVI. *Diana, aureo telo pugnans.*

STERNUNTUR ISTO MAXIMÆ TELO FERÆ.

In potentiam auri, in subigendis inimicis.

CVII. *Diana Dyctinna, aureum rete monstrosorum piscium capturâ distentum, ducens.*

OCCURRIT ULTRO, TALIBUS PRÆDA LAQUEIS.

In idem.

CVIII. *Diana, sola à Calydoniis spreta, portentosum in eos aprum immittens.*

DEESSE VINDEX NUMINI, IRATO NEQUIT.

In

In omnes creaturas, ſervientes divinæ vindictæ in impiis puniendis.

CIX. *Diana inferna, tartarea monſtra venatur.*

VEL INTER UMBRAS, NOBILIS VIRTUS MICAT.

In virtutem, nullibi lalentem. Hucuſque *Theſaurus.*

CX. *Cupido venanti Dianæ nil nocens.*

CEDIT AMOR REBUS.

In otium, libidinoſorum amorum incentivum.

CAPUT XXIII.

* CXI. *FAMA.*

VERIS FALSA REMISCET. *Horat.*

In mendacem Hiſtoricum.

* CXII. *Eadem.*

HAUD NESCIA RERUM. *Virg.*

In Virum, rerum publicarum gnarum.

* CXIII. *Eadem, etiam abſentibus minimè parcens.*

SÆVIT IN ABSENTES. *Virg.*

In Detractorem.

* CXIV. *Eadem.*

RARA VENIT MERITIS.

In mundi ingenium, qui indignos remunerat.

* CXV. *Eadem immortalis.*

SOLA HÆC, EST FUNERIS EXPERS.

In immortalitatem boni nominis, Juſtorum. *Nomina eorum vivent in æternum, Eccleſiaſt.* 14.

CAPUT. XXIV.

FORTUNA.

CXVI. *P. Engelgrave Fortunæ cum rota ſua inſcripſit.*

TE FACIMUS FORTUNA DEAM.

In S. Catharinam Martyrem, rotæ mucronibus tortam.

* CXVII. *Eadem.*

SORS MEA MORTALIS.

In animam, spiritualia ac cœlestia bona, nullum sors jus seu locum habens.

* CXVIII. *Eadem à variis honorata.*

AMAT REVERENTER HABERI.

Fortuna utendum, non abutendum.

* CXIX. *Eadem.*

COMITE NON DUCE.

Virtus dux nostra si sit, Fortunam Comitem secum feret.

* CXX. *Eadem virtutem amplexa.*

QUAM BENE CONVENIUNT.

Virtus secundis rebus jungenda est.

CXXI. *Eadem in humili loco quiescens.*

NIMIS ALTA RUIT, NIMIS IMA JACET.

Audi Poëtam.

Summa vel ima fuge, extremum deflebis utrumque
Sors nimis alta ruit, sors nimis ima jacet.

* CXXII. *Fortuna divitiis, non animo Dominans.*

OPES, NON ANIMUM.

In excellentiam animi, omnibus fortunæ telis majoris.

* CXXIII. *Fortunæ in globo.*

NULLO, CERTA TENAXQUE LOCO. *Ovid.*

In fortunæ inconstantiam.

CXXIV. *Fortunam duos homines ante sese habentem, & duos nolentes post se trahentem, Ludovicus XI. Rex Galliæ exhibuit, isto cum Lemmate.*

HOS VOLENTES ILLOS NOLENTES.

Volentem fata ducunt, nolentem trahunt.

CXXV. *Fortunam exhibitam vidisse memini, situlam è puteo attrahentem, alteramque dimittentem, cum Lemmate.*

AL-

ALTERNAT VICES.

In alternantem Fortunam, prospera & adversa inter.

CAPUT XXV.

* CXXVI. *GANYMEDES.*

Ganymedes, à Jove sese in Aquilam mutante, in cœlum sublatus.

SUBLIMIA PER TE.

Per Deum, ejusque gratiam, cœlum petimus.

Item gratia Dei ad sublimia in virtutibus ferimur.

* CXXVII. *Ganymedes in cœlum sublatus Jovis favore, mox ex eodem exesse jussus.*

NIMIO NE CREDE FAVORI.

In diffidentiam mundo, aut aulæ habendam, in nimiis favoribus.

CAPUT XXVI.

HERCULES.

* CXXVIII. *Hercules clavâ suâ instructus.*

INDE TIMETUR.

In Principem, armis suis formidabilem.

In S. Crucem, quæ clava nostra est multum Dæmoni formidabilis.

* CXXIX. *Hercules cum suis quæ divicit monstris depictus.*

NON HERCULES ABSQUE MONSTRIS.

Animus generosus, ex victoria passionum suarum dignoscitur.

Nemo magnus sine æmulis fuit.

CXXX. *Hercules, tot monstris exagitatus, Lemma in Atlantis Blaviani frontispicio tenet.*

IN-

INDEFESSUS AGENDO.

In D. Deum.

In Magnum Principem, nullis curis aut laboribus fatigandum.

CXXXI. *Henricus Valesius Galliæ Rex, Herculem Hydræ caput amputantem sed pluribus aliis succedentibus exhibuit, cum lemmate.*

CONCUSSA UBERIOR.

Cui & consonat illud:

UNO ABSCISSO PLURA RECURRENT.

In plures adversitates, viris justis, unâ devictâ succrescentes.

CXXXII. *Hercules contra hydram succrescentibus novis capitibus, depugnans, cum Lemmate.*

DONEC DEFICIANT *Psalm* 17.

In pugnam malis affectibus nostris faciendam, usque dum omnes subacti fuerint.

In Principem non cessaturum, donec devictos habeat inimicos.

* CXXXIII. *Hercules, cum tot suis fictis laboribus.*

PARS MAXIMA, FICTA LABORUM. *Ovid.*

In eum, cui res præclarè gestæ affinguntur plurimæ.

* CXXXIV. *Hercules, devictis hostibus in cœlum translatus.*

POST FATA QUIESCIT. *Ovid.*

In æternam requiem, post hujus sæculi labores, obventuram, justis in cœlo.

* CXXXV. *Hercules, cum laboribus suis propositus Juventuti.*

VIRTUTEM EX ME, VERUMQUE LABOREM.

Lemmate sumpto ex Poëta.

Disce puer virtutem ex me, verumque laborem,
Fortunam ex aliis.

In magnum Principem, posteris suis in exemplum propositum.

De-

* CXXXVI. *Depictum vidi in quodam Palatio Principem Lubomirium, ista cum Epigraphe.*

VIRTUTEM EX ME, FORTUNAM EX ALIIS.

* CXXXVII. *Hercules cum hydrâ multicipiti.*

NEC PLURIBUS IMPAR.

In Imperatorem Leopoldum, eodem tempore ſimul Teckeliano, & Turcico bello impetitum, hactenus iis hoſtibus non tantum non imparem, ſed & ſuperiorem.

In Religioſum, carne, mundo, & dæmone, ſuperiorem.

CXXXVIII. *Carolus IX. Rex Galliæ Herculem cum Hydrâ, quæ ultimus ejus labor fuit, exhibens, eidem inſcribit.*

HÆC META LABORUM.

Meta laborum eſt, infernalem hydram, in agone devincere, eâ tunc devictâ, metam omnium laborum habituri.

Meta hominis Chriſtiani eſt, hydram ſeptem mortalium peccatorum devincere, ac proprias paſſionum ſemper repullulantium hydras, ſubjicere imperico rationis.

CXXXIX. *Hercules cum hydrâ, aliquando inſcriptus fuit.*

ASSURGENTIBUS UMBRIS.

In Demonem atque infernales umbras aſſurgentes, debellandas Herculeo & conſtanti labore.

CXL. *Hercules ſtrenuitate parem non habens, Junonis ope Heben juventæ Deam, parem in venuſtate non habentem ducens in uxorem, in ſolemni receptione Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis, & Franciſcæ à Francia anno 1663. à Theſauro exhibitus fuit cum Lemmate.*

PAR SINE PARI.

In Sanctiſſimum conjugium S. Joſephi cum B. Virgine Maria, neque enim illa, nec ille ſibi in Sanctitate & præeminentia parem habuere.

Ex-

* CXLI. *Expreſſurus Abbas Theſaurus res bello & pace à Victore Amedeo Sabaudiæ Duce geſtas, Herculeam clavam à dextrâ horridam & nodoſam, à lævâ frondiferam in oleam, expreſſit, iſtâ cum geminâ inſcriptione, dextræ parti.*

OLIM DOMITURA GIGANTES.

* CXLII. *Parti levæ vero.*

ET PACEM LATURA POLO. *Claud. De Hon.*

In Principem bello & pace Inclytum.

* CXLIII. *Hercules in cunis, jam diſcerpens angues.*

ET JAM IN CUNIS HERCULES.

In Chriſtum jacentem in præſepio, in quo jam tum cœpit infernalem anguem diſcerpere.

* CXLIV. *Idem Hercules in cunis cum anguibus.*

CUNARUM LABOR EST.

In Idem.

* CXLV. *Hercules Cervam Dianæ ſacram, intactam relinquens.*

VEL TANGERE NEFAS.

In immunitatem rerum & perſonarum Deo Sacratarum, ſervandum.

* CXLVI. *Cardinalis Staniſlaus Hoſius, Maſenio teſte Herculi captum à ſe cervum portanti, inſcripſit.*

ONUS MEUM LEVE. Vel NON EST LABOR NEC GRAVABOR.

Videtur vir hic Doctiſſimus ac Piiſſimus inſinuare voluiſſe, eas quas Galenus Cardinalitius ſibi afferebat graves curas & onera, ſibi propter Deum levia fieri.

Idem de ſtatu Religioſo dixeris, qui eſt onus leve, iis qui illud ob Deum portant, neque ob ullos alios reſpectus.

Ambitioſos etiam hoc concernit, qui graviſſima quæ ſubinde portant in aulis ſervitiorum onera, levia ſibi faciunt & credunt.

* CXLVII. *Hercules cum diverſis monſtris.*

NON

NON ÆQUA LABORUM GLORIA. *Claud.*

In diverſitatem præmiorum cœleſtium, dandorum ad diverſa merita & labores.

* CXLVIII. *Herculesfamoſiſſimus ex tot monſtris domitis*

PAR FAMA LABORI. *Horat.*

In famam Miniſtri laboribus ejus reſpondentem.

* CXLIX. *Hercules cum devictis monſtris.*

LABORE, SUBEGIT. *Horat.*

In Religioſum, qui poſt plurimorum annorum labores & mortificationes, monſtra ſuarum paſſionum ſubegit.

* CL. *Hercules in cunis angues diſcerpens.*

MULTA TULIT FECITQUE PUER.

In Chriſtum puerum, qui à puero perſecutiones paſſus, tulit ſubditus eſſe Joſepho & B. Virgini.

* CLI. *Hercules in cunis angues diſcerpens.*

IN LABORIBUS A JUVENTUTE. *Pſal.* 86.

In Chriſtum à juventute, in laboribus Redemptionis noſtræ conſtitutum.

In Miniſtrum, à Juventute ad aulæ labores tranſlatum.

* CLII. *Hercules cum hydrâ.*

OCCIDIT, NON EXCIDIT.

In paſſiones, & malos affectus, per mortificationem occiſos, non exciſos, ſed identidem repullulaturos.

CLIII. *Hercules cum tot devictis Monſtris à Mullero inſcribitur.*

NON LABOR EST, SED NATURA.

In belli Ducem, labores bellicos, ex conſuetudine jam inter minima reputantem.

* CLIV. *Hercules fabulantibus Poëtis, aurea vincula ex ore fundens, quibus homines alligatos poſt ſe trahit, cum lemmate.*

VERBO, NON FERRO.

In vim Rhetoricæ, in animis hominum trahendis; recte

Recte R. Pater Christophorus Einarowitz S. J. in florentissimo Varsaviensi ejusdem Societatis Jesu Gymnasio Rhetorices Professor, ei inscripsit. *Imperium animorum, in Regno Eloquentiæ.*

CLV. *Idem Hercules, ore catenato populos post se trahens.*

NON DULCIOR ULLA POTESTAS.

In idem.

CLVI. *Hercules Cerberum cum socio devincens.*

CONCORDIA HEROUM.

In Augustissimum Imperatorem Leopoldum, & serenissimum Joannem III. Regem Poloniæ, quando Turcicum Cerberum, in liberatione Viennensi profligabant.

CLVII. *Hercules Taurum ingeniose occidens.*

VIRIBUS ET INGENIO.

In tentationes dæmonis fortiter & ingeniose rejiciendas, uti faciebat tentatus ille ac rogatus à Dæmone quid crederet, qui *R. Quod Romana Ecclesia*; & iterum Rogatus, quid illa crederet, *R. quod ego.*

In Belliducem, qui fortiter & ingeniosè per Stratagemata hostem novit devincere.

CLVIII. *Herculis Columnæ, ultra quas nil dari veteres credebant.*

SUA META LABORI EST. *Vel,*
HABET ET VIRTUS METAS.

In finem omnibus creatis constitutum.

CLIX. *Herculis clava, cum Mercurii Caduceo, manu amplexata.*

INGENIO, ET LABORE.

Nempe hisce omnia adipiscimur.

* CLX. *Herculis clava, eodem custode, à nemine vincenda.*

SUB HERCULE TUTA. *Ovid. lib. Fast.*

Omnis potestas tuta est, sub forti Regente & Gubernatore.

Her-

* CLXI. *Herculis clava tot laboribus exercita.*

REGNA LABOR MORTALIA VEXAT.

Claud.

In Labores & curas, omnium coronarum, individuas comites.

* CLXII. *Hercules, clavâ armatus portæ domus suæ à gentili quodam præfixus, cum Lemmate.*

NE QUID MALI INGREDIATUR.

In timorem Dei, custodem domuum Christianarum.

Item in Dom. Deum, qui nisi custodierit Domum, in vanum vigilant qui custodiunt eam.

CAPUT XXVII.

JANUS.

* CLXIII. *Ianus Bifrons.*

NIL TIMET A TERGO. *Claud. Vel,*

NULLI VERTO TERGUM.

In virum prudentem, perspicaciâ sua prævidentem, quæ adhuc remota sunt.

In militem generosum.

* CLXIV. *Ianus Bifrons.*

BIS UNUS.

In parentem, binâ in prole superstitem.

* CLXV. *Idem.*

UNDIQUE FRONS EST.

In perspicaciam divinam.

In Virum providum, futura & præterita respicientem.

* CLXVI. *Idem Ianus Comite Natale aßertore, memor beneficii quo Saturnus in Italiam veniens, eum artem regnandi docuerat, se dulpici capite cudi in æreo nummo jussit, qui duplici capite, suo & Saturni regnaret.*

INGRATUM REGNARE NEFAS.

INGRATUM REGNARE NEFAS.

In Reges & Regentes terrenos, ut se hoc Jani exemplo, memores reddant obligationis suæ, erga eum, qui de se ait, *Per me Reges regnant & legum conditores juxta decernunt Proverb.* 8.

* CLXVII. *Janus orsus creditur nova sæcula.*

ORSUS NOVA SÆCULA.

In Principem, qui secum Regno, meliora sæcula & tempora adfert.

CAPUT XXVIII.

J A S O N.

* CLXVIII. *Jason, in Colchon navigans, cum aureo vellere redux.*

NON SINE VELLERE REDUX.

In eum, qui profectus in exteros, redux fuit cum vellere Episcopali.

Item, in Equitem similiter reducem, cum aureo Vellere.

* CLXIX. *Idem Jason, cum paucis sociis in Colchon abnavigans, pro aureo vellere asportando.*

PAUCOS HOC MUNERE DIVI.

In exiguum electorum numerum, à quibus asportandum est cœlum.

* CLXX. *Vellus aureum, à Jasone inter plurima discrimina, & pericula asportatum.*

ISTIS CRESCUNT HÆC VELLERA PRATIS.

In virtutem, & cœlum sudore & labore parandum.

CLXXI. *Iason, post tot labores vellus aureum reportans.*

PRETIUM NON VILE LABORUM.

In mercedem copiosam,& mensuram plenam, superefffluentem & coagitatam in sinus beatorum in cœlo dandam.

CA-

CAPUT. XXIX.

ICARUS.

* CLXXII. *Icarus, paratis sibi à Dædalo parente cereis alis, cœlum petiturus, iis in supremâ aeris Regione liquefactis, turpi lapsu in terram præcipitatus.*

NIL TUTUM IN SUMMIS.

In dignitatibus nil firmum & tutum est.

* CLXXIII. *Idem Icarus cœlum petiturus.*

RESPICE FINEM.

* CLXXIV. *Idem Icarus arte paternâ in altum conscendens, mox relapsus.*

INGENIO PERIT ILLE PATRIS.

In plurimos, curis paternis ad honores sublimatos, in æternam animæ suæ perniciem.

* CLXXV. *Icarus.*

PATREM NE DESERE NATE.

In præcepta & bonorum parentum exempla, à filiis non spernenda.

CAPUT XXX.

JUPITER.

* CLXXVI. *Jupiter, in aquilam transmutatus, ac Ganymedem in cœlum assumens, futurum ibidem sibi in deliciis, in quodam Lubomiriano Palatio inscribitur.*

NON IDEO MINOR.

Videtur Celsissimus symboli Auctor, insinuare voluisse, Viris magnis, nil per hoc decedere, quod subinde suis curis nonnulla gaudia interponant.



* CLXXVII. *Jupiter.*

OMNIBUS IDEM. *Virg.*

Rex Jupiter OMNIBUS IDEM.

In D. Deum, qui omnibus idem, non respicit personam hominis.

* CLXXVIII. *Jupiter, impiam Gigantum turbam diu passus, tandem ausos cœlum ipsum impugnare, fulmine disjicit.*

LENTA IRA DEORUM EST. *Iuvenalis.*

In tardam D. Dei in peccatores vindictam.

* CLXXIX. *Idem Jupiter eosdem Gigantes cœlum impugnantes deturbans.*

SIC JOVIS INTEREST. *Horat.*

Interest D. Dei, blasphemos aliosque sæpe peccatores, in aliorum exemplum punire.

Ju-

* CLXXX. *Jupiter, fabulante Poësi catenâ aureâ in cœlum suos trahens.*

SIC VINCIT, UT ATTRAHAT. *Vel,*
UT ATTRAHAT, NON UT VINCIAT.

In D. Deum, qui sæpe adversitatum catenis hoc in sæculo suos vincit, ut per eas ad se attrahat, quos absque his perituros prævidebat.

*CLXXXI. *Respublica Gedanensis excipiens Joannem III. Regem Poloniæ, ejusdem Regiæ liberalitati exprimendæ, Jovem exhibuit pluviam auream in Dianæ sinum depluentem, cum Lemmate.*

OPIBUS SOLATUR AMICIS. *Virg.*

In D. Deum, à quo omne datum optimum & donum perfectum est.

In Spiritum S. in sinum B. Virginis Mariæ sese largius effundentem, in Annuntiatione &c.

In liberalis indolis Principem.

In Eleemosynarium.

* CLXXXII. *Iupiter è cerebro suo Palladem proferens.*

MENS PRETIOSA PARIT. *Vel,*
MENS QUOQUE NUMEN HABET. *Ovid.*

In partus ingeniorum, quoscunque alios longe excedentes.

*CLXXXIII. *Quando Hagæ Comitis, Consilium bellicum Confœderatorum Regum ac Principum, contra Galliam cogebatur, honori Wilhelmi Angliæ Regis numisma cusum fuit argenteum, elegans admodum Iovem consilium Deorum contra Gigantes cogentem exhibens, cum inscriptione.*

DIGNAS JOVE CONCIPIT IRAS, CONSILIUMQUE VOCAT. *Ovid. Met.*

In Principem, cogentem bellicum Consilium, extirpandis Regni sui hostibus.

* CLXXXIV. *Iupiter, Olympum amplissimum Montem incolens.*

AMPLIOR HOSPES.

In B. Virginem, quæ gratiâ plena Deum in utero suo hospitem habuit. *Canente Ecclesiâ.*

Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis.
In tua se clausit viscera, factus homo.

* CLXXXV. *Jupiter pusio, sine fulmine.*

PARVUS, INERMIS ERAT. *Ovid.*

In Christum natum, nil nisi amores spirantem.

Ecce Rex tuus tibi venit mansuetus.

* CLXXXVI. *Jupiter, Poëtâ teste.*

PAUCI, QUOS ÆQUUS AMAVIT.

In paucitatem prædestinatorum ad gloriam, nihilo tamen minus repugnantem divinæ æquitati.

CAPUT. XXXI.

JUNO.

CXXXVII. *Iunonem Iovi in numismate quodam adjunctam legisse me memini, cum Lemmate.*

JUNCTA JOVI, JUVAT.

In B. Virginem, quæ Regina cœlorum, Christo filio suo in cœlo juncta, orbi suo patrocinio mire subvenit.

In Reginam, partem in Regni curis sustinentem.

* CLXXXVIII. *Iuno, Herculem parvum lactans.*

HOC HERCULES UBERE CRESCET.

In ubera Beatissimæ Mariæ Virginis, quæ lactaverunt Christum Dominum.

* CLXXXIX. *Iuno, Iovi desponsata.*

EST ALIQUID NUPSISSE JOVI. *Ovid.*

In excellentiam desponsationis B. Virginis, à Spiritu Sancto, factam.

CXC. *Iuno contra Troyam, Diana pro Troyâ, singulari inter se conflictu Iove spectante digladiantes, à Thesauro inscriptionem habent.*

HIC VULT, HIC NON VULT.

ALI-

ALIUS DISCRIMINA SPECTAT.

Jn aulicum vivendi morem.

CXCI. *Iuno, contra Troyam, apud Iovem, causam evincens.*

IMPERAT, ET IMPETRAT.

In Reginam cœli, B. Virginem, quæ cum Christo, apud Cœlestem Patrem, causam pro nobis perorat.

* CXCII. *Diana pro Troyâ, Iuno contra Trojam, singulari inter se conflictu digladiantes Iove spectante.*

NEC SIDERA PACEM, SEMPER HABENT,

In modicas æmulationes, quæ inter pios & Religiosos sæpe viros oriuntur, Exemplo Angelorum, *Cap.* 10. *Dan.* discordium.

CAPUT XXXII.

JUSTITIA.

* CXCIII. *Iustitia terras regens & dirigens.*

ASTRA DEUS, TERRAS ASTRÆA.

In eandem Justitiam, quæ orbis merito Regina dici potest.

* CXCIV. *Eadem Iustitia, velatis oculis, nullum exoratorem cernens, neque corruptorem.*

NEC PRECE, NEC PRETIO.

In duas justi judicis qualitates, ut inexorabilis sit, & incorruptibilis.

CAPUT XXXIII.

* CXCV. *IXION.*

Ixion, supplicio suo mulctatus.

CULPAM POENA PREMIT COMES. *Horat.*

CAPUT XXXIV.

* CXCVI. *MEDUSA.*

Apud Auct. Colloq. Medusa intuitu hostes exanimans inscribitur.

VINCIT, QUEM RESPICIT HOSTEM.

In Belliducem solâ præsentiæ suæ famâ, hosti terrorem incutientem.

* CXCVII. *Medusæ capilli in angues transmutati.*

PLURES, FERT PECTORE.

In timorem malorum, ac remorsum conscientiæ, qui major est intus quàm extra appareat.

CXCVIII. *Medusæ caput conspectum lapidescere faciens à Vereno inscribitur.*

NE ASPICIAS.

In oculorum custodiam, coram altero sexu, quo optimi periere, & post erga Deum indurati sunt.

* CXCIX. *Ejusdem Medusæ angues.*

PALLADE FORMATI.

Multis remorsus conscientiæ, quos habent ab altero sexu, formati sunt.

Idem multis contigit ab ingenio.

CAPUT XXXV.

M A R S.

CC. *Mars in fronte Armamentarii Augustani, inscribitur.*

ULTIMUM REMEDIUM.

In arma, non sumenda, nisi ultimâ necessitate exigente.

Mars.

* CCI. *Mars.*

REGNA FULCIT, ET EVERTIT.

In bellorum utilitates, & damna quibus Regna servantur, & evertuntur.

* CCII. *Mars Larva pacis indutus.*

MARS GRAVIOR SUB PACE LATET. *Claud.*

In fictam pacem, futuram occasionem secuturorum bellorum, qualem prô dolor, sæcula nostra viderunt causam.

CAPUT XXXVI.

MERCURIUS.

* CCIII. *Mercurius Jovis nuncius.*

QUO JUSSA TONANTIS.

In animum, in volunratem Dei resignatum.

CCIV. *Mercurius, Centoculum Argum fistulâ in somnum inducens, à Sambuco inscribitur.*

NON EST PRUDENTIA, QUÆ DOLO RESISTAT.

In vim dolorum.

CCV. *Mercurius ubique Deorum jussa exequens, à Clarissimo Viro, Sebastiano Peschel, Cæsareorum Vratislaviæ Veredariorum Magistro, inscriptus fuit.*

IN OMNEM TERRAM.

In Cæsarearum postarum, ad quævis loca sese extendentium, commendationem.

In immensitatem D. Dei.

CCVI. *Mercurio, in pileo, & pedibus alato Burgundia in Lapide Lydio inscribit.*

A CAPITE AD CALCEM, TE DOCES ESSE LEVEM.

In vanitatem mundanorum saltuum eosque amantium.

Mer-

* CCVII. *Mercurio fidibus ludente, Gratiæ associatæ, apud Thesaurum inscribuntur.*

NON SINE MERCURIO.

Gratia, sine acumine ingenii nulla est.

CCVIII. *Imago primi sæculi Mercurio inscribit.*

HIC FAS PER LIMEN UTRUMQUE, SOLUS HABET.

In vitam activam, & contemplativam Societatis Jesu.

* CCIX. *Mercurii statua, in bivio collocata, & viam monstrans, in Imagine eadem inscribitur.*

HAC MONSTRAT EUNDUM.

In libellum Exercitiorum spiritualium, *S. Ignatii.*

* CCX. *Princeps Lubomirius, in Balnei sui prope Varsaviam frontispicio, Caduceo Mercurii, superimposito eidem pileo, inscripsit.*

MENTI QUIES, VIRTUTI LIBERTAS.

GENIUM Eum esse adscribebat DOMUS ILLIUS seu Balnei sui.

CAPUT XXXVII.

MINERVA.

* CCXI. *Manervi cum noctuâ, apuâ Alciatum inscribitur.*

SECRETUM SAPIENTIA QUÆRIT.

In silentium, quod sapientibus familiare est.

CCXII. *Minerva, juxta adagium.*

HAC OBSTANTE NIHIL.

Nil invitâ fortunâ.

CAPUT XXXVIII.

MOMUS.

* CCXIII. *Momus cui nemo satisfacturus.*

NE-

NEMO SATISFECIT, NEMO SATISFACIET.

Memores ſint ſuperiores quivis verſuum eorum, quos urbis Clivenſis Ducatus Cliviæ Metropolis Curiæ, præfixos Legi. Cunctis velle placere Cave, namque omnibus unquam

Nemo ſatisfecit; Nemo ſatisfaciet.

* CCXIV. *Momus nulli, ac nullâ in re parcens.*

QUÆLIBET IN QUEMVIS. *Horat.*

In Detractorem.

* CCXV. *Momus, omnium odio expoſitus.*

QUÆ FECIT, DEBUIT IPSE PATI. *Ovid.*

In talionem, juſto Dei judicio nobis in iis conſtitutum, quibus proximo in honore nocemus.

* CCXVI. *Momus.*

OMNIBUS INVIDEO, MIHI NEMO.

In invidos, quibus cum male ſemper ſit, invidiam aliorum minime patiuntur.

* CCXVII. *Momus odibilis.*

FACTA MERENT ODIUM. *Ovid.*

In eum, qui odioſus eſt non fortuito, ſed id optime meritus.

CAPUT XXXIX.

MORS.

CCXVIII. *Mortis Sceleton.*

OCULIS ET MENTI.

In meditationem mortis ſumendam, ex mortis imagine viſa.

* CCXIX. *Sceleton mortui corporis.*

QUAM DISPARE FORMA? *Vel,*

QUANTUM MUTATUS AB ILLO?

In meditandam deformitatem Corporum noſtrorum, poſt mortem.

Idem

* CCXX. *Idem.*

QUI SIS FUERISQUE MEMENTO. *Vel,* QUIS FUERIM NUNC SCIRE LICET.

In meditationem deformis modo corporis noſtri ab intra fœditatem, & ejus è qua formati ſumus maſſæ, quæ optimè mortuis nobis apparet.

* CCXXI *Idem.*

MENDAX FORMA BONUM.

Formoſa corpora puellarum, velut dealbata ſepulchra mediteris, quæ intrinſecus plena ſunt omni fœditate.

* CCXXII. *Mors ſoli corpori dominans, & mortalia omnia tollens.*

OMNIA, NON ANIMUM.

In animæ immortalitatem.

* CCXXIII. *Mors ad cunas.*

NASCENTES MORIMUR.

Vita noſtra, continua mors eſt, vel ab ipſo ſuo exordio.

CCXXIV. *Fredro, ſceleto mortuali regio inſcribit.*

TANDEM HÆC FACIES MAJESTATIS.

CCXXV. *Mortis imagini januæ aliquando inſcriptum, legi illud S. Hieronymi.*

SENIBUS IN JANUIS, JUVENIBUS IN INSIDIIS.

Ipſa juventus ſæpe morti obnoxia eſt.

* CCXXVI. *Mors cum Columnis Herculeis.*

NON PLUS ULTRA. audi Theſaurum,
NON PLUS Alcides, PLUS ULTRA. Carolus, at mors;
PLUS ULTRA NEMO, progredietur, ait.

CCXXVII. *Integer ſceletorum numerus, adinſtar Senatorum in Curiâ ſedens, inſcriptus aliquando à me viſus fuit.*

CON-

CONSULTORIBUS ISTIS.

Nempe, in omnibus, si mortem pro consultore adhibuerimus, recte vitæ nostræ consila instituemus.

* CCXXVIII. *Mors nulli superabilis.*

VIS NESCIA VINCI.

In eandem, quæ fortissimos etiam domat.

* CCXXIX. *Mors lilia & sentes demetens, apud Bornitium inscribitur.*

LILIA SENTIBUS ÆQUAT.

In eandem, nullo respectu utentem inter bonos, & malos, juvenes, & senes.

CCXXX. *Schonhardt, Mensam exhibet, in quâ conchylia, & cochleæ ab homine comedebantur, quæ inversa cadaver hominis continebat, quod comedebatur à vermibus, cum inscriptione.*

VICISSITUDINE MIRA.

Hoc gulam nostram continebit, si recordemur à vermibus delicatulum hoc corpus comedendum.

CCXXXI. *Idem Schonhardt, domicellæ, sceleto mortis à latere associatæ, ac speculum intuenti, inscriptum habet.*

HUC RESPICE.

Utinam! ad calvarias magis respiciant tot puellæ, quam ad specula, ut se morti inde, & cœlesti sponso magis ornent, quàm mundo. Recordentur itidem eædem à latere sibi assistentis & forte vicinæ mortis.

* CCXXXII. *Puella compta, in speculo se se aspiciens, ex adverso speculi, mortis sceletum sibi objectum videns.*

NON FALLIT IMAGO.

Nempe, in venustissimis etiam corporibus, nil nisi fœdæ mortis simulacrum circumferimus.

CCXXXIII *Mors quoslibet sternens.*

INSIGNES ET IMOS *Horat. vel,*

HUC

HUC SUMMUS, ET INTIMUS ORDO.

In mortis imperium.

CCXXXIV. *Calvaria defuncti hominis, in Speculo exhibita, cum Epigraphe Gallicâ.*

MIROIR, QUI NE FLATTE POINCT.
NESCIT ADULARI.

Titulus eſt libri cujuſdam Gallici.

Nempe in hoc contemplamur quales vere ſumus.

CCXXXV. *Mortuum ſceletum, in cujuſdam Coloniensis Partenonis januâ, inſcriptum legi:*

IPSAS SÆPE STAT ANTE FORES.

In mortis vicinitatem, omnibus incertam.

CCXXXVI. *Amſtelodami Templum quoddam heterodoxorum, mortis ſceleton inſcriptum ſiſtit, cum Lemmate.*

SPES ALTERA VITÆ.

Prima ſpes noſtra, eſt mors Chriſti, altera, noſtri corporis, quâ mediante participes erimus bonorum eorum, quæ juſtis parantur in terrâ viventium.

* CCXXXVII. *Mors ad metam ſedens.*

NOVISSIMA META EST. *Vel.*
HÆC META TRIUMPHIS.

Intellige rerum omnium, mundanarum & temporalium.

* CCXXXVIII *Mors cum occâ ruſticâ agrum complanans, vel cum planulâ fabrili aſſerem coæquans.*

OMNIA MORS ÆQUAT.

In mortem, nullo reſpectu utentem inter divites, pauperes, Principes, ſubditos &c.

* CCXXXIX. *Cadaver Iſabellæ, ſpectatum, S. Franciſco Borgiæ occaſionem vitæ melioris præbens.*

EX FUNERE FOENUS.

Ex corpore noſtro, in cineres redacto, fœnus Beatæ Reſurrectionis exſpectamus.

* CCXL. *Integer Calvariarum in cœmiterio cumulus.*

NUL-

NULLI SUA MANSIT IMAGO. *Ovid.*
In corruptibilia corpora nostra.

CAPUT XL.

MUSÆ ET APOLLO.

* CCXLI. *Apollo.*
ADERITQUE VOCATUS.
Aderitque vocatus Apollo. Virg.
In auxilium Dei, invocantibus semper paratum.
* CCXLII. *Apollo cum novem Musis.*
MUSÆ NOVEM, TANTUM UNUS APOLLO.
In devotum fœmineum sexum, juxta gravissimorum scriptorum sensum, notabiliter in vita beatâ excessurum, quoad numerum, sexum masculinum.
In unum Deum, novem Angelorum choris cinctum.
* CCXLIII. *Apollo cum arcu & Cytharâ.*
AD UTRUMQUE PARATUS.
In eum, qui togâ & sago insignis est, qualis fuit David.
* CCXLIV. *Apollo Musis associatus.*
NEC CAETERA NUMINA DESUNT. *Claud.*
Cum Dei gratiâ, omnium Sanctorum favores in cœlis possidemus.
Eum quem Princeps favore dignatur, comitantur suâ etiam æstimatione cæteri Aulæ ministri.
* CCXLV. *In Castro Fouquetiano in Galliis Apollini inscriptum est.*
BREVI COMPLECTOR OMNIA CANTU.
In Psalmodiam Ecclesiæ.
* CCXLVI. *Apollo cum Musis in Vertice Parnassi.*
NULLA NISI ARDUA.
In scientiarum eminentiam, quæ solis laboribus acquiritur.

In

In eminentiam Virtutis, & difficultatem ad eam enitendi.

* CCXLVII. *Apollo cum Musis, diversis musicis instrumentis colludentibus.*

DISCORDIA CONCORS.

In diversitatem harmoniæ Ecclesiasticæ.

* CCXLVIII. *Idem.*

CURÆ EST SUA CUIQUE VOLUPTAS. *Ovid.*

In diversos sensus, & studia hominum.

* CCXLIX. *Apollo novem Musas sibi adiunctas habens.*

NUMERO DEUS IMPARE GAUDET. *Virg.*

In Commendationem virginitatis.

* CCL. *Musæ novem cum Apolline in Parnasso.*

PROCUL ESTE PROFANI.

In Reverentiam templis exhibendam. In cœlum, quod profani & coinquinati nil ingreditur.

* CCLI. *Musæ ex fluvio ad Parnassum fluente, omnes potatæ.*

OMNES, HOC FLUMINE POTÆ.

In Apostolos, omnes potos aquis S. Spiritus, quando Judæis ebrii videbantur.

* CCLII. *Princeps Lubomirius qui supra genium inhabitantis, Balneum suum expressurus, Plectro Apollinis, associato ei sole, inscripsit.*

FRONS SERENA, VOX SINCERA.

Genius ille sit Christiani hominis cujuslibet.

* CCLIII. *Musæ cum Apolline in Parnasso exaltatæ.*

NUTRIT HONOS ARTES.

Ad studia magnum calcar addit promotio.

* CCLIV. *Musæ in Parnassi vertice constitutæ, inde cultoribus suis propitiæ.*

COELO MUSA BEAT.

In S. Catharinam Martyrem, è cœlo studiorum patronam.

CA-

CAPUT XLI.

NEPTUNUS.

* CCLV. *Neptunus inter fluctus & labores marinos indefessus.*

PONTO INDEFESSUS, ET UNDIS.

In indefessum Classis præfectum.

* CCLVI. *Neptunus, Delphinum quod sibi Amphitritem reconciliasset, in cœlum inter stellas referens.*

NULLI NON GRATUS OLYMPUS.

In memoriam benefactorum, immortalem in cœlo.

CAPUT XLII.

ORPHEUS.

* CCLVII. *Orpheus, erga extinctam uxorem, inextinctos amores testatus, à Thesauro inscribitur.*

AMOR POST FUNERA VIVIT.

In veri amoris morte minime extinguendi efficaciam.

* CCLVIII. *Orpheus, feras plectro alliciens.*

PERAGIT TRANQUILLA POTESTAS.

In vim mansuetudinis, & benignitatis.

* CCLIX. *Orpheus plectro suo saxa ad sequendum alliciens, in Thesibus Coloniæ defensis, & Josepho Regi Rom. dicatis, inscribitur.*

ARTE COEGIT, SAXA SEQUI.

In ejusdem Josephi mansuetudinem, cui se Hungaria tota submiserat.

In Vim Musices.

In efficaciam Mansuetudinis, qua durissima emolliuntur.

* CCLX. *Orpheus manes conjugis Cytharâ accersens, in Imagine Primi sæculi inscribitur.*
SIC POTUIT MANES ACCERSERE, CONJUGIS ORPHEUS.
In Communionem Generalem, pro defunctis in purgatorio animabus, à Societate Jesu institutam. EUCHARISTIA enim velut CYTHARA JESU, (quod ejus anagramma est) manes defunctorum, extrahimus ex purgatorio igne.

CAPUT XLIII.

PALLAS.

CCLXI. *Pallas è Jovis cerebro nata, Gorgonem devincens.*
DIIS GENITI POTUERE.
Infernalem Gorgonem vincere eorum est,
Qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate Viri, sed ex Deo nati sunt.
CCLXII. *Palladi armatæ, P. Masenius inscribit.*
ALIENIS PULCHRIOR ARMIS.
In S. Bernardum, qui depingitur cum armis & instrumentis Dominicæ Passionis.
In S. Claram de monte Falco, quæ instrumenta Passionis Dominicæ in Corde impressa habuit.
CCLXIII. *Pallas hinc cum lanceâ, inde cum scuto Gorgonis capillis in serpentes (qui prudentiæ symbolum sunt) transmutatis nescio ubi inscripta aliquando fuerit.*
NON EST SAPIENTIA, INERMIS.
Nempe scit sapientia animos hominum expugnare, armis multo innocentioribus.
CCLXIV. *Pallas eadem.*
ARMIS ET CONSILIO.

In Religiosam Virginem, quam armis Mortificationis uti par est, cum consilio sui Confessarii.

* CCLXV. *Pallas arcæ pecuniariæ insidens in Thesibus Coloniæ apud P. P. societatis defensis, Lemma sustinet.*

OPES HOC NUMINE TUTÆ.

Divitiæ temporales tutæ sunt, B. Virgine Mariâ custode, & Misericordiâ in pauperes.

* CCLXVI. *Pallas, cum transformatis à se, in scuto suo Gorgonis serpentibus, quos nunc semper depicta sustinet, Lemma tenet.*

QUOS FECIT, SUSTINET ANGUES.

In conscientiam, quæ eos remorsus sustinere cogitur, quorum sibi causa fuit, peccando.

* CCLXVII. *Pallas dracone custodita.*

CUSTODIRE JUVAT.

Virginitati, debetur à parentibus, & superioribus custodia.

* CCLXVIII. *Pallas fortunam captivam trahens.*

VICTRIX FORTUNÆ SAPIENTIA.

Rerum fato prudentia est.

CCLXIX. *Pallas, Pallantem semianguem obstupefaciens.*

CONFICIT, DUM CONSPICIT.

In B. Virginem, quæ in Imm. sua Conceptione conficit, serpentem infernalem.

In Christum, solo suo conspectu sternentem in passione Judæos se quærentes.

* CCLXX. *Pallas sapientiæ Dea, multis Deabus comitata.*

NULLUM NUMEN ABEST, SI SIT PRUDENTIA. *Juven.*

B. Virgo Maria, quæ sapientia est Christiana Spiritus S. Sponsa, comites secum adducit alias omnes gratias.

CAPUT XLIV.

P A R C Æ.

* CCLXXI. *Parcæ è quibus una officium habet secandi filum vitæ nostræ.*

DE TRIBUS, UNA SECAT.

In amicitias puellares (quales Parcæ ſunt) quarum filum ſi una ſervet ſartum, altera ſecabit.

* CCLXXII. *Parcæ implacabiles.*

NULLI DATUR HAS PLACASSE SORORES.

Mundus, caro, Dæmon, Sorores in ſeducendis animabus, non placandæ ſed aſpernandæ ſunt.

CAPUT XLV.

P A R I S.

* CCLXXIII. *Paris, arbiter aſſumptus ſuper pulchritudine Palladis, Junonis, & Veneris aliis duabus Venerem præfert.*

COELO PRÆFERTUR ADONIS. *Ovid.*

In hominem Venereum, præferentem cœlo res venereas.

* CCLXXIV. *Paris venereus, judicium laturus.*

AMOR, NIL JUDICAT ÆQUIUS.

In judicia, non ſumenda à partialibus.

* CCLXXV. *Idem Venerem Palladi & Junoni præponens.*

ALIAM, NON HABET ILLE DEAM.

In hominem venereum.

* CCLXXVI. *Idem.*

SUA

SUA CUIQUE DEUS, FIT DIRA CUPIDO.

In homines, ultimum ſuum finem, in diverſis creaturis collocantes.

* CCLXXVII. *Paris ſiniſtrum judicium de tribus Deabus capiens.*

QUARTA DEEST.

In B. Virginem, cui quivis etiam obſcœniſſimus Paris ſubſcribet eſſe eam

Pulchram totam & ſine macula omni.

Chriſtinæ Suecorum Reginæ, acclamata aliquando in Belgio Carmina, hic apponere liceat.

Pallas, Juno, Venus, nemoroſæ in vallibus Idæ
Judicium formæ, cum ſubiere ſuæ:
Inter tres reliquas, ſi tu Dea quarta fuiſſes,
Viciſſes reliquas, tu Dea quarta Deas.
Quam jejuna foret Juno? quam pallida Pallas?
Et quam vana Venus? Tu Dea ſola fores.

CAPUT XLVI.

PEGASUS.

* CCLXXVIII. *Pegaſo, Vratislavienſium Veredariorum Magiſter, Clariſſimus Vir, Sebaſtianus Peſchel, inſcripſit.*

IN OMNEM TERRAM.

In Cæſareas Poſtas, ad quævis loca ſeſe extendentes.

In immenſitatem D. Dei.

* CCLXXIX. *Pegaſus anterioribus pedibus, in aerem elatus & poſterioribus terram contingens.*

HAUD SPERNO SUPERNA.

In eum, qui terreno huic corpori affixus, cœleſtium nihilominus curam habet.

* CCLXXX. *Pegaſo volanti, Harſdorfferus inſcribit.*

SUPERATA TELLUS, SIDERA DONAT.
In rerum terrenarum contemptum, in cœlo remunerandum.

CAPUT. XLVII.

PHAETON.

* CCLXXXI. *Phaeton è curru paterno dejectus.*
CONCESSIS MERITO PULSUS HONORIBUS. *Ex Hym. de SS. Angelis.*
In Luciferum aliosque rebelles Angelos è cœlo dejectos.
CCLXXXII. *Quando Wilhelmus Angliæ Rex, Jacobum è Throno dejecerat, in monetâ fabulam Phaetontis è curru suo dejecti, cudi fecit, cum Lemmate.*
NE TOTUS ABSUMATUR.
Hoc etiam Lucifero rectè applicabis, quem S. Michael è cœlo dejecerat, ne totum Angelorum bonorum exercitum seduceret.
Hoc quoque mortificato homini convenit, qui concupiscentias sui corporis refrænat, ne iisdem totus ipse, quo ad corpus, & animam pereat.
CCLXXXIII. *Phaëton, præceptum paternum, quo mediâ viâ ire jubebatur, negligens, miserè periit.*
SUMMA, VEL IMA FUGE. audi Poëtam.
Summa vel ima fuge, extremum deflebis utrumque,
Sors nimis alta ruit, sors nimis ima jacet.
CCLXXXIV. *Idem.*
MEDIA NESCIUS IRE VIA.
In eum, qui extremitatibus addictus est.
CCLXXXV. *Phaeton, è curru paterno dejectus.*
TANTI REFERT, QUID FLAGITES.
vel cum Engelgravio.
NE-

NESCITIS, QUID PETATIS.

In postulationes à Deo earum rerum factas, quæ saluti nostræ obsunt.

CCLXXXVI. *Idem.*

QUÆ NON VIRIBUS ISTIS, MUNERA CONVENIUNT. *Ovid.*

In res, supra vires affectatas.

CAPUT. XLVIII.

PROMETHEUS.

CCLXXXVII. *Thesaurus in nuptiis Caroli Eman. Sabaudiæ Ducis, & Franciscæ à Francia, expressurus auream cum eis ætatem reducem futuram, Prometheum exhibuit, qui primus homines, ætatis aureæ Progenitores, solaribus favillis, veluti cœlesti semine divum animavit, cum Lemmate Ovidiano.*

COELESTI SEMINE DIVUM.

In excellentiam animæ nostræ, ad imaginem Dei creatæ.

* CCLXXXVIII. *Prometheus, efformato à se luteo homini animando, ignem ab astris ferula suffuratus.*

NON ALIIS IGNIBUS.

In ignes amorum cœlestium tantum quærendos, efformando spirituali homini aptissimos.

CAPUT XLIX.

PROTEUS.

CCLXXXIX. *Proteus, diversis cum formis.*

UNUS ET OMNIS.

Titulus libri cujusdam fuit, Ericii Puteani.

In Politicum.

In Virum Apostolicum, qui omnibus omnia factus est.

* CCXC. *Idem.*

UNICA SED MENS EST.

In idem.

* CCXCI. *Idem.*

DIVERSIS VULTIBUS IDEM.

In Dæmonem, qui diversis sub formis S. Antonio apparens, idem nequam Spiritus mansit.

* CCXCII. *Proteus, ex homine in tigridem, draconem, Leonem &c. se vertens.*

TAM MULTÆ SCELERUM FACIES. *Virg.*

In diversos prætextus scelerum.

CAPUT L.

SATURNUS.

* CCXCIII. *Saturnus Deus temporis livida facie, exsuccis artubus &c. depictus, invidiæ simulacrum sustinet.*

INVIDA RES TEMPUS.

Nempe Tempus edax rerum &c.

* CCXCIV. *Saturnus scripta devorans.*

SED NIL SAPIENTIOR INDE.

In inconsultam, & promiscuam librorum lectionem, quâ multi nil doctiores redduntur.

* CCXCV. *Saturnus, sub quo aurea sæcula, tandem à Jove apud inferos catenis vinctus.*

POST AUREA SÆCULA, STYX EST.

Longæ felicitati hujus sæculi, succedit æterna infelicitas.

Sa-

* CCXCVI. *Saturnus fabulantibus Poetis, filios quos devoravit iterum evomens.*

QUOS DEVORO REDDO.

Nempe unius corruptio generatio alterius est.

CAPUT LI.

SPHINX.

* CCXCVII. *Sphinx, eos viatores qui ejus ænigmaticas quæstiones solvere non poterant discerpens.*

MORS POENA IGNARIS.

In ignorantiam eorum, quæ sive necessitate medii, sive præcepti scire homini Christiano incumbit.

* CCXCVIII. *Sphinx inextricabiles quæstiones proponens.*

RESPONDERE QUIS POTERIT?

D. Deo, cum Jobo respondere in Judicio non poterimus, unum pro mille.

* CCXCIX. *Sphinx, quæ corpore fera est, fronte puella.*

FRONS MIHI, SED MENDAX.

In hypocrisin fœminei sexus.

CAPUT LII.

SIREN.

* CCC. *Sirenes cantu & formâ sua allicientes.*

VOCE ET FORMA.

In pericula, à forma, & cantu puellari obventura.

* CCCI. *Idem.*

BLANDA PERICULA. *Claud.*

In idem.

* CCCII. *Sirenes, cantu suo nautas in ultimam perniciem adducentes.*

INCANTANT CANTANDO.

In pericula Cantuum obſcœnorum.

* CCCIII. *Idem.*

IN VADA PRÆCIPITANT. *Virg.*

In eadem ſexus fœminei pericula, quæ ſupra.

* CCCIV. *Siren fronte puella.*

PORTENTA SEQUENTUR. *Virg.*

In bona principia, malo fine concluſa.

* CCCV. *Sirenes multos ſeducentes.*

NON SEMPER CANIMUS SURDIS.

In animos humanos, pronos ad fœmineas ſeductiones.

* CCCVI. *Siren fronte puella.*

SED PORTENTA LATENT.

In hypocritam.

* CCCVII. *Siren navem, poſt plurima perpeſſa pericula in exitium adducens.*

MULIER, POST TANTA PERICULA PERDIT.

In viros religioſos, qui poſt toleratas ſæpe quam plurimas perſecutiones dæmonis, demum ſeductione fœmineâ pereunt.

CCCVIII. *Siren formoſa.*

JUCUNDA FRONTE FEFELLIT. *Claud.*

In venuſtatem fœmineam, qua multi falluntur.

* CCCIX. *Siren cantans.*

VOCES FALLACIS AMICÆ.

In falſas & fictas amicitias.

CAPUT LIII.

SISYPHUS.

CCCX. *Siſyphus ſaxum ruiturum, ad ſcopum volvens, apud Rollenhagium inſcribitur.*

AD

AD SCOPUM LICET ÆGRE, ET FRUSTRA.

In multos irritos labores hominum, quos summis conatibus hoc in mundo tolerant.

CAPUT LIV.

TANTALUS.

CCCXI. *Tantalus, in undis sitim, inter fugientia vero poma, famem patiens.*

DIVESQUE MISERQUE. *Ovid.*

In divites, in mediis divitiis, semper famelicos, & concupiscentes.

CCCXII. *Eidem Tantalo apud Aresium inscriptum citatur.*

NUNQUAM SATUR FAMES.

In avaritiam inexplebilem.

* CCCXIII. *Idem.*

COPIA NULLA FAMEM RELEVAT. *Ovid.*

Bona temporalia, cibus animæ non sunt, quo illa repleri possit, sed is est Deus solus.

* CCCXIV. *Idem.*

DIVES CUM NIHIL HABEAT. *Bon.* 13.

In paupertatem religiosorum, qui omnia habentes, nihil possidentes sunt.

CCCXV. *Tantalus idem.*

NIMIUM, NON SATIS.

In avaros, quibus cum sæpe nimium sit, nunquam satis est.

CAPUT LV.

THESEUS.

CCCXVI. *Theseus, ex labyrinthi erroribus, sese filo ab Ari-*

Ariadnâ immisso expediens, in vitâ symbolica B. Josaphati Polocensis Archi Episcopi, Lemma tenet.

FILO TANTUM DEPENDET AB UNO.

In ejus Sancti catechisationes.

* CCCXVII. *Idem filum Ariadnæ.*

INSTRUAM TE, IN VIA HAC, QUA GRADIERIS. *Psalmo* 31.

In Doctores, Confessarios, Prædicatores &c.

* CCCXVIII. *Idem filum.*

FILO SPES OMNIS IN ISTO EST.

In S. Scapulare, quod filo Ariadnæ me in concionibus memini comparatum audivisse.

In funes & vincula Christi.

* CCCXIX. *Idem filum.*

QUAS NATURA NEGAT, PRÆBUIT ARTE VIAS. *Claud.*

In libellum Cardinalis Bellarmini De arte bene Moriendi, quam artem natura nos minime docet.

CAPUT LVI.

TITIUS.

* CCCXX. *Titii viscera, ab immani vulture, apud inferos dilaniata.*

MORDAX CULPA MALUM.

In remorsus conscientiæ.

CAPUT LVII.

ULYSSES.

CCCXXI. *Ulyssi, quod statura pusillus fuerit, Meisnerus inscribit.*

SA-

SAPIENS, NON GRANDIS ULYSSES.

In prærogativam, quam ordinarie pusilli corpore habent in sapientiâ. Exempla ejus rei sunt, Magnus ille Cornelius à Lapide è soc Jesu, & hoc nostro tempore amicissimus meus, R. P. Daniel Papebrochius Historiographus Sanctorum Antverpiæ, in pusillo corpore, vastissimam molem circumferens scientiæ Historicæ, qualem ejus opera testantur.

* CCCXXII. *Thesaurus, quod Penelope pudica, Ulyssis uxor, absentiam & naufragii famam constanti amore perferens, procorum importunitatem eluserit, Ulyssi inscribit.*

MORA PROBATUR AMOR.

In constantiam, quæ veri amoris proprietas est.

* CCCXXIII. *In Villanovano Joannis III. Poloniæ Regis prope Varsaviam Palatio, Ulyssi in veste mutatâ inscribitur.*

VESTIS NON MUTAT ULYSSEM.

In vanitatem vestium, animo nostro nihil addituram.

* CCCXXIV. *Ulysses ex erroribus suis notus.*

SI MINUS ERRASSET, NOTUS MINUS ESSET. *Ovid. De Ponto.*

In multos S. Peccatores conversos, inde factos celebriores ac ante. Exemplo sit Latro pœnitens, S. Maria Mag. Maria Ægyptiaca &c.

* CCCXXV. *Ulysses sapiens & staturâ parvus.*

ET DISERTUS ERAT, SED NON FORMOSUS.

In Christum Crucifixum, cum vulneribus fœdatus, pro Crucifixoribus orabat suum cœlestem Patrem.

CAPUT LVIII.

VULCANUS.

* CCCXXVI. *Vulcauns ferrum cudens.*

LA-

LABOR OMNIA VINCIT IMPROBUS.
In laboris commendationem.

CAPUT. LIX.

SARDANAPALUS.

CCCXXVII. *Sardanapalus Aſſyriorum Rex, per muliebres amores eo prolapſus, ut fœminino more inter eaſdem colum duxerit, ab Hachtano inſcribitur.*

AMOR DECORI NESCIUS.
In fœmininos amores, abſurda quævis ſuadentes.

CAPUT LX.

PROSERPINA.

CCCXXVIII. *Proſerpina, umbram Leonis infernali in ſaltu venans, à Theſauro inſcribitur.*

LABORO, ANHELO, ET UMBRA QUOD CAPIO, EST LEVIS.
In labores hominum ſine bonâ intentione præviâ factos.

CCCXXIX. *Idem.*

CORPUS PUTAT ESSE QUOD UMBRA EST. *Ovid.*
In ſiniſtra hominum judicia, quibus hæc terrena nimium æſtimant.

CAPUT LXI.

ARCHIMEDES.

CCCXXX. *Archimedes vitris uſtoriis radios ſolis colligens, iiſque hoſtium naves exurens.*

COL-

COLLECTO DIMICAT IGNE.
In præfectum rei Tormentariæ & Pyrobolorum.

CAPUT. LXII.

ARISTIPPUS.

CCCXXXI. *Aristippus, aureis compedibus ligatus à Thesauro inscribitur.*
DITIOR, SED IMPEDITIOR.
In aulicam vitam.
In divitias, quæ multis impedimento sunt ad vitam æternam.

CAPUT LXIII.

PHRYXUS.

CCCXXXII. *Phryxus ariete vehente, mare in equitans à Thesauro inscribitur.*
VIA OMNIS VIRTUTI TUTA.
Ingenio & virtuti nil superabile.

CAPUT. LXIV.

LUCRETIA.

CCCXXXIII. *Lucretia à Tarquinio superbo violata propterea pugione se transfodiens Eleonoræ Ducissæ Hetruriæ pro symbolo fuit, cum Lemmate.*
FAMAM SERVARE MEMENTO.
In curam famæ habendam.

CAPUT LXV.

ADAMUS.

* CCCXXXIV. *Adamus, inter ferocissima in Paradiso animalia innoxie versatus.*

INNOCENTIA UBIQUE TUTA.

Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est sciens bonum & malum. Gen. 3.

SUPERIS DANT NOSTRA NEGOTIA RISUM.

* CCCXXXV. *Celeberrima Officina Binghiorum Coloniæ, in fronte Henrici Zœsii in Jus Canonicum, Adamum ad arborem vetitam, unà cum Evâ exhibens, eisdem inscribit.*

VEL TANGERE MORS EST.

In naturam Excommunicationis, vel suspensionis, qua prohibemur à sacrorum ordinum usu abstinere, sub Irregularitatum pœna.

* CCCXXXVI. *Adam & Evâ, tanquam universi mundi Regibus delinquentibus, peccatum eorum ejusdemque pœna, in posteros eorum transfunditur.*

DELINQUUNT REGES, PLECTUNTUR ACHIVI.

* CCCXXXVII. *Adamus & Eva, pomum vetitum carpens.*

CARPITQUE, ET CAPITUR UNA. *Ovid.*

In voluptates, quibus carpimur ut eas carpimus.

* CCCXXXVIII. *Malum vetitum, inter plures alias in paradiso arbores.*

HIC UNICUM MALUM.

In peccatum, quod solum malum dici meretur.

Ex

* CCCXXXIX. *Ex unius mali fructu, tanta in orbem mala provenientia.*

PARVO GRANDE REPENTE MALUM.

Ex parvo ſæpe peccato ſuccreſcunt majora: ſunt enim peccata ſibi connexa & quaſi concatenata.

CCCXL. *Vetito fructui P. Maſenius inſcribit.*

MORS EX MORSU.

In gulam.

* CCCXLI. *Ex arbore è quâ Adamus vetitum pomum decerpſit, volunt quidam, Crucem Chriſto paratam, unde Adamus eodem ligno peremptus, & reparatus Lemma tenebit.*

QUO PERII REPARATUS EODEM.

Calamitates, quibus ſæpe perire videmur, nos reparant vitæ æternæ.

* CCCXLII. *Adamus ſeductus hac Dæmonis promiſſione: ſcientes bonum & malum; fructum vetitum comedens Lemma tenet.*

NESCIAS, NE PEREAS.

Talentis contentum eſſe præſtat, & neſcire plura, quæ impedimento nobis fors eſſent ad ſalutem æternam.

* CCCXLIII. *Adamus inter ferociſſima animalia in Paradyſo depictus.*

INDOMITUM NIHIL USQUE PIO. *Claud.*

In plures Sanctos, quibus dominium in ferociſſimas feras fuit.

CCCXLIV. *Adam eſu fructus vetiti, totam poſteritatem involvens.*

CRIMEN POSTERITATIS ERIT. *Ovid.*

In plura crimina, quæ bonorum Confiſcationes, aliasque pœnas juſtè inflictas adjuncta habent.

* CCCXLV. *Adamus, in ſtatu innocentiæ, dum ipſe Deo paruit ſubjecta ſibi animalia habens.*

DUM PARUIT PARUERE.

In Principes, qui parentes ſibi ſubditos habebunt, quamdiu ipſi parebunt Deo.

In imperium in paſſiones noſtras, quod Deus nobis permittit, dum ipſi paremus, & per gratiæ efficacis ſubtractionem ſubtrahit, dum ei per peccatum inobedientes ſumus.

* CCCXLVI. *P. Maſenius, in Meditationibus ſuis, hinc Deum, inde animalia in paradyſo, & in iis Adamum intermedium ſiſtit, cum Lemmate.*

HUIC SUBSIS, HIS PRÆSIS.

Obedientiam Deo, paſſionibus vero noſtris imperium debemus.

* CCCXLVII. *Idem Maſenius Adamum, arborem vetitam & aratrum intermedium, eodem in libro exhibens eidem inſcribit.*

ABSTINE, VEL SUSTINE.

A peccatis abſtinendum, aut arandum erit.

* CCCXLVIII. *Idem Maſenius, Tragœdiam Adami & Evæ è paradyſo per Angelum expulſi exhibens, eos loquentes ſiſtit.*

ERGO ERRAVIMUS.

In ſeram pœnitentiam.

* CCCXLIX. *Adamus, antequam prolem aliquam ex Evâ generaſſet, jam omnes poſteros, eſu pomi vetiti occidens.*

OCCIDIT, PRIUSQUAM GENUIT.

In abortus procuratos.

In Confeſſarium ſollicitantem.

* CCCL. *Adamus, neſciens ſe nudum eſſe, mox poſt eſum vetiti pomi, ſe nudum eſſe comperiens.*

GUSTAVIT, ET VIDIT.

In turpes voluptates guſtatas, quibus ſæpè oculi nobis aperiuntur, ad agnoſcendam earum fœditatem.

CA-

CAPUT LXVI.

EVA.

* CCCLI. *Eva inter plures, eosque pulcherrimos paradysi fructus, fructum ligni vetiti eligens.*

QUOD NON LICET, ACRIUS URIT.

Ovid. Vel,

NITIMUR IN VETITUM SEMPER.

In appetitus noſtros.

* CCCLII. *Eva Adamo eſum vetiti pomi ſuadens.*

IMPERET IPSA NIHIL, NEC QUIDLIBET IMPETRET.

In carnem, quæ animo ſubſit, neque ab eo omnia impetret, ſed refrænetur.

* CCCLIII. *Eva ex Adami coſta producta.*

EX VIRGINE VIRGO.

In Chriſtum ſponſum virginum, à B. Virgine natum.

* CCCLIV. *Eva, traditione mali vetiti, Adamo ejus eſum perſuadens.*

ÆQUUM NIL FOEMINA SUADET.

In conſilia fœminarum, ſemper noxia.

In ſuggeſſiones carnis, non audiendas.

* CCCLV. *Eva & Adam, pomum vetitum comedendo, à nobis carpuntur, ſæpe graviora peccata committentibus.*

FACIMUS PEJORA NEPOTES.

* CCCLVI. *Eva pomum viro ſuo dans qui comedit. Gen. 3. Cap.*

PRÆTER MALA NIHIL, DAT FOEMINA.


* CCCLVII. *Eva & Adamus, omnis nobilitatis & paupertatis principia.*

HINC SUMMUS, ET INFIMUS ORDO.

Hoc meminerint quibus vano faſtu nobilitatis, tument præcordia.

Adamum & Evam depictos vidi aliquando in Thesibus, Exprimendis Principiis Physicis.

* CCCLVIII. *Arbor vetita coram Evâ & Adamo.*
CARPENT TUA POMA NEPOTES.
In delicta parentum, sæpe à filiis portanda.



CAPUT LXVII.
A B E L.

* CCCLIX. *Abel, invidiam fratris Caini sustinens, ob acceptum à Deo sacrificium suum.*
LIVOR, NON ABSTINET ARIS.
In livorem, quo etiam aliquando infestantur personæ Deo sacræ.

* CCCLX. *Abel, à fratre Caino, ex livore interfectus.*

NIL

NIL LIVOR MODERABILE SUADET.

In graviſſima alia mala, & peccata, ex livore ortum habentia.

* CCCLXI. *Abelis Sacrificium, à Deo acceptatur, igne cœlitus demiſſo id teſtante, quando Caini ſacrificium Deo diſplicebat.*

TANTUM INTER MUNERA DIFFERT.

In diverſitatem orationis, & eleemoſynæ.

* CCCLXII. *Idem.*

NON QUANTUM, SED EX QUANTO.

Deus, in oratione & eleemoſynâ, aliiſque magis animum dantis ſpectat, quam ipſum donum.

CAPUT LXVIII.

CAINUS.

* CCCLXIII. *Cain, fratre Abelo interfecto, vagus ac profugus.*

NULLIS SUNT CRIMINA TUTA LATEBRIS.

* CCCLXIV. *Abel, vagus & profugus ubique conſcientiam commiſſi fratricidii circumferens.*

CONSCIENTIA MILLE TESTES.

* CCCLXV. *Cain ex conſcientia commiſſi fratricidii, ubique timidus.*

UTILIS ANTE SCELUS TIMOR EST. *Vel.*

TIMOR POST CRIMINA SERUS.

* CCCLXVI. *Idem.*

MALIS UBIQUE MALE.

* CCCLXVII. *Idem.*

VIS METUM TOLLERE, TOLLE SCELUS.

Vel.

OMNE SCELUS PAVIDUM EST.

* CCCLXVIII. *Idem.*

POENAMQUE LUIT, FORMIDINE POENÆ. *Claud.*

Scrupuli ſæpe a Deo nobis immittuntur, in pœnam prioris negligentis vitæ.

* CCCLXIX. *Abel conſcientiam commiſſi fratricidii, ubique circumferens.*

PRIMA HÆC EST ULTIO. *Juven.*

Conſcientia malefactorum, maximum ſupplicium eſt.

In vermem Damnatorum.

* CCCLXX. *Abel metum ubique circumferens.*

ALTER, POST CRIMINA LICTOR.

CAPUT LXIX.

MATHUSALEM.

* CCCLXXI. *Mathuſalem vitæ maximè longævæ.*

LONGUM PROBITAS, PERDURAT IN ÆVUM. *Ovid.*

Juſtorum bona opera, ſæpe etiam à Deo hoc in orbe remunerantur, vitâ longiore.

CAPUT LXX.

ENOCH.

* CCCLXXII. *Enoch, quod eum, S. Scriptura tranſlatum, Eccl.* 44. *& Heb.* 11. *dicat, à SS. Patribus ad Paradiſum tranſlatus creditur.*

FAS ILLI, LIMINA DIVUM TANGERE.

In Sanctum, qui inter extaſes & raptus gaudia cœleſtia aliquatenus delibat.

CA-

CAPUT LXXI.

GIGANTES.

* CCCLXXIII. *Batillus, Gigantibus cœlum impugnantibus inſcribit.*

NIL MORTALIBUS ARDUUM.

In hominum molimina, ſupra vires ſæpe tentata.

* CCCLXXIV. *Gigantes ſtulto molimine cœlum impugnantes.*

STULTITIA COELUM PETIMUS.

In multos Sanctos, qui propter regnum cœlorum ſtulti facti ſunt, uti Jacoponus, & alii.

* CCCLXXV. *Gigantes cœlum impugnantes.*

O CURAS HOMINUM!

In ſupervacanea hominum molimina.

CAPUT LXXII.

NOE.

* CCCLXXVI. *Diluvium omnes omnino homines (Noe familiâ exceptâ) abſumens, cum omnis caro corruperat viam ſuam. Gen. 6.*

NON QUIDQUID MULTIS PECCATUR, INULTUM EST.

* CCCLXXVII. *Arcæ Noe, jam ſuper montibus quieſcenti, poſt diluvium, P. Engelgrave inſcripſit.*

NON SEMPER IMBRES.

In lætitiam, ſuccedentem triſtibus.



* CCCLXXVIII. *Noe, quod vetera ante Diluvium tempora vixerit, recte Ovidianum inſcripſeris.*

VETERIS NON INSCIUS ÆVI. *Ovid.*

In Hiſtoricum priorum temporum.

* CCCLXXIX. *Sola Noë familia, in univerſali Diluvio ſervata.*

RARI QUIPPE BONI.

* CCCLXXX. *Noe in Arca latens ſervatus.*

NE PEREAS, LATEAS.

In quamplurimos, quibus ſalutare eſt latere huic ſæculo, ne æternum pereant.

* CCCLXXXI. *Noe inter tantum hominum malorum numerum, ſuo tempore juſtus.*

ANIMUM, INTER SUA SÆCULA RECTUM. *Ovid.*

In

In eos, qui in communi calamitate constantes perseverant. Uti in persecutione Henrici VIII. fecit Thomas MORUS aliique.

CAPUT. LXXIII.

CHAMUS.

CCCLXXXII. *Chamus filiorum impiorum prototypon, cum fratribus suis Semo & Japheto.*

HEU QUAM DISSIMILES!

In dissimiles fratres.

CAPUT LXXIV.

* CCCLXXXIII. *Sem & Japhetus ebrio parenti Noe, à Chamo nequam filio illuso verenda tegentes.*

CHARI STET CURA PARENTIS. *Virg.*

* CCCLXXXIV. *Sem & Japhet pallium imposuerunt humeris & incedentes retrorsum operuerunt verenda patris sui, faciesque eorum aversæ erant. Gen. 9.*

AD FOEDA, RETRORSUM.

In cautelam adhibendam, in tractandis rebus turpibus.

* CCCLXXXV. *Idem.*

CASTE, QUIA CAUTE.

In idem.

CAPUT LXXV.

ABRAHAMUS.

* CCCLXXXVI. *Abrahamus credentium pater, contra spem, in spem credidit.*

SPEQUE FIDEQUE PATER. *Ovid.*

In ingens exemplum fidei & ſpei.

* CCCLXXXVII. *Abrahamus filium ſuum unigenitum à Deo ſacrificare juſſus.*

DURA JUBET VIRTUS. *Luc.*

* CCCLXXXVIII. *Abrahamo repromiſſiones à Deo factæ, ipſo opere adimpletæ.*

CERTA FIDES COELI. *Claud.*

* CCCLXXXIX. *Abrahamus juſtus, contra ſpem, in ſpem credens.*

QUÆCUNQUE EX MERITO SPES VENIT, ÆQUA VENIT. *Ovid.*

* CCCXC. *Abrahamus, Gen. 18. pro Sodomâ Deum deprecans, audit parciturum ſe ei, ſi ſolum decem juſti, in ea reperiendi eſſent.*

ET EXORABILE NUMEN. *Juven.*

* CCCXCI. *Abrahamus, reſignatione immolationis filii factâ, repromiſſiones Divinas meritus.*

MAGNOQUE, ÆTERNA PARANTUR. *Luc.*

* CCCXCII. *Abrahamus contra ſpem in ſpem credens.*

ALTERNANT, SPESQUE TIMORQUE FIDEM. *Ovid.*

* CCCXCIII. *Deus, contentus ſolâ Abrahæ voluntate, immolandi filium Iſaac.*

CONTENTAQUE SIDERA PAUCIS.

Cœlum exiguo meremur.

CAPUT LXXVI.

L O T H.

* CCCXCIV. *Uxor Lothi, in ſtatuam ſalis converſa.*

FOEMINA MUTARI FACILIS.

In inconſtantiam muliebrem.

Sta-

* CCCXCV. *Statua uxoris Lothi.*

MIRACULUM! HIC FOEMINA SILET.

In loquacitatem fœmineam.

* CCCXCVI. *Statua uxoris Lothi.*

MUTATAQUE, RESPICIT ADHUC.

In fœminarum curiositatem.

In virginem velatam, quæ manum ad aratrum applicans, adhuc ad sæculum respicit.

* CCCXCVII. *Uxor Loth.*

MUTOR OB ASPECTUM.

In turpes aspectus, qui multis causa fuêre, quod transmutatæ sint, in obduratos erga Deum peccatores.

* CCCXCVIII. *Uxor Loth respiciens.*

IN PROPRIUM, CURIOSA MALUM.

In damna Curiositatis nimiæ.

CAPUT LXXVII.

ISAAC.

* CCCXCIX. *Isaac cum uxore sua Rebeccâ jocans. Gen. 26.*

LUDICRA RES AMOR EST.

In castos jocos.

* CD. *Idem.*

LUDENDO, SÆPE PARATUR AMOR. *Ovid.*

In idem.

* CDI. *Isaac rogatus super uxore sua Rebeccâ, Gen. 26. respondit: Soror mea est, timuerat enim confiteri quod sibi sociata esset conjugio, reputans ne forte interficerent eum propter ejus pulchritudinem.*

CUNCTA TIMEMUS AMANTES. *Ovid.*

In timores eorum, qui Deum amant, ne eis per peccatum auferatur.

CA-

CAPUT LXXVIII.

ISMAEL.

* CDII. *Ismael, cum Isaaco ludens, domo ejicitur.*
EX LUSU, LUCTUS.

In hujus mundi voluptates.

* CDIII. *Idem.*
HABET, SUA QUISQUE PERICULA LUSUS.

Expertus hoc non ita pridem est, Comes Halleweyl, in venatione interfectus ab eo, qui ei aliquot millium summam, ex lusu debebat.

CAPUT LXXIX.

AGAR.

* CDIV. *Agar, post genitam Abrahamo prolem, & multorum annorum servitia, tandem cum pane uno, & utre aquæ domo ejicitur. Gen.* 21.
SIC MUNERAT ORBIS.

Orbis inquiebat *Thomas Morus, Munerare gratus non potest & ingratus non solet.*

* CDV. *Agar cum puero Ismaele ob ejus solum cum Isaaco lusum, Domo ejecta.*
OB SOLUM PUERI LUSUM.

E gratiâ Dei excedimus sæpe, ob modicam ut nobis videtur, delectationem carnalem &c.

CAPUT LXXX.

REBECCA.

* CDVI. *Rebecca, puella decora nimis, virgoque pulcherrima. Gen.* 24.

FOR-

FORMA DEI MUNUS. *Persius.*

* CDVII. *Rebecca ad Isaacum deducta, audiens eum non procul abesse, tollens cito pallium operuit se. Gen. 24.*

PUDOR EST MISCENDUS AMORI. *Ovid.*

* CDVIII. *Isaaci procurator, exeuntibus ad fontem urbis puellis, inquiebat, Igitur puella cui dixero inclina Hydriam tuam ut bibam, & illa responderit, bibe &c. ipsa est quam præparasti servo tuo Isaac. Gen. 24.*

NON ALITER PLACITURA VIRO. *Luc.*

In electione uxoris, quærenda indoles benevola & officiosa, qualis Rebeccæ fuit.

CAPUT LXXXI.

ESAU.

* CDIX. *Esau hispidus totus.*

MAGIS ASPERA MENS EST.

In hominem formâ hispidum, & moribus ac animo asperiorem.

* CDX. *Esau, pro pulmento primogenita sua vendens. Gen. 25.*

NESCIT GULA MODUM.

Cœlum pro exiguâ gulæ voluptate divendimus.

CAPUT LXXXII.

JACOB.

* CDXI. *Jacob, Gen. 32. cum Angelo colluctans, audiit, Nequaquam appellabitur Jacob nomen tuum, sed Israel, quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prævalebis?*

NO-

NOMEN AB HAC LUCTA.

In virum, qui tribulationibus ſibi à Deo immiſſis, patienter toleratis, magnus coram Deo evaſit.

* CDXII. *Jacob, Gen. 32. Angelum ſecum colluctantem dimittere noluit, niſi benedictione prius obtenta.*

TENE, QUOD BENE.

In bona propoſita, conſuetudines, &c. tenenda.

* CDXIII. *Luctans cum Angelo Jacobus.*

LUCTAM AMAT INCLYTA VIRTUS.

*CDXIV. *Poſt luctam Jacobus, ab Angelo benedicendus.*

ISTA VENIET BENEDICTIO LUCTA.

Luctam hanc mortalem ſequentur multæ de cœlo benedictiones.

* CDXV. *Jacob ob Rachelem amatam quamplurimis annis ſerviens.*

QUISQUIS AMAT, SERVIT.

Servilis res eſt, amare mulieres.

* CDXVI. *Jacob, frigora & æſtus pro Rachele inter ſerviendum Labano, paſſus.*

HINC ARDESCIT AMOR.

Amor, quo plus pro amato patitur, eo ipſe magis intenditur.

* CDXVII. *Jacob ex Luctâ Angelicâ, nomen Iſrael meritus.*

CUM NOMINE VIRTUS.

In famam, operibus reſpondentem.

*CDXVIII. *Jacob pro Rachele ſerviens, quamplurima perpeſſus.*

PATIOR UT PATIAR.

In labores & calamitates hujus ſæculi patienter tolerandas, ut eis potiamur Rachelem cœleſtem.

* CDXIX. *Jacobus pro Rachele laborans & patiens præ exceſſivo amore.*

NON VULT FIERI DESIDIOSUS AMOR.
Ovid.

In amorem, qui activus eſt.

Ja-

* CDXX. *Jacob, labores tot perpeſſus, Rachele pro mercede potiturus.*

HAC MERCEDE PLACENT.

Labores quivis placeant nobis, pro mercede æternâ.

* CDXXI. *Angeli, in ſcala non conſiſtere, ſed aſcendere vel deſcendere à Jacobo viſi.*

NESCIA VIRTUS, STARE LOCO. *Luc.*

In viâ virtùtis, vel aſcendimus vel deſcendimus, in eâ enim ſtare velle deſcendere eſt, juxta Aſceticos.

* CDXXII. *Jacobus patiens pro Rachele obtinendâ.*

AMOR PATIENTIÆ CONDIMENTUM, PATIENTIA AMORIS NUTRIMENTUM.

* CDXXIII. *Jacobus deceptus in ſibi ſubſtratâ Leâ.*

SÆPIUS ERRAT AMOR. *Ovid.*

Frequens amantibus eſt, decipi.

* CDXXIV. *Jacobus pro Rachele laborans.*

PRETIUMQUE ET CAUSA LABORUM. *Ovid.*

In bona cœleſtia.

* CDXXV. *Jacob, ab Angelo nervo ſibi læſo devictus, benedictionem ejuſdem reportans,*

SÆPE UTILE VINCI. *Ovid.*

Animæ ſæpe utile eſt, ſupprimi.

CAPUT LXXXIII.

DINA.

* CDXXVI. *Dina, à Sichimitis rapta.*

ROGANDA, NON RAPIENDA FUIT.

In animos hominum non vi, ſed ſuavitate tractandos.

CDXXVII. *Dina ſpecie ſua Sichimitas ad raptum provocans.*

FOR-

FORMA FUIT DAMNO.

Multis, corporis forma, causa fuit perditionis æternæ.

* CDXXVIII. *Dina curiosa ut videret Sichimitas, dum domum deserit, ab iis rapitur.*

NE RAPIARE, LATE.

Tutius est latere sexui alteri.

CAPUT LXXXIV.

JOSEPH ÆGYPTIUS.

* CDXXIX. *Joseph Ægyptius decorus aspectu.*

MENS VENUSTA MAGIS. *Vel.*

PAR ANIMUS FORMÆ. *Ovid.*

In mentem venustiorem, venusto in corpore.

* CDXXX. *Joseph in carcerem innocenter à Putiphare detrusus, tandem majori cum gloriâ ex eo educitur.*

VIRTUS FERT DENIQUE PALMAM.

* CDXXXI. *Joseph, somniis suis exaltationem sui in Ægypto præfigurans.*

SOMNIA PONDUS HABENT. *Ovid.*

* CDXXXII. *Joseph ab uxore Putipharis ad adulterium sollicitatus.*

OCULIS, QUAMVIS FORMOSUS INIQUIS.

In S. M. Birgittam de quâ ipse Dæmon in Revelationibus fateri coactus fuit summam ejus charitatem in Deum.

* CDXXXIII. *Josephum eo decore fuisse Scriptura testatur, ut filiæ discurrerint super murum. Gen. 49. Nempe videndi ejus gratiâ.*

EA GRATIA FORMÆ EST. *Ovid.*

In decorem animæ, seu virtutem ab omnibus, etiam inimicis ipsis amatam.

Jo-

* CDXXXIV. *Josephus invidiæ fraternæ expositus.*
INVIDIAM MERUIT.
Invidiam meremur virtute, nempe ut bene nobis sit.

* CDXXXV. *Joseph Pharaonis primarius Minister.*
NON INFIMA LAUS EST. *Horat.*
Principibus placuisse viris, non infima laus est, Deo placuisse summa est.

* CDXXXVI. *Joseph invidiâ fraternâ & Putipharis uxoris persecutione pressus, non oppressus.*
SUCCUMBERE NESCIA VIRTUS.
In veritatem premendam, sed non opprimendam.

* CDXXXVII. *Uxor Putipharis, adulterium cum Josepho ob ejus pudorem non valens committere.*
SED ADULTERA MENS EST.
In peccata libidinosa, solis desideriis committenda.

* CDXXXVIII. *Uxor Putipharis, innocentem Josephum adulterii incusans ex invidiâ.*
INVIDA RES MULIER.

* CDXXXIX. *Joseph, in somnio à sole & lunâ adoratus.*
QUEM SOL, QUEM LUNA VERENTUR.
Votum & præsagium hoc est quod optatur JOSEPHO Romanorum Regi.

CAPUT LXXXV.

BENJAMIN.

* CDXL. *Benjamin cum bonâ causâ, favore parentis adjutus.*
CAUSAM FAVOR ADJUVAT.
In causas bonas, favore prosequendas, in filiis, reis, &c.

* CDXLI. *Benjamin, à Josepho fratre accersitus, ut videret, num forte pari modo cum eo, ac secum alii fratres, processissent.*

FRATREM, NE DESERE FRATER.

CAPUT LXXXVI.

J O B.

* CDXLII. *Job tot inter mala imperterrito & patienti animo.*

NUNQUAM SUCCUBUIT DAMNIS. *Claud.*

In patientem in damnis temporalibus animum.

* CDXLIII. *Job, ab uxore propria tot inter afflictiones illusus.*

INTOLERABILIUS NIHIL EST QUAM FOEMINA.

* CDXLIV. *Job tot mala inter, à Deo minimè derelictus.*

RES EST, SACRA MISER. *Seneca.*

Miseri & afflicti, Deo cordi & curæ sunt.

* CDXLV. *Uxor Jobi, inter tot ejus calamitates, ei exprobrans.*

DOS EST UXORIA LITES.

* CDXLVI. *Job omnia duplicia à Deo recipiens, in iis, quorum fecerat jacturam.*

ALIQUID FORTUNA NOCENDO PROFUIT.

Damna temporalia patienter tolerata, duplicia omnia reddent in alterâ vitâ.

* CDXLVII. *Resignatus Jobi animus, ad quævis dimittenda.*

CRAS, SI VOLET, AUFERAT. *Horat.*

Vox ea est resignati animi.

* CDXLVIII. *Job duplicia omnia recipiens.*

HABET FORTUNA REGRESSUM. *Virg.*

Io-

* CDXLIX. *Jobus tres, ex tot solum amicis in adversâ fortunâ expertus.*

VIX DUO, TRESVE MIHI. *Ovid.*

In adversis raros experimur amicos.

* CDL. *Job patiens.*

SUPERANDA OMNIS FORTUNA FERENDO EST. *Ovid.*



CAPUT LXXXVII.

MOYSES.

* CDLI. *Moyses Ægyptium interficiens.*

TE VINDICE TUTA LIBERTAS. *Luc.*

In quendam, Patriæ libertatis assertorem,

* CDLII. *Moyſes Rubum ardentem conſpiciens.*

VISU, NON ADITU, TENTARE LICET. *Claud.*

In myſteria fidei, non ſcrutanda nimium.

* CDLIII. *Moyſes inter fulgura in monte Sina.*

INDE TIMOR NUMENQUE LOCO.

In reverentiam legum divinarum, ob metum infligendarum pœnarum.

* CDLIV. *In ædibus Marchionis à S. Thomâ, teſte Theſauro, Moyſes aquam è pumice eliciens, inſcribitur.*

DURUM PATIENTIA MOLLIT.

In obſtinatos, patientiâ emolliendos.

* CDLV. *Moyſes, in flumine ad ſubmerſionem expoſitus, à filiâ Pharaonis caſu ſe in flumine lavante, liberatus.*

FATA VIAM INVENIENT.

Nempe, in Theſauris ſapientiæ divinæ, mille modi ſunt, ſuis rebus in afflictis ſuccurrendi.

* CDLVI. *Moyſes aquam virgâ è petra eliciens, à Maſenio inſcribitur.*

ET PETRAM VERBERE FRANGIT.

In obſtinatos filios, plagis ad obedientiam reducendos.

In D. Deum, qui obdurata corda, calamitatum verbere frangere novit.

* CDLVII. *Moyſes, Cap. 17. Exodi in monte orans, Joſue contra Amalecitas pugnante: cum Moyſes elevatas manus tenebat, vincebat populus Iſrael, minus vero, cum eas dimitteret. Inde orationi Lemma dabis ex Lucano.*

VIM FACTURA DEIS. *Luc.*

In efficaciam orationis.

In efficaciam patrocinii Sanctorum.

* CDLVIII. *Idem.*

PRECIBUS PRÆSTAT, QUAM VIRIBUS UTI. *Ovid.*

Fidendum plus auxilio Dei, quam propriis viribus.

Idem.

* CDLIX. *Idem.*

PLUS EGIT INERMIS. *Ovid.*

In varios ſanctos, precibus ſuis diverſas Chriſtianis victorias obtinentes.

* CDLX. *Moyes hæſitans & dubius, propterea è terrâ promiſſionis excluſus.*

PARS SCELERIS DUBITASSE FUIT. *Claud.*

In diffidentiam erga auxilium Dei.

* CDLXI. *Moyſes, inter fulgura & tonitrua, Deo in montis Sinai ſummitate colloquens.*

MAJESTAS CONVENIT ILLA DEO. *Ovid.*

* CDLXII. *Moyſes, à filiâ Pharaonis, ob eximiam ſuam venuſtatem, à ſubmerſione ſervatus.*

TANTA POTENTIA FORMÆ EST.

Nempe habet venuſtas, aliquod imperium in animos hominum, Ariſtotele teſte, qui rogatos, cur formoſi diligantur, Reſpondit, eam quæſtionem pro cœco eſſe.

CAPUT LXXXVIII.

ISRAELITICUS POPULUS.

* CDLXIII. *Iſraeliticus populus, ab ignitis ſerpentibus morſus, exaltati in deſerto ſerpentis ærei aſpectu, ſanatus.*

SALUS MORIENTIBUS UNA.

In Chriſtum exaltatum in Cruce.

* CDLXIV. *Iſraeliticus populus, per mare rubrum, Pharaone perſequente, ſicco pede ambulans, à Theſauro inſcribitur.*

INVIA VIRTUTI, NULLA EST VIA.

* CDLXV. *Iſraeliticus populus, ad peccatum Davidis, peſte punitus.*

DELINQUUNT REGES, PLECTUNTUR ACHIVI.

In populos ſæpe punitos, ob peccata ſuorum Principum.

* CDLXVI. *Idem populus, Samuelem, quem diu Judicem habuerat, rejiciens à Principatu.*

SIC PLEBS BENEFACTA REPENDIT.
Nulla ingrata magis beſtia eſt quam Communitas.
* CDLXVII. *Benjamitæ 600, qui poſt exciſam tribum ſuam, ſuperſtites erant, Judicum. Cap. 21. pro 400. virginibus, de Jabes Galaad adipiſcendis, omnes alios, ex eadem labes occidentes.*

UBI HELENA, IBI TROJA.
In lites & bella, ob fœminas ſuſcitata.
* CDLXVIII. *Samuel a populo Iſraelitico rejectus, pro eo ſe adhuc oratorem apud Deum futurum, adpromittens.*

INGRATUM NIL BENE FACTA JUVANT.
* CDLXIX. *Populus Iſraeliticus Regem ſibi poſtulans.*

NOVITAS GRATISSIMA RERUM. *Ovid.*
* CDLXX. *Populus Iſraeliticus Chriſtum ad necem depoſcens ex invidiâ occidendo ei prætextum quærens, quod ſeductor populi eſſet. &c.*

JUSQUE DATUM SCELERI. *Luc.*
In multa ſcelera hoc in orbe palliata.
* CDLXXI. *Populus Iſraeliticus, quoties hoſtibus, vel adverſis à Deo non exercebatur, ad Idololatriam deflectens.*

VARIAM DANT OTIA MENTEM. *Luc.*
Cruces & calamitates à peccatis ſæpe præſervant nos.
* CDLXXII. *Ex populo eodem, 23000 hominum cæſa, à Levitis Exodi Cap. 32. poſt adoratum vitulum, aliis innoxiis.*

EADEM DIVERSO CRIMINA FATO. *Juven.*
Ita videas in mundo hunc puniri, alium, ut innocentem impunitum manere.
* CDLXXIII. *Ex livido in Chriſtum populo, eodem occiſo revertentes & percutientes pectora ſua nonnulli.*

PA-

PASCITUR IN VIVIS LIVOR.

Pascitur in vivis livor, post fata quiescit.

* CDLXXIV. *Pro populo suo dimicatum est de cœlo, uti Judicum Cap. 5. habetur.*

TIBI MILITAT ÆTHER. *Claud.*

In victorias plures, miraculose de cœlo Christianis datas.

CAPUT LXXXIX.

PHARAO.

* CDLXXV. *Pharao, ex plagis communibus Ægypti, nil emendatus.*

LEVIUS COMMUNIA TANGUNT.

* CDLXXVI. *Pharao obstinatus & induratus.*

DURATA JAM MENTE MALIS. *Luc. Vel,*
CERTA CUM MENTE MALORUM.

In obduratum peccatorem.

CAPUT XC.

MARIA MOYSIS SOROR.

* CDLXXVII. *Maria Moysis soror leprosa.*

MENS IMMUNDA MAGIS.

Peccatum, maxima animæ lepra est.

* CDLXXVIII. *Eadem.*

MENS EST ÆGRA MAGIS.

In idem.

CAPUT XCI.

JOSUE CALEB.

* CDLXXIX. *Josue solem sistens: sta sol.*

HIC OBSTAT EUNTI.

Vide Symboli explicationem in Titulo Solis.

* CDLXXX. *Josue solem sistens apud Thesaurum inscribitur.*

LUCEM AMAT INCLITA VIRTUS.

* CDLXXXI. *Idem.*

AMAT VICTORIA TESTES.

Expressum in nummo à Ludovico XIV. Rege Galliarum id fuit, quando ab ipso Namurcum intercipiebatur, in conspectu Confœderati exercitus; sed & locum habuit idem, quando ab eodem Confœderato exercitu, recipiebatur, Gallico exercitu non procul agente.

In victorias animi, quas publicè in aliorum conspectu de eo reportamus, eum humiliando &c.

* CCLXXXII. *Uva terræ promissionis in vecte portata.*

MELIORIS GAUDIA TERRÆ. *Luc.*

* CDLXXXIII. *Josue solem sistens.*

OBEDIENTE DEO VOCI HOMINIS.

In Consecrationem Corporis & Sanguinis Christi In SS: Missæ Sacrificio.

CAPUT XCII.

ADONIBEZEC.

* CDLXXXIV. *Adonibezec, 70 Reges amputatis manuum ac pedum summitatibus, sub mensa suorum ciborum reliquiis pascens, dicens; Sicuti feci, ita reddidit mihi Deus. Jud. 1.*

NEQUE ENIM LEX JUSTIOR ULLA EST.

Quam pati quæ aliis fecisti.

CA-

CAPUT XCIII.

CORE, DATHAN, ET ABIRON.

* CDLXXXV. *Core, Dathan & Abiron, murmurando contra Moysen, pares in ſcelere, pares etiam in pœnâ fuere, omnes à terrâ abſorpti. Num.* 16.

PARI SCELERI PAR POENA.

Hoc juſtitiæ dictamen eſt.

CAPUT XCIV.

AGAG.

* CDLXXXVI. *Agag Rex Amalec pinguiſſimus.* 1. *Reg.* 15.

PINGUIUS INGENIUM.

Sapientia libenter habitat in macilento corpore, inquit *Ariſtoteles.*

CAPUT XCV.

BALAAM.

* CDLXXXVII. *Balaam, Ariolus à Balac Rege Moabitarum advocatus, ut filiis Iſrael malediceret, eiſdem loco maledictionis, benedictionem impertiit. Num.* 23,

PIETAS ET IN HOSTE PROBATUR. *Ovid.*

* CDLXXXVIII. *Balaam Ariolus, gentiliter vivens, optabat mori morte filiorum Iſrael. Moriatur anima mea morte juſtorum, & fiant noviſſima mea horum ſimilia. Num.*23.

NIL VOTUM DISPARE VITA.

In vota eorum qui mortem non vitam Religioſorum optant.

* CDLXXXIX. *Idem.*

STULTE, QUID HÆC FRUSTRA? *Ovid.*

In vota, vitæ non congruentia.

CAPUT. XCVI.

R A A B.

* CDXC. *Raab meretrix, Josue. 6. Israelitis, Jerechontinam urbem, ejus auxilio intercipientibus, servata ab eisdem.*

QUOD BENE FECERIS, MERCEDEM TULERIS. *Horat.*

* CDXCI. *Eadem Raab eandem Jerechontinam urbem Israelitis tradens.*

DUX FOEMINA FACTI. *Virg.*

In heroica fœminarum quarundem facta.

CAPUT XCVII.

A C H A N.

* CDXCII. *Achan, Josue. 7. De Anathemate sibi aliquid reservans, ex post sortibus deprehenditur, & occiditur.*

CRIMINA NULLA DIU LATUERE.

CAPUT XCVIII.

S I S A R A.

* CDXCIII. *Sisara, Princeps Regis Jachel, clavo in tempora adacto, à Jabel occiditur. Jud. 4.*

IRA DAT INGENIUM.

* CDXCIV. *Sisara lacte à Jabel potatus, ac pallio tectus, occiditur.*

IN

IN BENEFICIO, MALEFICIUM.

In mundi voluptates.

* CDXCV. *Idem.*

BLANDITUR, UT PERIMAT.

Ita mundus.

* CDXCVI. *Idem.*

PASCIT, UT INTERIMAT.

Idem.

CAPUT XCIX.

ABIMELECH JUDEX.

* CDXCVII. *Abimelech Judex, Turrim Sichem oppugnaturus, Jud. 9. suis exemplo praeiens, inquiebat, Quod me videtis facere cito facite.*

PRIMUS JUSSA SUBI.

In bona exempla Principum, Ducum, Parentum, Superiorum.

* CDXCVIII. *Idem.*

DANT ANIMIS STIMULOS EXEMPLA.

In vim exemplorum, quibus animi magis quam documentis trahuntur.

CAPUT C.

A O D.

* CDXCIX. *Aod Judex, Eglon Rege Moab interfecto, providè omnia peragens ut elaberetur.*

NUNQUAM NON PROVIDA VIRTUS.

* D. *Aodus dolo Eglon eundem interficiens.*

VIRTUTI PLACUIT DOLUS.

CA-

CAPUT CI.

GEDEON.

* DI. *Gedeon, formidolosos milites Jud. 7. domum remittens.*

PECTORA SUNT POTIORA MANU. *Claud.*

* DII. *Gedeon, stratagemate Lagenarum concussarum, ac lucernarum, Madianitas in fugam & confusionem adducens. Jud. 7.*

SIC SÆPE TIMORES.

In terrores panicos.

* DIII. *Idem.*

VIRTUTI FAMULANTE DOLO. *Vel,* DOLUS AN VIRTUS, QUIS IN HOSTE REQUIRAT?

* DIV. *Idem.*

NON SEMPER VINCITUR ARMIS.

* DV. *Idem, trecentis suorum aliquot Madianitarum millia superans.*

CAUSA NON ROBORE. *Claud.*

In multas victorias Christianorum pariter obtentas.

* DVI. *Ex triginta duorum millium virorum exercitu, viginti mille meticulosi Jud. 7. Gedeonis jussu, domum revertentes.*

DEGENERES TIMOR ARGUIT. *Virg.*

* DVII. *Madianitæ stratagemate lagenarum & lucernarum cæsi.*

TERROR ET ERROR.

In scrupulosam & erroneam Conscientiam.

CAPUT CII.

RUTH.

* DVIII. *Ruth paupercula, à divite Booz, in uxorem ducta.*

NON

NON VIDI JUSTUM DERELICTUM.

* DIX. *Idem.*

SAT EST MORATA, DOTATA.

* DX. *Ruth, socrum suam Noemi minime deserere volens, cum eâ in Bethlehem concedit.*

ÆGRE SEPARANTUR AMANTES.

CAPUT CIII.

JEPHTE.

* DXI. *Israelitæ sub prioribus Judicibus multum afflicti, sub Jephte respirare incipiunt.*

CUM DUCE, MUTATÆ VIRES. *Claud.*

Plus sæpe ab insigni Belliduce dependet, quam ab integro exercitu. Recte sentiebat ille, qui malebat Exercitum Cervorum Leone duce, quam exercitum Leonum, Cervo duce.

* DXII. *Filia Jephte, patri post victoriam primo obviam facta, in proprium malum.*

MALORUM IGNARA SUORUM.

Ita sæpe ipsi inscii mala nobis adscimus.

* DXIII. *Filia Jephte, se ipsam & patrem fallens, loquente Jephte, Jud. Cap.* 11. *Filia mea decepisti me, & ipsa decepta es.*

FALLITQUE, ET FALLITUR UNA.

Ita caro nostra, fallens spiritum, eum ad mala alliciendo, simul & ipsa fallitur, unum demum cum spiritu in inferno supplicium perpessura.

* DXIV. *Filia Jephte, Patri obvia, nescit, hoc morte se piaturam.*

NESCIA MENS HOMINUM FATI.

DXV. *Jephte, spondens se primo sibi post victoriam obvium, sacrificaturum; filiam primo obviam habens, eam sacrificat. Proinde à Thesauro inscribitur.*

QUID SPONDEAS VIDE.

In

In vota inconfulto emiffa.

* DXVI. *Jephte chariffimam & unicam filiam, facrificans.*

NEC CHARISSIMÆ PARCIT.

In fuperiores, qui eos magis per mortificationes facrificant, quos fibi chariffimos habent.

CAPUT CIV.

SAMSON.

DXVII. *Samfon à Dalilâ ligatus, vincula rupit, uti ad ardorem ignis, ligna confumi folent. Jud. 15.*

IN ANIMO VERA LIBERTAS.

* DXVIII. *Samfon fortiffimus, tandem arte Dalilæ vincitur, & Philiftæis traditur.*

VIS VINCITUR ARTE.

* DXIX. *Dalila inconftans, nunc Sampfonem diligere fe fimulans, modo Philiftæis tradens.*

VARIUM, ET MUTABILE SEMPER FOEMINA. *Virg.*

* DXX. *Uxor Samfonis, ænigma de favo in ore Leonis reperto, fibi à Samfone revelatum, civibus fuis prodens.*

SECRETUM FOEMINA NESCIT.

* DXXI. *Idem.*

GARRULA RES MULIER.

In fecreta non fidenda fœminæ.

* DXXII. *Samfon oculis privatus, molam afinariam circumagens.*

META NULLA LABORIS.

In labores hominum, qui eruto prius eis à dæmone, oculo bonæ intentionis, nullum fcopum bonum habent.

* DXXIII. *Dalila, elicito prius fortitudinis Samfonicæ fecreto.*

secreto, cum Philistæis traditura, dormire fecit super genua sua, & in sinu suo, reclinare caput. Jud. Cap. 16.

INSIDIATUR, QUI ADMODUM BLANDITUR.

* DXXIV. *Idem à muliere traditus.*

LUBRICA RES MULIER.

* DXXV. *Dalila Samsonem sæpius alludens ut secretum ab eo fortitudinis eliceret ab eodem sæpius deluditur.*

ARS UT ARTEM FALLERET. *Vel.* ASTU DELUDITUR ASTUS.

In par, pari in dolis relatum.

DXXVI. *Samson urbis Gazæ portas ferens inscriptus fuit.*

LIBERTATEM MEAM MECUM PORTO.

In liberum nostrum arbitrium.

* DXXVII. *Dalila à quinque Satrapis Philistinorum conducta, quinque mille & quingentis aureis ut Samsonem traderet.*

QUÆ RECIPIT DONA, FOEMINA RARO BONA.

DXXVIII. *Dalila, verbis Samsonem demulcens, ut eum fallat.*

LAUS, FRAUS, MULIEBRIA SUNTO. *Vel.* HOC FOEMINA MORE EST.

* DXXIX. *Samson portas Gazæ urbis ferens.*

GRAVIS LIBERTAS.

Adagium Belgicum est, Robustos pedes esse eos, qui ferendæ libertati, & bonis diebus pares sint. Sensus est: libertatis ac bonorum dierum multos sæpe pertæsos, ad pejorem statum devenire.

* DXXX. *Samson se interficiens.*

ET VITÆ PRODIGA VIRTUS.

* DXXXI. *Samson, Dalilæ à se amatæ credens in proprium exitium.*

CRE-

CREDULA RES AMOR EST.

Charitas omnia credit. 1. Cor. 13.

* DXXXII. *Idem.*

QUIS CREDERE POSSET AMORI. *Ovid.*

In fidem, caute habendam puellis.

* DXXXIII. *Dalila, promissis Philistinorum allecta.*

TRAHUNT PROMISSA PUELLAS. *Ovid.*

* DXXXIV. *Dalila, promissis Philistinorum corrupta, Samsonem tradit.*

MUNERA CRIMEN HABENT. *Ovid.*

* DXXXV. *Samson mandibulâ asini stragem edens.*

FUROR, ARMA MINISTRAT.

* DXXXVI. *Dalila amore secretum prodens Samson à Philistæis capitur.*

MERETRICIS AMORE. *Horat.*

In multos, qui periere, causam præsentibus amoribus meretriciis.

* DXXXVII. *Samson interficiens sese concussione columnarum, à P. Masenio inscribitur.*

MORIENDO VICTOR.

In Christum morientem.

* DXXXVIII. *In Armamentario Reip. Gedanensis, in Labarofundam Davidicam, adjunctâ eidem mandibulâ asini, inscriptam legi.*

SATIS ARMORUM.

Nempe, cum auxilio Dei, facillime sternantur hostes.

CAPUT CV.

SAMUEL.

* DXXXIX. *Samuel, tot in Israeliticum populum meritis inclytus, demum ab eo rejicitur.*

QUID

QUID LABOR AUT BENEFACTA JUVANT? *Virg.*

Nempe apud ingratos.

* DXL. *Anna Samuelis Mater corde tantum orans, Samuelem à Deo impetrans.*

NON CLAMANS SED AMANS.

* DXLI. *Samuel à populo repudiatus, tamen adhuc pro eo orare perſeverans.*

PRECIBUS MALEFACTA REPENDIT.

In Chriſtum, in cruce pro crucifixoribus ſuis orantem.

* DXLII. *Samuel à populo repudiatus.*

CAUSA FUIT MERITIS MELIOR. *Virg.*

Hoc multis Superioribus ingratorum ſubditorum ſolatio eſt.

CAPUT CVI.

HELI.

* DXLIII. *Heli à Deo morte punitus, quod filios immorigeros non correxerit.*

NE PEREAS, FERIAS.

In correctionem filiis impendendam.

* DXLIV. *Heli filios immorigeros nimium amans.*

AMOR NULLUM NOVIT HABERE MODUM.

In amores exceſſivos multorum parentum.

* DXLV. *Idem.*

PERDIT AMANDO.

In idem.

CAPUT CVII.

DAGON.

* DXLVI. *Dagonis idolum coram Arca corruens.*

CEDERE, SEDE JUBET.

In B. Virginem, mirum in dæmones imperium exercentem.



CAPUT. CVIII.

S A U L.

* DXLVII. *Saul non repente malus, sed successive ad majora & majora deveniens.*

NEMO REPENTE FUIT TURPISSIMUS. *Juven.*

* DXLVIII. *Saul, ex non exspectato Samuele ad sacrificium, ad majora peccata, successive deveniens.*

A PARVIS, AD MALA MAGNA GRADUS.

Saul,

* DXLIX. *Saul, ante regnum bonus, in regno pervertitur.*

HONORES, IMMUTANT MORES.

* DL. *Sauli umbra Samuelis ope Pythonissæ evocata mortem denuntians, à Thesauro inscribitur.*

FATA NON SCRUTANDA.

* DLI. *Saul, ex non exspectato Samuele, dilapsus ad plura peccata.*

EX UNO NASCITUR OMNE MALUM.

Unum sæpe peccatum, plurium subsequentium origo est.

DLII. *Saul, Pythonissam consulens, crastinam sibi ab umbrâ Samuelis evocatâ denuntiatam, audire cogitur.*

QUID SIT FUTURUM CRAS, FUGE QUÆRERE. *Horat.*

In nimiam Curiositatem vitandam.

* DLIII. *Saul, Samuelem modico tempore ad sacrificium exspectare nolens, in tot mala incidit.*

HABENT PARVÆ COMMODA MAGNA MORÆ. *Ovid.*

In festinationem, quavis in re cavendam.

* DLIV. *Saul, Davidi jam Regni Socio, à Deo destinato, infensus.*

NULLA FIDES REGNI SOCIIS. *Luc.*

* DLV. *Saul, paulatim in graviora peccata prolapsus.*

PAULATIM LONGIUS ITUR. *Ovid.*

* DLVI. *Saul, Samulem non exspectando, festinus ad sacrificium, & sic ad proprium malum.*

FESTINA NON SUNT, QUÆ TESTINA:

* DLVII. *Saul, nullis officiis & obsequiis Davidi reconciliabilis.*

IMPROBITAS NULLO, FLECTITUR OBSEQUIO.

CAPUT CIX.

D A V I D.

* DLVIII. *David, Lib. 1. Regum Cap. 23. consulens Deum, tradendum se à Ceilitis Sauli intelligens, Ceilam urbem deserendo, Saulis manus evasit.*

RERUM FATO, PRUDENTIA MAJOR.

* DLIX. *David, Saulem semper reveritus.*

HOSTEM, REVERENTER HABEBIS.

* DLX. *David, virtuti ingentes adjungens divitias, quippe relinquens morte suâ 2400 milliones, juxta Computum Cornelii à Lapide in Lib. Paralip.*

VIRTUTEMQUE OPIBUS ADJUNGERE LAUS EST.

* DLXI. *David, multa ab hostibus & filiis perpessus.*

FATIS AGITATUS INIQUIS.

* DLXII. *David contra Goliathum decertaturus. Loricâ sese exarmans, utpote ejus usum non habens.*

A TENERIS ASSUESCERE MULTUM.

DLXIII. *David ex nimio otio in amores Bersabeæ prolapsus.*

EX OTIO LUCTUS.

* DLXIV. *David, sine loricâ contra Goliathum decertans.*

VIRTUS LORICA FIDELIS.

* DLXV. *David, ex tot adversis perpessis celebrior.*

MAJOR IN ADVERSIS MICUIT. *Claud.*

* DLXVI. *David Rex, cum plectro suo depictus.*

SCEPTRO, ET PLECTRO.

In Principem pium, qui non tam regna sua sceptro, quam orationem plectro regit. Quod de Leopoldo Imperatore ejus hostes fateri coguntur.

* DLXVII. *David, tot thesauros relinquens, magis oeconomicè regendo, quam populum gravando.*

JU-

JUSTISSIMUM VECTIGAL, PARSIMONIA.
Hoc meminerint Principes, sibi exemplum imitandum.

* DLXVIII. *David ex otio, in amores Bersabeæ prolapsus, & in tot inde mala.*

SIC CONSTANT OTIA MAGNO.

* DLXIX. *David, post lapsum pœnitens.*

FORTIOR EX LAPSU.

In pœnitentem deinde Deum magis amantem.

* DLXX. *David, Philistinorum præputiis Michol filiam Saulis meritus.*

PRO TALIBUS AUSIS.

Michol cœlestis, devicto Philistino infernali datur.

* DLXXI. *David ex unâ in alteram calamitatem adductus.*

ALIA EX ALIIS IN FATA VOCAMUR. *Virg.*

* DLXXII. *David, exemplum bonorum Principum.*

PER TOT SUA FATA SEQUENDUS.

* DLXXIII. *David in calamitatibus semper ad Deum recurrens.*

VEXATIO DAT INTELLECTUM.

* DLXXIV. *David inter tot bella ad nullos turpes amores prolapsus.*

CEDIT AMOR REBUS.

* DLXXV. *David, in superbiam in regno elatus, in numerando populo.*

VITIUM REBUS SOLENNE SECUNDIS. *Claud.*

* DLXXVI. *David coram Rege Achis insanum se simulans.*

INSANIRE LIBET. *Virg.*

* DLXXVII. *David Berzelai gratus.*

GRATIA PRO REBUS. *Ovid.*

In gratum animum.

* DLXXVIII. *David, non sanguine, sed trucidatis Leonibus &c. glorians.*

VIRTUTE DECET, NON SANGUINE NITI. *Claud.*

* DLXXIX. *David, insanum se coram Rege Achis simulans.*

TEMPORIBUS SERVIRE DECET. *Vel.* UTERE TEMPORIBUS.

* DLXXX. *David, eligere jussus ex tribus plagis, pestem eligens.*

CUPIAS, QUODCUNQUE NECESSE EST. *Luc.*

* DLXXXI. *David occiso Goliatho, acclamationes populi audiens.*

VIRTUTE, MEREMUR HONORES.

* DLXXXII. *David, de virtute suâ, Saulis persecutiones passus.*

EXCITAT INVIDIAM VIRTUS.

* DLXXXIII. *David Saulem amans, se tamen ei non credens.*

HOSTEM SAPIENTER AMABIS.

* DLXXXIV. *David, ense Goliathi contra hostes utens.* 1. *Reg.* 21.

ENSE, ANIMUS MELIOR.

Animi plus valent quam arma.

* DLXXXV. *David, in regno in virtutibus eminentior, ac ante.*

ET VIRTUS CRESCIT HONORE.

* DLXXXVI. *David, in honore & virtute constitutus, minime liber à livore.*

SUMMA PETIT LIVOR. *Ovid.*

* DLXXXVII. *David, Saulem in regno corrivalem suum patienter sufferens.*

RIVALEM PATIENTER HABE. *Ovid.*

* DLXXXVIII. *David Berzellai gratus.*

VETERIS STAT GRATIA FACTI. *Virg.*

Da-

* DLXXXIX. *David, ſitibundus, allato ſibi per tres viros potu ex ciſternâ in Bethlehem, appetitum ſuum ſubigens, aquam effundendo.*
NULLA EST VICTORIA MAJOR. *Claud.*

CAPUT CX.

ABIGAIL.

* DXC. *Abigail, Uxor Nabal Carmeli, Davidem placans.*
INGENIO MOLLIOR IRA MEO. *Ovid.*
In animos iracundos, ſæpe ingenioſe emolliendos,
* DXCI. *Abigail, inſcio viro ſuo, obviam Davidi cum muneribus progreſſa.*
MULTA VIROS, NESCIRE DECET. *Ovid.*
* DXCII. *Abigail, manſuetis verbis, & muneribus, Davidi oblatis, eum placans.*
HOC UNO, SOLVITUR IRA MODO. *Ovid.*
* DXCIII. *Idem.*
TANTA IN MUNERIBUS FIDUCIA. *Juven.*
Munera crede mihi placant hominesque Deosque.

CAPUT CXI.

GOLIATH.

* DXCIV. *Goliath, Davidi adoleſcenti ſarcaſticè illudens.*
VIDE QUEM DESPICIAS.

CAPUT CXII.

AMNON.

* DXCV. *Amnon Davidis filius, ita propriam ſororem Thamar deperiens, ut propter amorem ejus, ægrotaret.* 2. *Reg.* 13.

QUIS ENIM MODUS ADSIT AMORI? *Virg.*

* DXCVI. *Idem Amnon, poſt vehementiſſimum amorem Thamar, tandem eam exoſam habens odio magno nimis.* 2. *Reg.* 13.

TAM CITO FUGIT AMOR. *Ovid.*

In brevitatem & inconſtantiam obſcœni amoris.

* DXCVII. *Idem.*

ODIUM COMITATUR AMOREM, AUT SEQUITUR.

* DXCVIII. *Idem Amnon, cum potiri non poſſet illicitis ſororis ſuæ Thamar amplexibus, macie attenuatus.*

TRISTES IN AMORE REPULSÆ.

CAPUT CXIII.

JOAB.

* DXCIX. *Joab cum oſculo, quod Amaſæ fraudulenter dabat, eum pugione perfodit.* 2 *Reg.* 2.

NUSQUAM TUTA FIDES. *Virg.*

* DC. *Idem.*

APPARET DISSIMULATUS AMOR. *Ovid.*

* DCI. *Idem Joab, cum Amaſam interfecturus eſſet, inquiebat Salve mi frater.*

PERICULUM IN FALSIS FRATRIBUS.

* DCII. *Idem.*

VIVITUR HOC PACTO. *Pers.*

Ut

Ut ſub ſpecie amicitiæ, multi circumferant corda inimica.

CAPUT CXIV.

ISBOSETHUS.

* DCIII. *Isboſeth filius Saulis, cum poſt prandium in lecto ſuo dormiret, in eodem interfectus.*
SUA QUISQUE PERICULA NESCIT. *Luc.*

CAPUT CXV.

ACHITOPHEL.

* DCIV. *Achitophel diſſipato per Chuſai conſilio ſuo, ſe ſuſpendens. 2. Reg. 17.*
TANTI EST SE SPERNERE SPERNI.
Facilius eſt mundum ſpernere, quam ſpernere ſe ſperni.
* DCV. *Idem Achitophel peſſimo conſilio Abſaloni dato, eodemque diſſipato, ſe interficiens.*
TANTI REFERT QUID CONSULAS. *Vel.* QUID CONSULAS VIDE.

CAPUT CXVI.

ABSALON.

* DCVI. *Abſalon capillos ſpecioſiſſimos ſiclis quam plurimis appenſos gerens.*
ORNANT, SED ONERANT.
Ita honores mundani.
* DCVII. *Idem.*
GRAVIA QUÆ PULCHRA.

* DCVIII. *Idem Absalon, è pulcherrimis capillis suis, ex arbore suspensus.*

HINC DECUS, ET LAQUEUS.

In honores mundi.

* DCIX. *Idem capillis suis, suspensus.*

QUOS NUTRII, PERIMUNT.

In passiones, quæ animam perimunt, morte æternâ.

* DCX. *Absalon, sub lapidum cumulo, tumulatus.*

A CUMULO, TUMULUS.

Multos bonorum temporalium cumulus, tumulavit in inferno.

CAPUT CXVII.

URIAS.

* DCXI. *Urias, epistolam ferens, necis propriæ imperium, continentem.*

IGNARUS SUA SE TRACTARE PERICLA.

Multi, in honoribus, divitiis, Prælaturis, Curis animarum, propriæ animæ pericula ignari tractant.

CAPUT CXVIII.

ISACHAR.

* DCXII. *Isachar, videns requiem, quod esset bona; supposuit humeros ad portandum.*

REQUIESQUE MIHI, NON FAMA PETITA EST.

In eum qui hujus mundi honoribus relictis requiei æternæ se parat.

* DCXIII. *Idem.*

QUI PRÆTULIT OTIA REGNO.

In plurimos, qui Regno terrestri se abdicantes, Deo post servierunt.

CA-

CAPUT CXIX.

SALOMON.

* DCXIV. *Salomon Rex, uxores quaſi Reginas habens ſeptingentas, & concubinas trecentas. Lib. 3. Reg. 11.*

RES IMMODERATA LIBIDO EST.

* DCXV. *Salomon, ſumptuoſiſſima plura ædificia, ad Luxum exſtruens. Lib. Reg. 3. Cap. 7.*

POMPÆ, NON ANIMÆ.

In multa opera hominum.

* DCXVI. *Salomon, meretricum litem, ſuper filiolo, dirimens. Lib. 3. Reg. Cap. 3.*

LITEM NATURA DIREMIT.

* DCXVII. *Salomon, in ædificandâ Mello, & coæquatione voraginis civitatis David. 3. Reg. Cap. 11. immenſos ſumptus faciens, ex divitiis ſibi à Davide relictis. Vide Corn. à Lap.*

STULTITIAM PATIUNTUR OPES.

DCXVIII. *Salomon, Matri Berſabeæ aſſurgens.*

SIC FILIUM DECUIT.

Immortalem laudem meruit Joannes III. Rex Poloniæ, ad Regnum nondum evectus, quando ejuſdem Mater pientiſſima, teſtamento ſtatuerat apparatum ſuum funebrem abſque omni pompa celebrari: Inter obedientiam enim & reverentiam ipſe medius, Primo funebrem apparatum in ſepulturâ ei exhiberi abſque omni pompâ, eo modo, quo mater ſtatuerat, juſſit; cum eâ epigraphe.

SIC MATER VOLUIT.

Quo obedientiæ præcepto expleto, poſt dies aliquot, alium pientiſſimæ matri eumque pomposiſſimè ut filius exhibuit, eâ epigraphe adjectâ.

SIC

SIC FILIUM DECUIT.

Dignissimus, qui omni benedictione temporali postmodum à Deo donatus fuerit, in quarto præcepto ad promissa iis, qui honorant patrem & matrem.

* DCXIX. *Salomon divitias non petens, aut bona temporalia.*

NEC CUPIENDA BONIS. *Ovid.*

* DCXX. *Salomon petens sapientiam, eamque à Deo impetrans.*

O FACILES DARE SUMMA DEOS! *Luc.*

* DCXXI. *Salomon plurimas pecunias in structuras profanas impendens.*

PRODIGA RERUM LUXURIES. *Luc.*

* DCXXII. *Salomon petens divitias ne dederis mihi &c.*

ET OPUM METUENDA FACULTAS. *Luc.*

* DCXXIII. *Salomon sapientiam postulans, sibi tot populis regendis necessariam.*

NON PRIVATA CUPIT.

CAPUT CXX.

ROBOAM.

* DCXXIV. *Roboam, nimio rigore decem regni partes amittens.*

REGNI CLEMENTIA CUSTOS.

* DCXXV. *Idem.*

TRISTE RIGOR NIMIUS. *Claud.*

* DCXXVI. *Roboam Consiliariorum suorum juniorum adulationibus perversus, decem tribus amittit.*

HABET HUNC ADULATIO FINEM.

CAPUT CXXI.

JEROBOAM.

DCXXVII. *Jeroboam ex servo Rex Israel, despoticè, & tyrannicè dominans.*

AS-

ASPERIUS SERVO NIHIL EST.

Lamentatio Prophetæ est: *Servi dominati sunt nobis!*

CAPUT CXXII.

ADDO.

* DCXXVIII. *Rigidam Jeroboami manum precibus sanans Addo.*

SIC RIGIDA FLECTES.

Obdurati animi precibus emolliendi sunt.

CAPUT CXXIII.

ELIAS.

* DCXXIX. *Elias abjecto ex curru igneo pallio, procedens.*

TUTUM CARPIT INANIS ITER. *Ovid.*

In paupertatem Religiosam.

* DCXXX. *Elias sine Sacrinâ ad iter paratus, de quo Scriptura: Grandis tibi restat via.*

OPTIMUM VIATICUM PIETAS.

* DCXXXI. *Elias, pallium projiciens, ex curru igneo.*

LIBER AB EXUVIIS.

In paupertatem.

* DCXXXII. *Elias igneo curru sublatus.*

NOSSE NEC AURIGAM LICUIT. *Claud.*

In occultum cujusdem rei Consiliarium.

* DCXXXIII. *Elias, à corvo pastus.*

NOCTU EXSPECTANDO, DIUQUE.

In gratias divinas desuper exspectandas.

* DCXXXIV. *Elias à corvo pastus.*

SUOS ÆTHER ALIT.

In providentiam Dei inpascendis hominibus.

* DCXXXV. *Elias, curru igneo in aërem raptatus.*
ARDUA VIRTUTI, NULLA EST VIA.
* DCXXXVI. *Elias Zona pelliceâ ſuccinctus & vir piloſus.*
FORMA VIROS NEGLECTA DECET. *Ovid.*
In veſtium decorem negligendum à viris.
* DCXXXVII. *Elias per turbinem raptatus, in paradyſum.*
NEC TURBINE DEVIUS.
In eum, qui in commotione populari non abripitur.
* DCXXXVIII. *Idem.*
TURBINE SURSUM.
In eum qui in commotione populari ad dignitatem quandam aſcenderat.

CAPUT CXXIV.

* DCXXXIX. *Achab, quod Nabothi vineam habere non poſſet, admodum triſtatus.*
RARO LÆTATUR AVARUS.
* DCXL. *Achab, Nabothum occidens, ut vineam ejus poſſideret.*
OPUM FURIOSA CUPIDO.
* DCXLI. *Achab Rex, Regno ſuo minimè contentus, ultra exiguam vineam Nabothi appetens.*
NIL ANIMO SATIS EST.
* DCXLII. *Adulantibus Pſeudo Prophetis, plus credens Achab, quam Micheæ, in procinctu contra Aſſyriorum Regem, perimitur.* 3. *Reg. Cap.* 22.
EX MARTE MORTEM.
In bella inconſulto ſuſcepta.

CAPUT CXXV.

N A B O T H.

* DCXLIII. *Naboth, Achabo Regi vineam ſuam, quod avi-*

avitum sibi patrimonium esset, cedere nolens.
AVITA TUERI.

CAPUT CXXVI.

ELISÆUS.

* DCXLIV. *Elisæus, viduæ paupercula, oleum quo creditoribus satisfaceret, impetrans.* 4 *Reg.* 4.
EST ILLIS CURÆ, MORTALIS EGESTAS. *Virg.*
Superis curæ sunt pauperes: *Tibi derelictus est pauper.*
* DCXLV. *Elisæus ad Eliam in curru igneo raptum, oculos convertens.*
NON ALIO CONFERTE OCULOS.
In mentem, in cœlum levandam.
* DCXLVI. *Elisæus, Eliam raptum respiciens.*
IN UNUM, TENDIT UTERQUE.
In corpus & animam.
* DCXLVII. *Elisæus, ab Eliâ spiritum duplicem postulans, eum consequitur.*
SUPERI PIA VOTA SECUNDANT.
In Deum, preces exaudientem in iis, quæ ad salutem petimus.
* DCXLVIII. *Elisæus, spiritum duplicem petens.*
SI VIS POSCERE, POSCE BENE.
In oranda ea quæ animæ saluti conducunt.

CAPUT CXXVII.

JESABEL.

* DCXLIX. *Jesabel, stibio faciem pingens.*
MENS IMMUNDA TAMEN.

Idem

* DCL. *Idem.*
MENS ORNANDA PRIUS.
In curam animæ ante omnia impendendam.

CAPUT CXXVIII.

JOAS.

* DCLI. *Joas Rex pessimus.*
REGIA RES SCELUS EST. *Ovid.*
* DCLII. *Idem Joas, ex optimo pessimus.*
COEPISTI MELIUS QUAM DESINIS.

CAPUT CXXIX.

ATHALIA.

* DCLIII. *Athalia, plurium homicidiorum rea, ipsa etiam demum interficitur.*
MORS MORTE PIANDA EST.

CAPUT CXXX.

JONAS.

* DCLIV. *Jonæ hedera citissimè nata, ad diluculum verme exedente, exarescens.*
CITO NATA, CITO PEREUNT. *Vel.*
IMMODICIS BREVIS EST ÆTAS.
* DCLV. *Jonas in ventre ceti comprehensus, firmiter sperans se liberandum, inquiens, Verumtamen rursus videbo templum Sanctum tuum. Jonæ. 2.*
AFFLICTIS SUPEREST SPES UNICA REBUS.

Idem

* DCLVI. *Idem Jonas in ventre ceti.*
VIRTUS MEDIIS SECURA PERICLIS.
* DCLVII. *Jonas fugiens.*
SE FUGIT ET SEQUITUR.
In conſcientiam ubique comitem.

CAPUT CXXXI.

JONATHAS.

* DCLVIII. *Jonathas inquiens, Guſtavi modicum mellis, & ecce morior.*
USQUE ADEO NULLA EST SINCERA VOLUPTAS. *Ovid.*
* DCLIX. *Jonathas Davidis cauſam apud parentem Saulem agens.*
NEC AMICI DESERE CAUSAM. *Ovid.*
* DCLX. *Jonathas multum amabilis.*
UT AMERIS AMABILIS ESTO. *Ovid.*
Amoris philtrum amor eſt.
* DCLXI. *Jonathas exſpolians ſe tunicâ ſua, eaque Davidem induens.*
PRODIGA RES AMOR EST.
* DCLXII. *Jonathas optimus miſerè cum Parente Saule interfectus.*
FORTUNAQUE MORIBUS IMPAR. *Ovid.*
In quam plurimos quorum virtutibus fortuna minimè reſpondet.

CAPUT CXXXII.

EZECHIAS.

DCLXIII. *Ezechias 4. Reg. Aſyriis Theſauros ſuos oſtendens ob id ab Iſaia reprehenditur.*
SINE TESTE BEATIOR.
In revelationem bonorum operum nulli faciendam.

DCLXIV. *Isaias, signo umbræ ad decem gradus in horologio Achaz retrogradæ, Ezechiæ vitæ prorogationem denuntiat.*
4. *Reg.* 20.
EX UMBRA VERITAS.
In Veteris Testamenti figuras, &c.

* DCLXV. *Ezechias concordi consilio labentem Rempublicam restituit.* 2. *Par.* 29.
CONCORDIA RES PARVÆ CRESCUNT.

* DCLXVI. *Ezechias, massa ficuum curatus.*
4. *Reg.* 20.
TANTUM MEDICAMINA POSSUNT.
In medicinas spirituales in desperatis non negligendas.

* DCLXVII. *Ezechias,* 4. *Reg.* 20. *à Prophetâ audiens, se moriturum flevit fletu magno.*
RES EST DIFFICILIS MORI.
In difficultatem mortificationum.

CAPUT CXXXIII.

OZIAS.

* DCLXVIII. *Ozias ab Azariâ sacerdote, aliisque sacerdotibus, objurgatus, ne incensum super altare Thymiamatis adoleret, cum abstinere nollet, leprâ correptus.* 2. *Paralip.* *Cap.* 26.
PAREAS NE PEREAS.

* DCLXIX. *Ozias, postquam roboratus esset, elevatum est cor ejus in interitum suum, & ingressus templum Domini adolere voluit incensum.* 2. *Paralip. Cap.* 26.
NEC ELATUS ABSTINET ARIS.
In Tyrannum sacrilegum.

Idem

* DCLXX. *Idem.*

TU PROTEGE, THURE ALTER ADORET.

Principum est protegere, sacerdotum orare.

CAPUT CXXXIV.

SENNACHERIB.

* DCLXXI. *Sennacherib exercitus ab Angelo unâ nocte cæsus.*

ET MILITAT ÆTHER.

In multas victorias cœlitus obtentas.

* DCLXXII. *Ex Sennacherib exercitu* 185000 *corpora cæsa sparsim jacentia.*

HI FRUCTUS BELLI.

CAPUT CXXXV.

AMASIAS.

* DCLXXIII. *Amasias, feliciter percussis* 10000 *Edomitis, non acquiescens, movens contra Joas, Regem Israel, ab eodem capitur.* 4. *Reg.* 14.

FORTUNAM REVERENTER HABE.

* DCLXXIV. *Idem Amasias temerè bellum contra Joas movens.*

NOCUIT TEMERARIA VIRTUS. *Ovid.*

CAPUT CXXXVI.

TOBIAS.

* DCLXXV. *Tobias hirundinis stercore in oculos casu delapso, in patientiæ probationem, excæcatus.*

ET HABENT MORTALIA CASUM. *Luc.*

* DCLXXVI. *Tobias junior, cum Sara junctus, nil patitur à dæmonio, quod septem ejus viros interfecerat.*

CASTO DEUS ÆQUUS AMORI. *Ovid. Vel.* AMPLEXUS HOC PROMERUERE PUDICI. *Claud.*

* DCLXXVII. *Tobias inquiens; Pauperem quidem vitam ducimus.*

PAUPERTATEMQUE FERENDO EFFECERE LEVEM. *Ovid.*

* DCLXXVIII. *Tobias senior cæcus.*

MULTUM ANIMO VIDIT. *Ovid.*

CAPUT CXXXVII.

MANASSES.

* DCLXXIX. *Inter Reges Judæ nemo diutius Manasse regnasse legitur, quippe qui quinquaginta annis regnavit in Jerusalem. L. 4. Reg. Cap. 21.*

NON QUAM DIU, SED QUAM BENE.

CAPUT CXXXVIII.

AMON.

* DCLXXX. *Amon à propriis servis suis domi interfectus. Lib. 4 R. Cap. 21.*

INIMICI HOMINIS DOMESTICI EJUS.

CAPUT CXXXIX.

SEDECIAS.

* DCLXXXI. *Sedecias à Nabuchodonosor dejecto Joackimo suffectus, post quam perfide à rege Babylonis*

lonis receſſiſſet, ab eodem captus, exoculatus eſt, & captivus in Babylonem ductus.
FIDEM SERVARE MEMENTO.

CAPUT CXL.
NABUZARDAN.

* DCLXXXII. *Nabuzardan aris fociſque infeſtus.*
FOCIS INFESTUS ET ARIS.
In ſacrilegia Militaria.

CAPUT CXLI.
JEREMIAS.

* DCLXXXIII. *Jeremias Prophetiam ſuam incipiens AAA. Domine Deus ecce neſcio loqui.*
SCIRE HOMINUM NIHIL EST.
Cum enim conſumaverit homo tunc incipit. Eccl. 34.
* DCLXXXIV. *Idem.*
UT COELO SAPIAS UNI TIBI DESIPE.

CAPUT CXLII.
SUSANNA.

* DCLXXXV. *Suſanna caſtiſſima adulterii accuſata.*
CASTA QUIDEM SED NON CREDITA.
Ovid.
In multos innocentes ſiniſtra hominum judicia perpeſſos.
* DCLXXXVI. *Judices ſenes innocentis Suſannæ accuſatores, Daniele teſte Cap.* 13. *declinaverunt oculos ſuos ut non viderent cœlum.*
COECUS INEST VITIIS AMOR. *Claud.*

* DCLXXXVII. *Judices senes amore Susannæ exardescentes.*

URIT AMOR GRAVIUS, QUO SERIUS. *Ovid.*

* DCLXXXVIII. *Judices iidem oculos claudentes, ne cœlum viderent, ut supra.*

PRONUM EST, SUPEROS CONTEMNERE TESTES. *Juven.*

* DCLXXXIX. *Susanna innocens, Danielis patrocinio liberata.*

INNOCUOS NON DESERIT ÆTHER.

CAPUT CXLIII.

DANIEL.

* DCXC. *Danielis statua in pedes ferreos & luteos desinens.*

VIX ÆRE RELICTO.

In hæc ferrea tempora.

* DCXCI. *Daniel cum sociis obtinens à Præposito Eunuchorum, ut solis leguminibus vescatur, exinde formosior apparens. Daniel. 1.*

NEGLECTÆ GRATIA FORMÆ. *Claud.*

In multas religiosas, quibus per asperas pœnitentias & jejunia, Deo sic disponente, nil venustatis decedit.

DCXCII. *Daniel astutè, judices falsi testimonii convincens.*

FRAUDE SUA PRENDITUR ARTIFEX.

CAPUT CXLIV.

NABUCHODONOSOR.

* DCXCIII. *Nabuchodonosor in feram commutatus.*

EFFERA RES SCELUS EST.

Idem

* DCXCIV. *Idem.*
EFFERA MENS MAGIS EST.

CAPUT CXLV.

BALTHASAR.

* DCXCV. *Balthaſar in medio convivii manum ad parietem ſcribentem videns.*
SOLLICITUMQUE ALIQUID LÆTIS INTERVENIT. *Ovid.*

CAPUT CXLVI.

ZOROBABEL.

* DCXCVI. *Zorobabel reducens Judæos ex Captivitate Babylonicâ.*
IN PATRIAM HOC DUCE REDITUR.
In S. Michaëlem Archangelum, ex captivitate hujus corporis in agone nobis Ducem ad cœleſtem patriam.

CAPUT CXLVII.

JUDITHA.

* DCXCVII. *Juditha fortiſſimum Holofernem interficiens.*
VIRTUS SPECTANDA, NON SEXUS.
* DCXCVIII. *Eadem*
SOLA AGMINIS INSTAR.
In B. Virginem, quæ eſt *Caſtorum acies ordinata.*

* DCXCIX. *Holophernes formâ Judithæ captus, interficitur.*

SPECIES DECEPIT AMANTEM.

In multos mulierum ſpecie ſeductos.

* DCC. *Judith Holophernem interemptura, jejuniis ſe diſpoſuit Judith. Cap.* 12.

CAUSA DEO PLACUIT, SED ET ARMA TUENTIA CAUSAM.

* DCCI. *Judith ſpecioſa.*

MENS FORMOSA MAGIS. *Vel.*

PAR ANIMO QUOQUE FORMA FUIT. *Ovid.*

In quam plurimas innocentiſſimas virgines.

CAPUT CXLVIII.

AMAN.

* DCCII. *Aman, ex supremâ gratiâ omni favore excidens.*

SIC GRATIA VERTITUR AULÆ.

In inconſtantem favorem aulæ.

* DCCIII. *Aman præ invidia ſeſe ſuſpendio necans.*

SIBIMET INVIDIA LICTOR.

CAPUT CXLIX.

HELIODORUS.

* DCCIV. *Heliodorus poſt fuſas Judæorum orationes à Deo percutitur, ut emendetur. L.* 2. *Macchab. C.* 3.

UT EMENDET PERCUTIT ÆTHER.

CA-

CAPUT CL.

MATATHIAS.

* DCCV. *Mathathias Religionis causam zelosissimè agens.*
COELI NE DESERE CAUSAM.

CAPUT CLI.

JUDAS MACHABÆUS.

* DCCVI. *Judas Machabæus curans sacrificia pro mortuis.*
MANIBUS HOC SATIS EST. *Ovid.*
* DCCVII. *Idem.*
PROPTER FRATRES MEOS ET PROXIMOS MEOS.
In suffragia mortuorum curanda.

CAPUT CLII.

ELEAZARUS.

DCCVIII. *Eleazarus nolens canis suis ignominiam irrogare, carnes porcinas vescendo.*
PLUS ANIMO CANUIT.

CAPUT CLIII.

ANTIOCHUS.

* DCCIX. *Antiocho secundam profectionem in Ægyptum parante, visi Jerosolymis equites per aërem discurrere. 2. Mach. 5.*



NEC SIDERA PACEM SEMPER HABENT.
In virorum doctorum discordias.

* DCCX. *Antiochus scaturientibus è corpore vermibus meritâ morte occumbens.* 2. *Mach.* 9.

PLUS MENS FOETEBAT.
In peccatum quod gravissimus animæ fœtor est.

EX NOVO TESTAMENTO.

CAPUT CLIV.

ÆNEAS PARALYTICUS.

* DCCXI. *Æneas paralyticus per octo Annos sanatur. Act.* 9.

NU-

NUMINA NUNQUAM DESTITUUNT.

In auxilium divinum, ſero adveniens ſæpe, ſed tandem.

DCCXII. *Idem Æneas, parendo mandato ſibi à S. Petro dato, Lectum tollens ſanatur.*

PARENDO SALUTEM.

In obedientiam Religioſam.

CAPUT CLV.

ALEXANDER.

* DCCXIII. *De Tumultu eo cujus Act. 19. mentio eſt, inquit Scriptura: Plures neſciebant, quâ ex cauſâ conveniſſent.*

NIL EST MODERABILE PLEBI.

* DCCXIV. *Tumultus ejuſdem cauſa lucrum ſibi ceſſaturum à Judæis creditum, ex ſtatuis argenteis quas Dianæ faciebant.*

RES EST SEDITIOSA LUCRUM.

* DCCXV. *Epheſii in eodem tumultu lucrum ſibi ceſſaturum, pro prætextu aſſumpſere, cur Paulum non audiverint.*

AMANT CRIMINA PRÆTEXTUS.

CAPUT CLVI.

ANANIAS.

* DCCXVI. *Ananias juſſus à Deo quærere Paulum, ut eum converteret, & à cœcitate liberaret.*

QUÆRENDUS BENE CUI FACIAS.

* DCCXVII. *Ananias ad vicum Rectum ire juſſus.*

PAUCIS HIC TERITUR VICUS.

In hæc iniqua tempora, quibus rectum vix quæritur.

CA-

CAPUT CLVII.

ANANIAS ET SAPHIRA.

* DCCXVIII. *Ananias & Saphira de pretio agri venditi retinentes aliquid, neque totum ad pedes Apostolorum deferentes.*

AUT NON, AUT QUÆ DAS, DA SERIO.

* DCCXIX. *Ananias & Saphira retinentes de pretio agri repentina morte puniti.*

LUDI NON SUSTINET ÆTHER.

* DCCXX. *Idem.*

FALLERE QUOS NON EST.

* DCCXXI. *Ananias & Saphira conjuges, in scelere eodem complices.*

PAR MALE COMPOSITUM.

* DCCXXII. *Ananias & Saphira, ob mendacium repentinâ morte puniti.*

MENDACIA PERDUNT.

* DCCXXIII. *Iidem de pretio retinentes.*

RES EST DIFFICILIS DARE.

* DCCXXIV. *Idem.*

PRETIOSA PERICULA NUMMI.

CAPUT CLVIII.

A P O L L O.

* DCCXXV. *Apollo rigans quæ Paulus plantavit.*

PLANTATA RIGARE.

In curam novellis plantis Ecclesiæ, Religionisque impendendam.

Idem

* DCCXXVI. *Idem.*
NON SATIS EST RIGASSE SEMEL.
In idem.
* DCCXXVII. *Idem.*
SPES INDE PROFECTUS.

CAPUT CLIX.
CORNELIUS CENTURIO.

* DCCXXVIII. *Cornelius Centurio intendens operibus misericordiæ.*
PIETASQUE VIRIS QUI CASTRA SEQUUNTUR.
In S. Martinum, aliosque misericordes milites.
* DCCXXIX. *Centurionis Cornelii eleemosynæ, à cœlo respectæ.*
DII PIA FACTA VIDENT. *Ovid.*
* DCCXXX. *Cornelius Centurio & miles, Deo acceptus.*
PERSONAM HOMINIS NON ACCIPIT ÆTHER.
* DCCXXXI. *Cornelius Centurio ob opera misericordiæ à Deo non derelictus.*
PIOS NON DESERIT ÆTHER.

CAPUT CLX.
CAIPHAS.

* DCCXXXII. *Caiphas, ex livore una cum aliis Judæis, Christum interficiens.*
QUO NON LIVOR ADIT? *Ovid.*
* DCCXXXIII. *Idem.*
QUID POPULI SI TALIA MISTÆ?
In exempla mala sacerdotum.

CA-

CAPUT CLXI.

DIONYSIUS AREOPAGITA.

* DCCXXXIV. *Dionyſius Areopagita ex eclypſi in Paſſione Chriſti lumen ſuæ converſionis hauriens.*

ORBI NOCTEM, MIHI DIEM.

* DCCXXXV. *Idem.*

COELO LUX ILLA REFULSIT.

In gratias converſionis.

* DCCXXXVI. *Idem.*

ABSCONSO LUMINE NUMEN.

In conſolationibus abſconditis recurrendum ad Deum.

* DCCXXXVII. *Idem.*

AB ALTERIUS LUX ISTA LABORE.

CAPUT CLXII.

ELYMAS MAGUS.

* DCCXXXVIII. *Elymas magus excæcatus.*

CÆCA MAGIS MENS EST.

* DCCXXXIX. *Idem.*

CÆCÆ HÆC SINT PRÆMIA MENTIS.

In excæcationem, quam Deus ſæpe in pœnam priorum peccatorum permittit.

CAPUT CLXIII.

HERODES.

* DCCXL. *Herodes Herodiadæ ſaltanti dimidiam regni ſui partem, offerens.*
DOMINATUR, QUISQUIS AMATUR.
* DCCXLI. *Herodes coram 3. Magis diſſimulans ſe & Chriſtum adoraturum, mox eum perſequi incipit.*
PIETAS DISSIMULATA PATET. *Ovid.*
Hypocriſes tandem ad lucem veniunt.
* DCCXLII. *Herodes infantes occidens timuit, ne regno ſuo privaretur.*
QUI TERRET, PLUS IPSE TIMET. *Claud.*
* DCCXLIII. *Herodis ambitio ad Regnum mortale, cauſa fuit infanticidiorum.*
HINC CRUOR ET CÆDES. *Ovid.*
* DCCXLIV. *Herodes inquiens, Ut & ego veniens adorem eum.*
SPECIE VIRTUTIS, ET UMBRA. *Juven.*
In ſimulatam pietatem.

CAPUT CLXIV.

JAIRUS.

* DCCXLV. *Jairus pro prole vitam à Chriſto flagitans.*
TANTUS AMOR PROLIS.
In ingenitum omnibus prolis amorem.

CAPUT CLXV.

S. JOANNES BAPTISTA.

* DCCXLVI. *S. Joannes Baptiſta cum præſagio. Quis putas puer iſte erit?*

SUPERAT PRÆSAGIA TANTA.

Acclamatum aliquando fuit Wilhelmo Regi Angliæ, reſpiciendo ad præſagia juventutis ejus.

* DCCXLVII. *Joannes quod gratiam ſignificat.*

EX RE NOMEN HABET. *Ovid.*

* DCCXLVIII. *Joannes Baptiſta à teneris in eremo.*

PRO! QUANTUS MORTE FUTURUS!

* DCCXLIX. *S. Joannes Baptiſta, poſtulante Herodiade caput ejus, ab Herode interfectus.*

QUID FOEMINA POSSIT TUNC PATUIT.

* DCCL. *Joannes à teneris in eremo neque manducens neque bibens.*

TALIBUS AUSPICIIS. *Virg.*

* DCCLI. *S. Joannes parvulus, Chriſto parvulo colludens.*

PUEROQUE PUER DILECTUS. *Virg.*

* DCCLII. *S. Joannes Chriſto & agnello colludens.*

PARIBUS COLLUDERE GAUDET.

In quærendam Societatem bonorum.

* DCCLIII. *S. Joannes Chriſto puerulo colludens.*

VIVENDO NON MORIENDO PARES.

* DCCLIV. *Idem.*

PAR FUIT HIS ÆTAS ET AMOR. *Ovid.*

* DCCLV. *S. Joannes Baptiſta, ob invectivas in luxuriam Herodis factas, interfectus.*

CASTIS NIHIL UNDIQUE TUTUM.

* DCCLVI. *S. Joannes Herodiade caput ejus poſtulante interfectus.*

SANC-

SANCTUM NIHIL USQUE PUELLIS.
* DCCLVII. *Herodes ſpondens ſe conſenſurum cuicunque petitioni Herodiadis.*
QUID SPONDEAS VIDE.
* DCCLVIII. *Joannes Magnus coram Domino &c.*
NULLI NOMINA TANTA VIRO. *Ovid.*
* DCCLIX. *S. Joannes Baptiſta Vox clamantis in deſerto plurimos ad pœnitentiam convertens.*
VIS EA VOCIS ERAT.
Humilitate potius, quam concionatorum verbis, auditores convertuntur.
* DCCLX. *S. Joannes non tam verbis quam exemplis pœnitentiam prædicans.*
FACTIS VOX PLURA DOCEBAT.
In Concionatores, quorum eſt *Facere* & *Docere.*
* DCCLXI. *Joannes à teneris in eremo aſperam vitam agens.*
HÆC PRIMA ELEMENTA FUERUNT. *Ovid.*
In mortificationes à teneris annis incipiendas.

CAPUT CLXVI.

S. JOANNES EUANGELISTA.

* DCCLXII. *S. Joannes Euangeliſta diſcipulus quem diligebat Jeſus.*
O NIMIUM DILECTE DEO! *Claud.*
* DCCLXIII. *S. Joannes ad ſepulchrum Chriſti præcurrens.*
USQUE ADEO EST, PRÆPROPERATUS AMOR. *Ovid. Vel,*
NESCIT AMOR REMORAS.
* DCCLXIV. *S. Joannes ad Crucem Chriſti.*
ADVERSO TEMPORE CREVIT AMOR. *Ovid.*

* DCCLXV. *S. Joannes castitate meritus præ reliquis à Christo diligi.*

PROMERUIT ISTA PUDICUS.

In Castitatem Deo dilectam.

* DCCLXVI. *S. Joannes ad Crucem Matrem Christi sibi commendatam habens.*

MATREM NE DESERE NATE.

CAPUT CLXVII.

JOSEPH AB ARIMATHÆA.

* DCCLXVII. *Josephus ab Arimathæâ amorem in Christum post mortem testatus, sacri ejus corporis sepulturâ.*

POST FUNERA VIVIT AMOR.

* DCCLXVIII. *Joseph Christi corpus syndone involvens.*

MUNDA VULT SYNDONE PONI.

Christus in S. Communione, mundam animam requirit.

* DCCLXIX. *Joseph ab Arimathæâ Corpus Christi à Pilato intrepidè postulans, cum periculo tantæ invidiæ sibi à Judæis conflandæ.*

AMOR NIL TALIA CURAT.

CAPUT CLXVIII.

JOSEPH BARNABAS.

* DCCLXX. *Joseph Barnabas abjecto auro Christo serviens.*

PROCUL IRRITAMENTA MALORUM.

CA-

CAPUT CLXIX.

S. JOSEPH CHRISTI NUTRITIUS.

* DCCLXXI. *Joseph B. Virginis sponsus.*
QUANTUM SUPEREMINET ILLE MARITOS. *Claud.*
* DCCLXXII. *S. Joseph moriens.*
ATLAS EN IPSE LABORAT. *Ovid.*

CAPUT CLXX.

JUDAS ISCARIOTES.

* DCCLXXIII. *Hinc Judas Christum osculans, hinc Joannes in ultimâ cœnâ super pectus Christi recumbens.*
VIDE PARIS SUMPTIONIS QUAM SIT DISPAR EXITUS.
In S. Communionem.
* DCCLXXIV. *Judas de quo Christus: Melius ei erat si natus non fuisset.*
QUID ENIM FUIT UTILE NASCI. *Ovid.*
Hæc omnium Damnatorum vox est.
* DCCLXXV. *Judas ex Discipulo Christi proditor.*
NIL HOMINI CERTUM EST. *Ovid.*
In incertitudinem perseverantiæ in bono.
* DCCLXXVI. *Judas Christum vendens 30. argenteis.*
NEMO PLURIS EMENDUS ERAT. *Ovid.*
* DCCLXXVII. *Judas ante bonus, demum Christi traditor.*

ULTIMA ME PERDUNT. *Ovid.*

In eos qui bona principia malo fine concludunt.

* DCCLXXVIII. *Judas pecuniarum amore, Christum divendens.*

NIL NON SUADET AVARITIA.

* DCCLXXIX. *Judæ pedes à Christo loti.*

MENS ILLOTA MANET.

In fictam Confessionem.

* DCCLXXX. *Judas Christum divendens.*

NIL CUPIDIS SANCTUM EST.

* DCCLXXXI. *Idem.*

IBI FAS UBI MAXIMA MERCES. *Luc.*

Sic hodie mundus.

* DCCLXXXII. *Judas avarissimus murmurans super unguento, poterat enim venundari & dari pauperibus.*

SCELERI NE NOMINA DESINT. *Ovid.*

In fictos prætextus scelerum.

* DCCLXXXIII. *Judas se suspendens.*

ÆS LAQUEI PRETIUM. *Horat.*

* DCCLXXXIV. *Judas accusans effusionem unguenti &c.*

LAUDEMQUE IN CRIMINA VERTIT. *Ovid.*

In multos, qui bona in malam partem sumunt.

CAPUT CLXXI.

L A Z A R U S.

* DCCLXXXV. *Lazarus recipiens mala in vitâ suâ, nunc bene habet, quando è contra dives Epulo bene in vitâ habens, nunc mala recipit in inferno.*

SIC RERUM INVERTITUR ORDO.

CAPUT CLXXII.

LONGINUS.

* DCCLXXXVI. *Longinus latus Christi lanceâ post mortem ejus adhuc perfodiens.*
SED NEC LIVOR POST FATA QUIESCIT.
* DCCLXXXVII. *Idem.*
FERIT INTIMA CORDIS.
In orationem, quæ Christo cor feriens, eum emollit.

CAPUT CLXXIII.

MALCHUS.

* DCCLXXXVIII. *Malchus cum amputatâ aure dextrâ.*
QUIDVIS CAPIT AURE SINISTRA.
In malum interpretem operum proximi.

CAPUT CLXXIV.

S. MARIA MAGDALENA.

* DCCLXXXIX. *S. Maria Magdalena lachrymis rigans Christi pedes exauditur.*
LACHRYMÆ PONDERA VOCIS HABENT.
Ovid.
In efficaciam Contritionis veræ.
* DCCXC. *S. Maria Magdalena, post Resurrectionem Christum agnoscens.*
QUIS FALLERE POSSIT AMANTEM. *Virg.*
* DCCXCI. *S. Maria Mag. cum aliis unctura corpus Christi sepulti, inquiebat: Quis revolvet nobis lapidem ab ostio monumenti.*

CLAUSA PUTAT SIBI CUNCTA PAVOR.
Claud.

In eos qui difficultatibus deterrentur à quærendo Christo.

* DCCXCII. *S. Maria Magdalena lachrymis lavans, & capillis tergens pedes Christi, remissionem peccatorum suorum impetravit.*

SUPREMA PIACULA SEMPER DANT VENIAM CULPÆ. *Claud.*

* DCCXCIII. *S. Maria Mag. in sepulchro Christi, videns Angelum stolâ alba indutum.*

APTUS COLOR ILLE PUELLIS. *Ovid.*

Innocentia maxime decet Virgines.

* DCCXCIV. *S. Maria Magdalena peccata sua deflens.*

CAUSAS ILLA DOLORIS HABENT. *Ovid.*

In gravitatem peccatorum.

* DCCXCV. *S. Maria Mag. unctura Christi sepulti corpus, sepulchri custodes minime extimescens.*

NON EST HOSTIS METUENDUS AMANTI. *Ovid.*

* DCCXCVI. *S. Maria Mag. post Resurrectionem Christi inquiens, Si tu sustulisti eum &c.*

SENTIT AMANS SUA DAMNA.

* DCCXCVII. *Valdorius Leodiensium excellentissimus sculptor Crucifixum Christum coram S. Maria Mag. exprimens, eum inversis Nominis Mariæ Magdalenæ litteris anagrammaticè dictam Sanctam alloqui fecit.* GRANDIA MALA MEA. *cui eadem Sancta, pari sui nominis anagrammate respondebat,* A ME MALA GRANDIA. *cui congruè lemma facies.*

RESPONDENT NOMIA FACTIS.

* DCCXCVIII. *S. Maria Mag. quod Christum dilexerit multum, plenam lachrimæ fidem fecere.*

ET

ET LACHRYMÆ FECERE FIDEM. *Ovid.*
Dolor menſura amoris eſt.

* DCCXCIX. *S. Maria Mag. poſt lapſum, plus Deum diligens.*

LAUDEMQUE MEREBERE CULPA. *Ovid.*
In multos Sanctos poſt culpam majores.

* DCCC. *S. Maria Magdalena multum diligens Chriſtum.*

RES NON OPEROSA VOLENTI. *Ovid.*
In facilitatem amoris.

* DCCCI. *S. Maria Mag. poſt Reſurrectionem Chriſtum ſibi apparentem tactura audiit, Noli me tangere.*

NEC VIDISSE SAT EST. *Ovid.*
Quippe eundem etiam per amorem poſſideamus neceſſe eſt.

CAPUT CLXXV.

MARTHA.

* DCCCII. *Martha ſollicita erga plurima deteriorem partem eligens.*

ME MEA CURA FEFELLIT. *Virg.*
In ſupervacaneas rerum mundanarum curas.

CAPUT CLXXVI.

MATTHIAS.

* DCCCIII. *Matthias ſortibus in Apoſtolum electus.*

IT MERITIS FORTUNA COMES.

* DCCCIV. *Idem.*

UTERE SORTE TUA.
In vocationem non negligendam.

CAPUT CLXXVII.

NATHANAEL.

* DCCCV. *Nathanael de quo Christus: Israelita in quo dolus non est.*

INTEGER VITÆ SCELERISQUE PURUS. *Horat.*

CAPUT CLXXVIII.

NICODEMUS.

* DCCCVI. *Nicodemo inquiens Christus: Tu es Magister in Israel & hæc ignoras?*

NON QUILIBET INDE MAGISTER.

Nempe, sæpe minime respondent nomina scientiæ vitæ &c.

* DCCCVII. *Nicodemus patiens sibi explicarti parabolam à Christo.*

A LUMINE FLAGITO LUMEN.

In gratias actuales à Deo postulandas.

CAPUT CLXXIX.

S. PAULUS APOSTOLUS.

* DCCCVIII. *S. Paulus persecutionem in Christianos movens convertitur.*

A SCELERE VITÆ MELIORIS ORIGO.

Nempe multis occasio convertendi fuit ex crimine quodam.

* DCCCIX. *S. Paulus ea mala & pericula perpessus, quæ ipse 2. Cor. 11. enumerat.*

TOT MALA PERTULIMUS. *Ovid.*

In multa à viris Apostolicis patienda.

S. Pau-



* DCCCX. *S. Paulus in ipso naufragio non cessans animare alios.*

NEC CESSAT NAUFRAGA VIRTUS. *Luc.*

* DCCCXI. *S. Paulus cum reliquis Apostolis procedens à conspectu Cornelii gaudens.*

PER SUMMA PERICULA GAUDENS.

* DCCCXII. *S. Paulus cum Barnaba pro Deo habitus. Act.* 14. *mox paulo post lapidandus.*

TANTA HOMINES RERUM INCONSTANTIA VERSAT. *Ovid.*

* DCCCXIII. *S. Paulus perorans.*

JUVIT FACUNDIA CAUSAM. *Ovid.*

In preces quæ Deum pronum ad nos juvandum movent.

* DCCCXIV. *S. Paulus in naufragio servatus.*
NESCIA NAUFRAGII VIRTUS.
* DCCCXV. *S. Paulus: Quis nos separabit à charitate Christi &c.*
NEQUE MORS NEQUE VINCULA TERRENT. *Horat.*
* DCCCXVI. *S. Paulus cum claudum Act.* 14. *curasset, pro Deo habitus.*
SOLA DEOS ÆQUAT CLEMENTIA NOBIS.
* DCCCXVII. *S. Paulus nulla re ab amore Christi abducendum se glorians opere ipso id demonstrans.*
DANT EXEMPLA FIDEM. *Claud.*
* DCCCXVIII. *S. Paulus in Insulâ Melitâ Serpente ex sarmentis ad manus ejus ascendente, à videntibus malefactor judicatur.*
O HOMINUM SENTENTIA FALLAX. *Ovid.*
In falsa hominum judicia.
* DCCCXIX. *Paulus vas electionis jam factus.*
SAULUS OLIM.
In Sanctos varios ex peccatoribus conversos.
* DCCCXX. *Saulus ut eum circumfulsit lux, repente excœcatus mansit.*
E LUCE TENEBRÆ.
Ex honoribus sæpe conscientiæ suboriuntur tenebræ.
* DCCCXXI. *Idem S. Paulus excœcatus.*
POST TENEBRAS SPERO LUCEM.
Post ariditates succedit Conscientiæ serenitas.
* DCCCXXII. *S. Paulus in vinclis admodum disertus.*
PLUS REDDUNT VINCLA DISERTUM.
* DCCCXXIII. *S. Paulus pro Christo vincula ferens gaudenter.*
HÆC

HÆC MERA LIBERTAS. *Vel.*
SED LIBERA MENS EST.
Deo ſervire Regnare eſt.
* DCCCXXIV. *S. Paulus miſericordiam conſecutus, quod ignoranter peccaſſet.*
PARTEM CRIMINIS ERROR HABET. *Ovid.*
* DCCCXXV. *S. Paulus cum ſtimulo carnis, animo repugnante.*
ALIUDQUE CUPIDO, MENS ALIUD SUADET. *Ovid.*
In carnem, adverſus ſpiritum concupiſcentem.
* DCCCXXVI. *S. Paulus inquiens: Omnia mihi licent, ſed non omnia expediunt.*
QUOD LICET ET TUTUM EST. *Ovid.*

CAPUT CLXXX.

S. PETRUS APOSTOLUS.

* DCCCXXVII. *S. Petrus Malcho auriculam amputans.*
SUASIT AMOR FACINUS. *Ovid.*
* DCCCXXVIII. *S. Petrus: Ecce duo gladii hic.*
ENSIS NON SUFFICIT UNUS.
In poteſtatem Eccleſiaſticam, & ſæcularem.
* DCCCXXIX. *S. Petro in carcere porta ferrea ultro aperta.*
NESCIT OBSTACULA VIRTUS.
* DCCCXXX. *S. Petrus in carcere Dormiens.*
NIL CONSCIRE SIBI.
* DCCCXXXI. *S. Petrus totâ nocte laborans, nihil capiens.*
HOMINUM SIC SÆPE LABORES.
* DCCCXXXII. *S. Petrus in nomine Jeſu laxans rete, concludens in eo magnam piſcium multitudinem.*

HO-

HOMINUM SIC RARO LABORES.

* DCCCXXXIII. *S. Petrus sequens Christum in Passione à longè.*

AMOR EST MIHI CAUSA SEQUENDI. *Ovid.*

* DCCCXXXIV. *Petrus per mare ad Christum in littore conspectum tendens.*

AMORI INVIA NULLA VIA EST.

* DCCCXXXV. *Idem.*

PERICLA SPERNERE NOVIT AMOR.

* DCCCXXXVI. *S. Petrus pedibus in cœlum erectis crucifixus.*

SIC PETITUR COELUM.

Affectibus (quorum pedes Symbolum sunt) pro Christo crucifixis, & in cœlum directis, cœlum petitur.

* DCCCXXXVII. *S. Petrus in passione Christum negans denique pro eo crucifigendus.*

EX FRAGILI DENIQUE FIRMUS ERO.

* DCCCXXXVIII. *Umbra S. Petri infirmos curans.*

DIGNOSCAR AB UMBRA.

Quilibet æstimandus è suâ humilitate.

* DCCCXXXIX. *Petrus pro Christo demum inconcussus.*

SUM PETRA NON MOVEOR.

In Ecclesiam Catholicam.

* DCCCXL. *Petrus gladium in Malchum stringens.*

CONDERE PRÆSTAT.

* DCCCXLI. *S. Petrus in monte Thabor ædificaturus tria tabernacula.*

DULCIA NON MERUIT, QUI NON GUSTAVIT AMARA.

CAPUT CLXXXI.

S. PHILIPPUS.

* DCCCXLII. *S. Philippus Nathanaelem invitans, ut videret Jesum. Joann. 1.*

EST

EST ALIQUID SPECTARE DEOS. *Ovid.*

* DCCCXLIII. *Idem.*

NEC VIDISSE SEMEL SATIS EST. *Virg.*

CAPUT CLXXXII.

PILATUS.

* DCCCXLIV. *Pilatus homo gentilis Christum morti adjudicans.*

NIL INIQUUS JUDICAT ÆQUUM.

* DCCCXLV. *Pilato populo optionem dante, an Christum vel Barrabam dimitti vellent, Barrabas latro eligitur.*

SIC ELIGIT ORBIS.

DCCCXLVI. *Pilatus manus lavans.*

MENS LAVANDA PRIUS.

CAPUT CLXXXIII.

SAMARITANA.

* DCCCXLVII. *Samaritanæ ad puteum sua à Christo adulteria prædicta.*

ACTA DEOS NUNQUAM MORTALIA FALLUNT. *Ovid*

* DCCCXLVIII. *Christus Samaritanam ad fontem aquæ melioris invitans.*

ALIAM FONS ILLE PROPINAT.

CAPUT CLXXXIV.

SAMARITANUS.

* DCCCXLIX. *Samaritanus ejus, qui in latrones occiderat, misertus.*

QUIVIS TIBI PROXIMUS ESTO.

CA-

CAPUT CLXXXV.

SIMEON.

* DCCCL. *Simeon Christum in ulnis habens.*
IMMENSUM METIOR ULNIS.
* DCCCLI. *Idem.*
QUEM FULCIO, FULCIOR ISTO.
* DCCCLII. *Simeon viso Christo mortem exspectans.*
TANTA EST FIDUCIA MORTIS. *Luc.*
* DCCCLIII. *Idem.*
ET SATIS EST VIDISSE SEMEL. *Claud.*

CAPUT CLXXXVI.

SIMON MAGUS.

* DCCCLIV. *Simon Magus Spiritus S. Collationem pecuniâ ab Apostolis nequaquam mercari valens.*
PECUNIÆ NON OBEDIUNT OMNIA.
* DCCCLV. *Simon Magus rogans ab Apostolis facultatem aliis Spiritum Sanctum conferendi.*
STULTE QUID HUNC ALIIS.
* DCCCLVI. *Idem.*
NON EST VENALE, QUOD OPTAS.

CAPUT CLXXXVII.

S. STEPHANUS.

* DCCCLVII. *S. Stephani facies formosa instar Angeli conspecta.*

ME-

MERUIT FORMOSA VIDERI. *Ovid.*

* DCCCLVIII. *S. Stephanus pro se erectus, pro lapidantibus genu flexus orans.*

HOC VIRTUTIS OPUS. *Virg.*

Summa charitas est plus inimicos quam se diligere.

* DCCCLIX. *S. Stephanus quod græcè coronam significat.*

IPSE CORONA SIBI EST.

* DCCCLX. *S. Stephanus pro Christo lapidatus, fidem fecit amoris sui in Christum.*

DURIS EXERCITA FIDES.

* DCCCLXI. *S. Stephani facies formosa conspecta.*

FACIES ANIMO DIGNAQUE, PARQUE FUIT. *Ovid.*

CAPUT CLXXXVIII.

TABITHA.

* DCCCLXII. *Tabitha Orationibus ad vitam revocata.*

ORANDO REVIVAM.

In quamplurimos orationibus aliorum ad melioris vitæ frugem reductos.

* DCCCLXIII. *Idem.*

HABET VIRTUS POST FATA PATRONOS.

CAPUT CLXXXIX.

S. THOMAS APOSTOLUS.

* DCCCLXIV. *S. Thomas credere nolens in Resurrectionem Christi, nisi prius eodem viso.*

RES GRAVIS EST FIDES.

* DCCCLXV. *Idem.*

VISIS FIDERE, NOVIT AMOR.

CA-

CAPUT CXC.

ZACHÆUS.

* DCCCLXVI. *Zachæus descendens ex arbore Christum hospitio cepit.*

UT CAPIAS, DESCENDE, DEUM.

Optima ad capiendum in Convivio Eucharistico Deum dispositio est humilitas.

* DCCCLXVII. *Zachæus festine descendens.*

FESTIVE SI FESTINE.

In festinam conversionem peccatorum.

* DCCCLXVIII. *Zachæus staturâ pusillus à Christo visitatus.*

PLUS DILIGIT ILLE PUSILLOS.

In humiles à Christo dilectos.

CAPUT CXCI.

CHRISTUS.

* DCCCLXIX. *Christus flagello vendentes è templo ejiciens.*

TANGIT ET IRA DEOS. *Ovid.*

* DCCCLXX. *Christo Resurgenti P. Masenius in Meditationibus inscripsit.*

PAX REDIT.

DCCCLXXI. *Christus sepultus apud RR. PP. Augustinianos Varsaviæ inscribitur.*

MORS DEVICTA JACET.

DCCCLXXII. *Christus Resurgens ibidem inscribitur.*

SUBJUGATIS HOSTIBUS.

Chri-

* DCCCLXXIII. *Christus in cœlum ascendens.*

PENNIS ADJUTUS AMORIS.

Ascensio Christi ex amore hominum facta est, ut eorum advocatum ageret apud Patrem.

* DCCCLXXIV. *Christus post passionem favum mellis comedens.*

DULCIA NON MERUIT, QUI NON GUSTAVIT AMARA.

CAPUT CXCII.

POPULUS CHRISTIANUS.

*DCCCLXXV. *Crescente in populo Christiano numero discipulorum, factum est murmur. &c.*

SED NUMERO LANGUET PIETAS.

MEMBRA HUMANA.

CAPUT CXCIII.

CAPUT.

* DCCCLXXVI. *Caput Spirituum animalium receptaculum.*

SPIRITUS INTUS ALIT. *Ovid.*

Prælatos, tanquam Ecclesiæ capita, Spiritus Sanctus regit.

* DCCCLXXVII. *Caput in suprema corporis parte locatum.*

DIGNA STATIONE LOCAVIT.

In præeminentiam Papalem super alios prælatos Ecclesiæ.

* DCCCLXXVIII. *Capite infirmo, reliqua corporis membra infirmantur.*

UT LANGUET, CÆTERA LANGUENT.

Languido ſuperiore langueſcunt protinus ſubditi.

* DCCCLXXIX. *Caput ſeptem orificia exteriora habens, in ore, oculis, auribus, naribus.*

DOMUS UNA, SED OSTIA SEPTEM.

In cœlum ad quod per ſeptem Sacramenta veluti per totidem oſtia patet ingreſſus.

CAPUT CXCIV.

OCULUS.

* DCCCLXXX. *Oculo utroque pariter elevato videmus, uno enim depreſſo objectum duplicatum conſpicimus.*

UTROQUE PARITER.

Intentio partim ad mundum, partim ad Deum dirigi nequit.

Gratiâ divinâ illuminati & propriâ diligentiâ, nævos conſcientiæ in ejuſdem examine inſpicimus.

* DCCCLXXXI. *Oculi flentes pariter.*

PAR EST CONCORDIA FLENDI. *Ovid.*

In triſtitiam minime ſimulatam, ac eam, quam oculis corpus edit exterius, interiori triſtitiæ reſpondentem.

In communem luctum.

* DCCCLXXXII. *Oculi flentes.*

VOX ILLIS LACHRYMÆ.

In pœnitentiam, cui pro voce lachrymæ ſunt.

* DCCCLXXXIII. *Oculus attactu rei cujuſlibet ita alteratur ut ad tempus ei viſus adimatur.*

COECATUR ATTACTU.

In fidem, quæ deſinit eſſe in iis, quæ ſenſu attingimus.

In judicem, qui excœcatur muneribus.

* DCCCXXXIV. *Idem.*

LÆDITUR ATTACTU.

In

In Caſtitatem.

* DCCCLXXXV. *Oculus in objecto diſtante fallitur, quippe quod minus, aliterque coloratum apparet.*

DISTANTIA FALLIT.

Diſtantia rerum ſpiritualium, & æternarum, fallit oculos mentis, ut minora ea appareant. &c.

* DCCCLXXXVI. *P. Engelgrave oculum utrumque exprimens, eis inſcribit.*

PROXIMUS HUIC.

In charitatem proximo habendam.

* DCCCLXXXVII. *Oculus (qui frigidi admodum temperamenti eſt) lachrymans.*

LACHRYMATUR ET ALGET.

In fictam contritionem.

* DCCCLXXXVIII. *Oculi omnia videntes præter ſe ipſos.*

SE NUNQUAM.

In eum qui aliorum defectus, non proprios inſpicit.

* DCCCLXXXIX. *Oculi omnia videntes, quæ in mari, terrâ & cœlo aguntur.*

COELO SALOQUE, SOLOQUE.

In oculum Dei omnia intuentem.

* DCCCXC. *Oculus objectum per medium lucidum cernens.*

NIL SINE LUCE.

Sine luce gratiæ divinæ cœci ſumus, & duces cœcorum.

CAPUT CXCV.

C O R.

* DCCCXCI. *Cor ſuperiore ſui parte quâ cœlum ſpectat apertum, & inferiore quâ terram, clauſum.*

PATET ÆTHRÆ, CTAUDITUR ORBI.

In eum, qui ſolum inſpirationibus divinis dat locum.

* DCCCXCII. *In exequiis Electricis Saxoniæ cor exhibebatur, quod à Jehovâ radios emiſſos recipiens, eoſdemque remittens, lemma tenebat.*

AB HOC, ET AD HUNC.

Omnia noſtra à Deo ſunt, eique per gratiarum actionem referenda.

* DCCCXCIII. *Celeberrima quondam Coloniæ Agrippinæ Heirathiorum officina, pro Symbolo multis in libris habuit plura corda, per modum valli diſpoſita, cum lemmate.*

FIRMUM CONCORDIA VALLUM.

In concordiam fraternam.

* DCCCXCIV. *Cor ſemper in motu.*

AGILES NOCTESQUE DIESQUE.

In Religioſos die & nocte in ſervitio Dei per cantum choralem agiles.

In Principem, vel Miniſtrum, jugiter occupatum.

* DCCCXCV. *Cor ſpirituum vitalium receptaculum.*

SPIRITUS INTUS ALIT.

In animam in gratiâ Dei conſtitutam, quæ Spiritus Sancti Domicilium eſt.

In Eccleſiam, quæ Spiritu Sancto regitur.

* DCCCXCVI. *Cor juxta Medicos primo vivens, ultimo moriens.*

PRIMO VIVENS, ULTIMO MORIENS.

In eum, qui in recreationibus primus, in mortificationibus ultimus eſt.

* DCCCXCVII. *Cor dilectionis ſedes.*

OMNES COMPLECTOR IN UNO.

In eum, qui omnes in Chriſto Jeſu amat.

* DCCCXCVIII. *Varſaviæ in frontiſpicio Eccleſiæ RR. PP. Reformatorum, Cor cum ſtylo*

ex-

exhibetur, in quo horæ à ſole notantur, cum lemmate.

UNI SOLI.

In cor noſtrum, quod paratum ſit, ut voluntatis divinæ momenta in eo deſcribat, univerſi Sol Deus.

* DCCCXCIX. *Cor in arâ.*

SATIS HOC, SI CÆTERA DESINT.

Deus affectum cordis penſat magis, quam extera.

* CM. *Cor ſemper patens.*

SEMPER PATET.

Pateat cor noſtrum omnibus amicis quod ament, inimicis quod amentur.

* CMI. *Cor ſuper arâ.*

IN QUO TOTUM CONTINETUR.

Affectus penſandus, non reliqua.

* CMII. *Cor cum bolide exploratum, à Zincgrefio inſcribitur.*

SINE FUNDO. *Vel,*

INTIMA SCRUTATUR NEMO.

Cor hominis à nullo, præter Deum, qui corda & renes ſcrutatur, penetrabile eſt.

* CMIII. *Clotharius Rex Galliæ cor in iride pro ſymbolo habuit, cum lemmate.*

MUTARI FACILE.

In inconſtantiam cordium & affectuum humanorum.

In adulatorem.

* CMIV. *Cor à Rudolpho* I. *lemma habuit adinſtar pomi Eridis Deæ, è cœlo in medium Dearum projecti.*

DETUR PULCHERRIMÆ.

In cordis noſtri amores, poſt Deum, Beatæ Virgini Mariæ conſecrandos.

* CMV. *Cor animæ præcipua ſedes.*

DULCIS HOSPES ANIMÆ.

In animam Juſti, quæ Spiritus Sancti hoſpitium eſt.

* CMVI. *Cor triangulum quod mundum orbicularem in ſe capiens eodem impleri in angulis non poteſt.*

MUNDIQUE CAPACIOR HOSPES. *Luc.*

Animam nulla creatura explere poteſt, ſed unicus is, ad cujus imaginem formata eſt, nempe Deus.

* CMVII. *Cor acumine ſuo terram ſpectans.*

MINIMA PARTE SOLUM.

Ex hoc documentum capiamus, minimâ parte curanda nobis eſſe terreſtria, maximâ cœleſtia bona.

* CMVIII. *Cor ſemper in motu.*

QUIETUM NUNQUAM.

Creatum eſt cor noſtrum à Te (inquit Auguſt. Deo) & inquietum eſt cor noſtrum, donec requieſcat in te.

* CMIX. *Cordis motus ſanitas ac debilitas ex venis manualibus è corde provenientibus dignoſcitur. Pulſum Medici dicunt.*

HINC NOSCITUR.

Ex opere (quorum manus ſymbolum ſunt) dignoſcitur affectus. *Probatio enim dilectionis* (inquit *S. Gregorius*) *eſt exhibitio operis.*

* CMX. *Cor ſponſæ, de quo ipſa Cant. 5. Ego dormio & cor meum vigilat.*

VIGILES NOCTESQUE DIESQUE.

Ita cor ſit ſponſæ cujuſlibet Religioſæ.

* CMXI. *In Capitulari Domo RR. PP. Dominicanorum Gedani cor ardens in arâ lemma habet.*

DEUS NON DESPICIES.

In cor contritum & humiliatum.

* CMXII. *Cor ad ſiniſtram in corpore partem declinans.*

PLUS SPECTO SINISTRAM.

In perverſos affectus noſtros, qui plus terreſtria quam cœleſtia ſpectant.

* CMXIII. *Bonnæ in templo RR. PP. ſocietatis Jeſu, ge-*

genium vidi, qui paroxyden cordibus humanis plenam in cœlum dirigens, lemma à RP. Nicolao Elſſenio ejuſdem Soc. accepit.

SURSUM CORDA.

In diſtractiones in templo & orationibus cavendas.

* CMXIV. *Cor in arâ.*

QUIN DAMUS ID SUPERIS. *Perſius.*

In affectum nulli alteri quam Deo præbendum.

* CMXV. *Cor in cœlum evolans cum lemmate.*

HIC AMAT.

* CMXVI. *Alterum in homine.*

HIC ANIMAT.

In cor, quod in corporis carcere concluſum, affectibus ſuis cœlum petit, ibique magis quam in corpore præſens eſt. Magis enim eſt ubi *amat*, quam ubi *animat*.

CAPUT CXCVI.

PULMO.

* CMXVII. *Pulmo, quem aerem attrahit, mox iterum exſpirans.*

QUOS SPIRITUS ATTRAHO, REDDO.

In Concionatores, Confeſſarios &c. qui quem accipiunt Spiritum Sanctum, in alios cum ſalutaribus monitis diſpergere ſatagunt.

CAPUT CXCVII.

STOMACHUS.

* CMXVIII. *Stomachus alimenta recipit, ut excoctum ex iis meliorem ſuccum aliis membris miniſtret.*

NIL SIBI.

In eum, qui magis alienis commodis, quam propriis ſtudet.

* CMXIX. *Stomachus ſaturatus & plenus.*

DUM PLENUS, LEVIS EST.

In eum, qui bonis temporalibus repletus mundi levitatibus ſe totum dat.

* CMXX. *Stomachus vacuus & famelicus.*

GRAVIS, DUM PENDET INANIS.

In paupertatem impatienter toleratam.

CAPUT CXCVIII.

MANUS.

* CMXXI. *Zincgrefius duas manus ſibi implicatas exhibens, eis inſcribit.*

NEC TERRA VINCERE, NEC AURO. *Vel,* NESCIA PERVIDIÆ.

In fidem ſervandam proximo.

* CMXXII. *Idem manibus mutuâ ſeſe ope lavantibus inſcribit.*

ALTERIUS ALTERA POSCIT OPEM.

In fraternum auxilium in Communitatibus.

* CMXXIII. *Duæ manus ſibi implicatæ.*

SOLA MORS SOLVERE POSSIT.

In fidem conjugalem.

* CMXXIV. *Manus in pugnum ſtricta.*

PLUS STRICTA, PLUS VALIDA.

In vires coadunatas.

* CMXXV. *Manus duæ ſibi implicatæ.*

ALTERA ALTERIUS.

In traditionem mutuæ fidei in matrimonio.

* CMXXVI. *Manus coronam lauream tenens, in Palatio Cardinalis Richelii inſcribitur.*

EX

EX OPERE GLORIAM.

In gloriam cœleſtem, non aliter, quam per meritoria opera quærendam.

* CMXXVII. *Manus dans & recipiens.*

ET DAT, ET RECIPIT.

In eleemoſynarium, qui, quæ Deus illi benigne largitur, per eleemoſynas aliis refundit.

* CMXXVIII. *Manus oculata, ab Haynovio inſcribitur.*

DISPONIT AGENDA.

In opera noſtra prudenter dirigenda.

* CMXXIX. *Apud Auctorem Colloquiorum manus diverſarum artium inſtrumenta tenens inſcribitur*

AD MUNIA QUÆLIBET APTA.

In magnum ingenium, ſeu Miniſtrum ad quævis habilem.

* CMXXX. *Apud eundem Auctorem Colloquiorum eadem manus inſcribitur.*

CUNCTA REGIT, DUM PAREAT UNI.

In Miniſtrum, qui omnia ex voto ſui Principis regit.

* CMXXXI. *Manus duæ ſibi implicatæ.*

ACCIPE, DAQUE FIDEM.

In fidem, quam ab aliis poſtulamus, etiam ſervandam eiſdem.

* CMXXXII. *Manus tenens diſciplinas, Cilicia, Roſaria, Libellos precatorios, &c.*

TENE, QUOD BENE.

In bonas conſuetudines non dimittendas.

CMXXXIII. *Manus ſceptrum tenens.*

EX OPERE REGNUM.

In Regnum cœleſte promeritum à Chriſto per paſſionem.

* CMXXXIV. *In manum chyrothecâ ferreâ armatam.*

ARMATUR, ET AUDET.

In eum, qui viribus Dei armatus audet decertare adverſus inſultus dæmonis.

CAPUT CXCIX.

P E S.

* CMXXXV. *Pedes ſtantes, & quandoque cadentes.*
STANTQUE LABANTQUE. *Ovid.*

In juſtos, qui in gratiâ Dei ſtantes, de die ſepties cadunt.

* CMXXXVI. *Pedes, quibus orbis premitur.*
PER HOS PREMIT OMNIA MUNDUS.

Affectibus, quorum pedes ſymbolum ſunt, omnia contemnuntur.

* CMXXXVII. *Pedi poſt deſtructam ſtatuam adhuc ſtanti inſcriptum legi.*
ADHUC STAT.

In Romanum Imperium Occidentis, quod juxta Danielis prophetiam, una tibiâ Orientali ſcilicet Imperio ad Turcas tranſlato adhuc in alterâ firmiter ſtat, & ſtabit uſque ad finem orbis. Juxta ejuſdem Danielis prophetiam & S. Pauli Epiſt. ad *Theſſal.* 2.

* CMXXXVIII. *Pes ſtans.*
QUI STAT, VIDEAT NE CADAT.

In curam, quam juſti ſibi impendant neceſſe eſt, ne in peccata labantur.

CAPUT CC.

CEREBRUM.

* CMXXXIX. *Cerebrum.*
SACRÆ SEMINA MENTIS HABET. *Ovid.*

Signatum eſt ſuper nos Lumen vultus tui Domine. &c. Pſalm. 4.

LIBER IV.

DE AVIBUS.



CAPUT I.

DE AVIBUS IN GENERE.

* I. *Avicula in caveâ, modico pabulo & aquâ contenta.*

VIVITUR PARVO BENE. *Vel.*

PAU-

PAUPERTAS CONTENTA. *Titulus libri cujusdam.*

In frugalitatem & paupertatem, à Deo cum gaudio susceptam.

* II. *Aves variæ, quælibet diverso cantu prædita.*

VOX SUA QUAMQUE SONAT.

Ex verbis & loquelâ quilibet dignoscitur. Rectè ille: *Adolescens loquere, ut te videam.*

* III. *Aves diversæ, quarum aliquæ ingrato cantu instructæ sunt.*

NON OMNES PHILOMELÆ.

Non omnes Poëtæ, Oratores, Musici, &c.
In ingenium medicore.

* IV. *In caveâ ad cantum instructa avicula.*

AD CANTICA FORMOR.

In Religiosum novitium, qui in cantu Gregoriano instruitur.

* V. *Aviculæ aliquot, aliarum cantu ad retia adductæ.*

PERICULUM IN FALSIS FRATRIBUS.

In cautelam adhibendam in discernendis veris & falsis fratribus.

* VI. *Aviculæ, postquam diu in excelso versatæ fuerant, demum pro quiete terram repetentes.*

DEMUM TERRA QUIES.

Post excelsas dignitates & honores, demum quiescendum omnibus erit in sepulchro.

* VII. *P. Masenius in Meditationibus aviculis teneris, è nido suo primum quamcunque in partem avolantibus, inscripsit.*

IN OMNEM TERRAM.

In SS. Apostolos, qui ope Spiritus Sancti è nido suo educti, in omnem terram evolarunt ad prædicationem Euangelii.

* VIII. *Aviculæ juxta adagium locum eum amantes, in quo editæ sunt.*

TAN-

TANTUS AMOR PATRIÆ.

In amorem Patriæ omnibus inditum.

* IX. *Aviculæ cantu ſuo alias ad retia allicientes.*

VOCES FALLACIS AMICÆ. *Ovid.*

In cavendos fœminarum cantus, libidinum ſæpe incentivos.

In falſas amicitias.

* X. *Avis in caveâ cantum addiſcit capta, non vero libera in ſylvâ.*

MAGISTRA VIRTUTUM DISCIPLINA.

In diſciplinam juventutis, & Religioſam, plurium bonorum cauſam.

* XI. *Avicula è caveâ evolans mox à milvo diſcerpta.*

LIBERTAS LIBERTATE PERIT.

In noxiam juventuti & Religionibus nimiam libertatem.

In eam libertatem, quæ in licentiam degenerat, legibus deinde compreſſam.

* XII. *Haynovius aviculis ſeſe ad crates caveæ mirè torquentibus, & circumagentibus, ut exitum inveniant, inſcripſit.*

POENA EST INVITIS GRAVIOR.

In patientiam ſervandam in clauſtro Religioſo. &c.

* XIII. *Aviculæ è nido adhuc teneræ avolantes.*

SAT CITO, SI SAT BENE. *Vel, uti Boxhornio placet.*

FESTINA LENTE.

In juventutem, non tam cito è paternâ diſciplinâ dimittendam.

In feſtinationem, & maturationem prudenter curandam.

* XIV. *Avicula exitum è caveâ quærens.*

LIBERTATIS AMOR.

In amorem libertatis omnibus à naturâ inditum.

Avi-

* XV. *Avicula aliarum, quarum cantu allecta eſt, conſorcium quæſitura in caſſes incidens.*

QUARUM CONSORTIUM SPERAVERAM.

Vel.

SOCIAS QUÆRENDO.

In ſeductionem malorum Sociorum.

* XVI. *Hannonis aves ejuſdem laudes decantare doctæ, dum ad ſylvam redierunt, omnium oblitæ, ſylveſtrem ſuum cantum repetiverunt, unde eis à Sambuco lemma.*

IN LEVIBUS NE PONITO LAUDEM.

In laudem vulgi, aut quorumcunque non temerè quærendam.

* XVII. *Aviculis aliquot ad Ceraſum arborem evolantibus apud Venen inſcribitur.*

PARASITI.

In paraſitos & amicos menſæ.

* XVIII. *Aviculæ in caveâ ſuavius concinentes.*

MAJOR FACUNDIA CLAUSIS.

In Religioſorum cantum choralem.

* XIX. *P. Maſenius diverſis aviculis concinentibus inſcripſit.*

MUSICA DISCORS.

In idem.

* XX. *P. Maſenius aviculæ, quæ à pueri manibus demulſa, inde expiraverat inſcribit.*

BLANDITIÆ PERDUNT.

Sic nobiſcum faciunt blanditiæ mundanæ voluptatum.

* XXI. *Idem Maſenius aviculæ ad caſſes avolanti inſcribit.*

FIDE, SED CUI VIDE.

In amicos cautè habendos.

* XXII. *Avicula in caveâ.*

PASCITUR ARBITRIO. *Claud.*

Ad

Ad arbitrium Dei paſcimur gratiis & conſolationibus divinis.

* XXIII. *Avicula cœlo divagata.*

COELO CONTENTA VAGARI. *Luc. L.* 8.

In animam contemplativam.

XXIV. *Avicula ad crucem aſſuefacta in Imagine primi ſæculi inſcribitur.*

A TENERIS ASSUESCERE CRUCI.

In dilectionem crucis ejuſque uſum juventuti à teneris inſtillandum.

* XXV. *Avicula filo pueri dimiſſa nullibi quietem inveniens, niſi in ejuſdem cruculâ in eadem Imagine lemma habet.*

IN CRUCE SOLA QUIES.

In Cruce Chriſti requies noſtra.

Item per cruces adverſitatum animæ requies æterna diſponitur.

* XXVI. *Avicula totos dies cantans in caveâ pro puſillo quod recipit pabulo.*

QUAM GRAVE SERVITIUM EST, QUOD LEVIS ESCA PARIT?

In grave mundi ſervitium quod exiguo corporis paſtu remunerat.

In guloſos, qui ventris ſui mancipia ſunt.

* XXVII. *Aviculæ, quæ alias toto die in aere circumvolitant, terram ſolum amore pabuli repetunt.*

AD PABULA TERRAM.

In animas, quæ diu contemplatione delectatæ demum ab eâ deflectentes terrenarum voluptatum pabula turpiter ſectantur.

In gulam quæ Sanctiſſimos ſeducit.

XXVIII. *In Theſibus Pariſienſibus S. Staniſlao Koſtkæ dedicatis, aviculæ in caveâ exhibentur, quæ à Matre aviculâ deſuper ad eas advolante paſcuntur cum inſcriptione.*

PANEM DE COELO PRÆSTITISTI EIS.

In

In S. Staniſlaum SS. Euchariſtia ab Angelis refectum.

* XXIX. *Avicula à milvo improviſe rapta.*

IMPROVISO RAPITUR. *Ex Hym.*

In mortem improviſam.

Item in improviſas milvi infernalis technas, quibus innocentiſſimas animas rapit.

* XXX. *Plurimæ aviculæ in caveis toto anni tempore concinentes.*

VER INTEGER ANNUS. *Vel*, HIC VER PERPETUUM. *Virg.*

In gaudia cœleſtia æternum duratura.

In Religioſam lætitiam, quam in prompto & hilari horarum ſuarum cantu, quovis tempore exhibent.

* XXXI. *Avicula in caveâ.*

PROSPICIENS PER CANCELLOS. *Cant.* 2.

In Chriſtum proſpicientem nos in venerabili ſacramento, per cancellos ſpecierum Euchariſticarum.

* XXXII. *Avicula in caveâ concluſa cantu ſuo aliis ſolatia præbens.*

MULTOS CAPTIVA SOLATUR.

In plurimos SS. Martyres, qui in carceribus concluſi primitivis Chriſtianis prædicationibus ſuis ſolatio fuere.

In S. Paulum, qui vinctus non deſiſtebat idem facere. *Ex Act. Apoſt.*

* XXXIII. *Aviculis ad ſolem ſplendentem concinentibus Feville inſcribit.*

LÆTI CUM LUMINE SOLIS. *Virg.*

In eam lætitiam, quam animæ noſtræ cauſant gratiarum lumina à Deo immiſſa.

* XXXIV. *Aviculæ alias ad caſſes evocantes.*

LEVIBUS NE FIDITO.

In fidem ſolum habendam viris gravibus.

XXXV. *Avicula è caveâ evolans, ab Eduardo Rege Angliæ, Teſte Huebero, lemma habuit.*

HOC

HOC FORTIOR IBO.

In animam, quæ ſoluta vinculis mundanarum voluptatum, Deo ſeſe totam conſecrat.

* XXXVI. *Aviculæ circumvolitantes in campis.*

NON SERUNT, NEQUE METUNT.

In nimiam ſollicitudinem cavendam Chriſto hoc exemplo nos ad id commonente.

* XXXVII. *Aviculæ cum volitant alis crucem formant.*

CRUCE LEVAMUR. *Vel*, PER CRUCEM AD ASTRA.

Adverſitatum crucibus anima levatur ad Deum.

* XXXVIII. *Aviculæ garrulæ ſemper.*

LEVIA SUNT QUÆVIS, QUÆ GARRULA.

In garrulitatem, quæ levitatem ordinarie habet comitem.

* XXXIX. *Aviculæ in nido adhuc implumes.*

DANT TEMPORA PENNAS.

Perfectio paulatim acquiritur.

Deſiderium cœleſtium Religioſis cum tempore accreſcit.

* XL. *Aviculæ à frugibus abſterritæ larvarum auxilio.*

PAVIDI TERRENTUR AB UMBRIS.

In ſcrupuloſam conſcientiam.

* XLI. *Aves paribus alis ſeſe ſurſum levantes.*

PARIBUS SE SUSTULIT ALIS.

In orationem & mortificationem, quibus uti duabus alis pariter ſe Religioſi ad perfectionem efferant, neceſſe eſt.

CAPUT II.

ACCIPITER.

* XLII. *Accipiter aureas è pedibus nolas rostro vellens, Ferdinando Duci de Albâ, pro symbolo fuit cum lemmate.*

NON BENE PRO TOTO LIBERTAS VENDITUR AURO.

In pretium libertatis.

Pro toto mundo libertas animæ servituti peccati malè mancipatur.

* XLIII. *Accipiter ex ardea quam insectatur, non prædam sed gloriam sectans.*

VICTORIAM, NON PRÆDAM.

In Belliducem generosum.

* XLIV. *Accipiter magnorum Principum recreationibus, per aerem serviens.*

PER AURAS SERVIO.

In adulatorem.

* XLV. *Accipiter avium aucupio totus deditus.*

AUCUPIO MENS EST DEDITA TOTA SUO.

In aucupem infernalem Dæmonem, totum deditum animarum capiendarum aucupio.

* XLVI. *Abbas Thesaurus in quodam Palatii Taurinensis conclavi accipitrem cucullatum, aves inter vicinas sibi, innoxiè circumvolitantem inscribit.*

QUOD OCULUS NON VIDET, COR NON DOLET.

In concupiscentias nostras.

* XLVII. *Accipiter aperto cœlo ardeam insectatus.*

COELO DECERTAT APERTO.

In

In Disputationes Controvertisticas, quas coram Rege Galliæ publicè sustinuit Cardinalis Peronius.

In Christum in cruce levatum, decertantem contra Dæmonem.

* XLVIII. *Accipiter post devictam ardeam, ejusdem corde pastus.*

VICTORI DEBITA MERCES.

Christus Dominus in Cruce victor, aeriarum potestatum, Cor omnium merito postulat gratum.

* XLIX. *Accipiter ministerio unguium, & rostri ardearum aliarumque avium victor.*

ROSTRIS, ATQUE UNGUIBUS ÆQUE.

In Concionatorem, qui rostro concionum suarum, & unguium suorum operibus, hoc est, *faciens & docens* peccata insectatur.

* L. *Accipitres Duo cucullati, avolantes in avia, & devia prædæ demum aliarum avium fiunt.*

QUIA COECUS, COECUM DUXIT.

In mala consortia.

* LI. *Accipiter mortuorum animalium pellibus velatus conquiescit.*

SIC QUIETUS.

In mortem, quæ oculos claudens, quietem adfert.

* LII. *Accipiter aliquando ab ardeâ rostri acumine interfectus.*

PRÆDÆ, PRÆDA PUDENDA SUÆ. *Ovid.*

In eum Confessarium, qui à pœnitente suâ, quam è faucibus inferni spiritualem prædam fecerat, seductus deinde periit.

* LIII. *Accipiter ultro semper ad vincula rediens.*

GRAVISSIMA SERVITUS CONSUETUDINIS.

In eam difficultatem, quâ malæ consuetudines superantur.

* LIV. *Accipiter in vivis cristis sericis, & vinclis,*

atque argenteis nolis superbus post mortem in fimetum abjicitur.

VIVUS HONORATUR.

In compta puellarum corpora, quæ nunc honori, post mortem horrori futura sunt.

* LV. *Accipitres pullis alimenta subtrahunt, ut ad prædas capiendas sic doceantur.*

SIC RITE DOCENTUR.

In jejunia quibus optimè erudimur ad prædas spirituales de nobis ipsis reportandas.

* LVI. *Accipiter brachio Falconarii adstrictus, amore prædæ, quam videt, exardescens, ab eodem compescitur.*

AVIDUM DOMANDO SPIRITUM. *Horat.*

In concupiscentias noxias per mortificationem frænandas.

* LVII. *Accipiter cum jejunus & impastus est, ad Dominum rediens, minime vero cum satur est.*

REDIBIT IMPASTUS.

Miseriis & paupertate compellimur sæpe redire ad Deum, Exemplo filii prodigi.

Caro jejuniis frænanda, ut spiritui subdatur.

* LVIII. *Accipitri falconarius prædam à longe demonstrans.*

PRÆDAM DE LONGE.

In D. Deum, qui cœlestia bona à longe nobis demonstrat.

* LIX. *Accipiter inter minores aviculas cucullatus oculis.*

NE VIDEANT VANITATEM.

In custodiam oculorum, inter hujus mundi vanitates servandam.

* LX. *Accipiter cum à Falconario ad prædas docetur, jugiter ejusdem brachiis insistens.*

JUGITER CUM DOMINO.

Re-

Religiosum Missionarium semper in Dei præsentiâ constitutum esse necesse est.

* LXI. *Thesaurus in quodam Domus Regiæ Sabaudiæ Principis conclavi, Cupidinem exhibuit, ficto agnini cordis simulacro, accipitrem ad pedicas revocantem, cum lemmate.*

CAPTIVITATEM COR MIHI FICTUM PARIT.

In fictas amicitias, paratas ad insidiandum.

* LXII. *Accipiter, in altum dimissus.*

AD ARDUA LIBENS.

In obedientiam promptam, etiam in arduis.

* LXIII. *Accipiter devictâ ardeâ, iterum cœlum repetens.*

VICTOR IN COELUM REDIT. *Ex Hym.*

In Christum Ascendentem in cœlum, infernali ardeâ per mortem suam devictâ.

* LXIV. *Accipiter sylvester non Domino, sed sibi prædam capiens.*

SIBI NON DOMINO.

In malum officialem, suo plus commodo, quam Domini studentem.

* LXV. *Accipiter raro ad Dominum sine prædâ rediens.*

NON NISI CUM PRÆDA.

In Belliducem cum victoriis & prædis semper reducem.

In Dæmonem.

* LXVI. *Accipitri oculi velantur, ne sursum tendat.*

NE TENDAT IN ARDUA.

Dæmoni proprium est, cordis nostri oculos illecebris suis excæcare, ne cœlestia appetamus.

LXVII. *Accipiter avem jam jam capturus, sagittâ transfixus lemma à Fevilleo habuit.*

CAPIENS CAPIOR.

In plurimos, plenis desideriis bonis hujus mundi inhiantes, quando jam à morte comprehendebantur.

CAPUT III.

ALAUDA.

* LXVIII. *Alauda Deum cantu suo laudando, in cœlum evecta.*

SIC ITUR AD ASTRA.

In cantus choralis remunerationem futuram in cœlo.

* LXIX. *Alauda in æthere cantans, orbe ex alto despecto.*

CUM CANTAT, DESPICIT ORBEM.

In mundanas distractiones, sub laudibus divinis despiciendas.

* LXX. *Alauda sereno cœlo, & secundâ aurâ, in aerem sublata.*

REBUS SUBLATA SECUNDIS. *Virg.*

In animum rebus prosperis elatum.

* LXXI. *Alauda ante ortum solis Deum laudans.*

MATUTINAS HINC ORDIOR HORAS.

In eum, qui diem à laude Dei incipit.

* LXXII. *Alauda non uno nixu, sed paulatim altius atque altius, in cœlum elata.*

AD ÆTHERA SENSIM.

In sanctitatem tardè consequendam.

* LXXIII. *Alauda inter cantandum elata.*

AD ÆTHERA GAUDENS.

In S. Martinum, qui Angelorum musicâ deduci in cœlum, auditus est à S. Severino Episcopo Coloniensi.

* LXXIV. *Alaudæ sereno solum tempore canenti, Joannes XI. Rex Lusitaniæ inscripsit.*

SERENITATI TANTUM.

In

In adulatorem.

* LXXV. *Alauda toto die cantu ſuo Deum laudans.*

NEC LAUDARE SUFFICIS.

In laudes divinas, nunquam ſatis decantandas.

* LXXVI. *Alauda jam ante auroram cantare incipiens.*

PRÆVENIT AURORAM.

In multorum Religioſorum cantus matutinos, auroram prævenientes.

* LXXVII. *Alauda ſenſim terram ex alto repetens,*

ET AD INFIMA SENSIM.

Senſim efficimur mali.

* LXXVIII. *Alauda cantando etiam in aere deſcendens.*

ET AD INFIMA GAUDENS.

In humilitatem cum gaudio exercitam.

CAPUT IV.

ALCYON.

* LXXIX. *Alcyonem, Berchorius mediâ in hyeme, nidum in mari conſtruere teſtatur.*

NON RECEDUNT IN TEMPORE TENTATIONIS.

In veram amicitiam conſtantem etiam adverſo tempore.

* LXXX. *Alcyon medio hyemis rigore mari ſerenitatem adferens.*

RIGIDO FERT TEMPORE PACEM.

In ſerenitatem conſcientiæ, per mortificationum rigorem allatam.

* LXXXI. *Alcyon ovis incubans, dum mare ſerenum & quietum eſt.*

IN PACE FACTUS EST LOCUS EJUS.

In Chriſtum Dominum natum orbi, dum is in ſummâ pace vivebat.

* LXXXII. *Idem.*

TEMPORE NON ALIO.

In Chriſtum ſpiritualiter naſcendum conſcientiæ quietæ.

* LXXXIII. *Idem.*

TEMPORIBUS SERVIRE DECET. *Ovid.*

In Politicum.

* LXXXIV. *Alcyoni, cœlo ſereno conceptæ Petra Sancta inſcribit.*

COELO CONCEPTA SERENO.

In Immaculatam Conceptionem B. Virginis.

* LXXXV. *Idem.*

JUSTO TEMPORE QUIDQUID AGES.

In opportunitatem rebus agendis quærendam.

* LXXXVI. *Theſaurus in ſolenni receptione Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis, & Franciſcæ à Franciâ Conjugum, exhibiturus feliciſſimi hujus conjugii auſpicium, Ceycidem Thraciæ Regem cum Alcyone, (qui in aves mutati, connubialem fidem tanto cœli favore ſervant, ut in earum nidulatione, ipſo brumali tempore, mare detumeſcat) exhibuit, cum lemmate.*

NIL HÆC CONNUBIA TURBAT.

In Sanctiſſimum Conjugium B. Virginis Mariæ cum Sponſo ſuo S. Joſepho.

* LXXXVII. *Alcyones pacificæ aviculæ nunquam inter ſe litigare viſæ.*

BELLUM INTERDICIT ORIGO.

In indolem manſuetâ è parentelâ editam.

* LXXXVIII. *Alcyon æquora turbida pacans.*

TURBIDA PACAT.

In eum, qui pacem conciliat inimicis.

In

In magnum ad pacem cudendam Legatum.

* LXXXIX. *Alcyon nidificans, cum mare prævidet.*

VENTURÆ PRÆSCIA PACIS.

In S. Archangelum Gabrielem, Annuntiantem pacem orbis Christum.

* XC. *Alcyones in mari natæ.*

CUNABULA FOVIT OCEANUS. *Claud.*

In urbem & Rempublicam Venetam mari inædificatam, & marinâ navigatione in eam, in quâ modo visitur amplitudinem excrescentem.

* XCI. *Alcyon in medio mari.*

MEDIO TUTISSIMA PONTO.

In B. Virginem, quæ in maligno hujus sæculi mari tuta mansit ab originalis peccati periculo.

In bonam conscientiam.

CAPUT V.

ANAS.

* XCII. *Anas persecutorem canem in aquis mirè deludens, cum ejus hiatui sæpe proxima sub aquis se abscondit.*

PERSECUTORE DELUSO.

In Multos SS. Martyres, qui in tormentis positi persecutores Tyrannos & Carnifices deluserunt, singularis in hoc fuit P. Ogilbæus è Soc. Jesu ab Anglis Martyrium afferens.

In S. Athanasium deludentem suos persecutores.

* XCIII. *Anas persequente se in aquis cane, sub aquis se abscondendo servatur.*

EVADIT ABSCONSA.

Multi persecutoris Dæmonis technas evadunt, abscondendo sese intra Religionum claustra.

* XCIV. *Idem.*

PERSECUTA DEPRIMOR.

In eum, qui inter perſecutiones animo cadit.

* XCV. *Idem.*

SERVATA PROFUNDO.

In humilitatem, quæ Diaboli laqueos evadit.

* XCVI. *Anas perſequente ſe in aquis cane, cum hoc loco ſe ſub aquis condit, alio iterum loco ex iiſdem emergit.*

EMERGAM ALIBI.

In eum, qui hic perſecutiones paſſus, alibi emergit.

* XCVII. *Anas à cane perſecuta, profundum petens.*

PERSECUTA PROFUNDUM.

In eum, qui in perſecutionibus ſe humiliat.

* XCVIII. *Anates, cum ita immerſo collo in aquas ſeſe lavare contingit, certum ſecuturæ pluviæ indicium eſt.*

TURBANDO COELO, SE DILUIT.

In eum, qui metuens punitiones divinas, ſacramento pœnitentiæ peccata ſua diluit.

* XCIX. *Anas ſe abſcondens ſub aquis, perſequente ſe cane.*

SUB TUUM PRÆSIDIUM.

In aquas pœnitentiæ, ſub quibus certiſſimum contra dæmonicas perſecutiones præſidium eſt.

* C. *Idem.*

SECURA PROFUNDO.

Nullibi, niſi in humilitate ſecuritas nobis eſt.

* CI. *Idem.*

APPETIT IMA TIMOR.

In timorem Dei, qui humilitatis veræ fundamentum eſt.

In naturam panici timoris, qui abjecta ſuadet.

* CII. *Anas ſæpiſſime ſeſe lavans in aquis.*

NON SATIS EST, LAVISSE SEMEL.

In Sacramentum pœnitentiæ, ſæpius repetendum.

Idem

* CIII. *Idem.*

NIL MUNDIOR INDE.

In fictæ pœnitentiæ lavacrum.

* CIV. *Anas mox ut nata est matre præeunte natando se dat.*

MATRIS AD EXEMPLUM.

In exemplorum paternorum efficaciam.

* CV. *Anas in undis ludens.*

PACATIS LUDIT IN UNDIS.

In eum, qui pacatâ fortunâ gaudet.

* CVI. *P. Engelgrave Anati demersæ, sese iterum ex aquis efferenti inscribit.*

REVOCARE GRADUM SUPERASQUE EVADERE AD AURAS.

In Resurrectionem Christi.

In difficultatem veræ pœnitentiæ, & resipiscentiæ.

CAPUT VI.

ANSER.

* CVII. *Anseris calami servientes scriptoribus, orbi imperant; scribendo Regum edicta decreta, &c. unde à Bruckio ei lemma.*

IMPERAT ET SERVIT.

Regum hæc fere conditio est, ut imperantes maxime serviant.

In verum Religiosum, qui dum Deo servit simul imperat, *Deo enim servire regnare est.*

* CVIII. *Anseris pennæ in calamos aptatæ, adhuc mortuæ loquuntur, unde à Masenio lemma.*

MORTUA LOQUOR.

In scriptores qui mortui orbi in operibus suis adhuc loquuntur.

* CIX. *Bornitius integrum anserum gregem mire contra*

tra advenientem lupum stridentem, & sufflantem, nihilominus ab eo discerptum, inscribit.

VANA EST SINE VIRIBUS IRA.

In iram inermem.

* CX. *Anser assatus propriâ sibi pinguedine sufficiens, Proverbium Belgis faciens:*

Het is best te koopen wat sich kan droopen.

SIBI SUFFICIT IPSE.

In eum, cui patrimonium ad honestam sustentationem sufficiens est.

* CXI. *Anser in tenebroso loco absconsus citius impinguatus.*

PROFICIT ABSCONSUS.

In Religiosum in tenebris Religiosi Claustri proficientem, in perfectione.

* CXII. *Anseres Berchorio teste in volando ordinem gruum, non vero vigilantiam imitantes.*

ORDINEM, NON VIGILANTIAM.

In Religionem certam factum fuit, quæ deflexerat à matutino sub medium noctis cantando.

In somnolentum Religiosum.

* CXIII. *Anseres eodem Berchorio teste, secundo vento feruntur.*

REBUS PLERUMQUE SECUNDIS.

In eum, qui rebus prosperis elatus est.

* CXIV. *Quando honori R.P. Canisii è Soc. Jesu, à Catholicis figuratus fuerat Canis vigilantiæ hieroglyphicum, retorquendo symbolo eidem, Hussitæ in Bohemiâ anserem depinxere (sui Hæresiarchæ ut putabant honori cujus nomen anserem significat) cum lemmate.*

PRO NOBIS, EXCUBAT ANSER.

Ve-

Verum quam fictæ hæ vigiliæ fuerint, secta eorum jam extincta manifestat.

Porro quadrat hoc melius Religioni Catholicæ, pro quâ tot Scriptores calamos contra Hæreticos stringunt, inter quos recentissimus R. P. Cornelius Hazart Soc. Jesu Belga, decem in folio Tomis pluribusque in octavo ut ajunt, idem faciens, merito hujus sæculi *Bellarminus* dici meretur.

* CXV. *Anser in muro constitutus vigilis militaris instar, apud Verienum inscribitur.*

DA MIGRIDO, MI HONOR.

DE MEO CLAMORE MEUS HONOR.

In Concionatorem vel Prælatum Vigilem.

* CXVI. *Anser in tenebris saginatus occiditur.*

AD LUCEM, AD LETHUM.

Multi per honorum lucem sempiternum sibi lethum sumunt.

CAPUT VII.

APUS.

* CXVII. *Apodes.*

SEMPER APODES.

In eum, qui nullis affectibus (quorum pedes hieroglyphicum sunt) fertur.

* CXVIII. *Apodes Berchorio teste, cadendo è scopulis, dum in aëre recipiuntur, volare incipiunt.*

CADENDO SURSUM.

In eum, qui post lapsum magis ad cœlestia fertur.

* CXIX. *Apodes, cum in terram ceciderint, defectu pedum non valentes resurgere.*

NON ADJICIENT, UT RESURGANT.

Amos. 5.

In multos peccatores, pœnitentiam negligentes.

CA-

CAPUT VIII.

AQUILA.

* CXX. *In funere Mareſchalci Turenii junior aquila ſenioris æmula exhibebatur; exprimendæ ejus pueritiæ, cum lemmate.*

ET PATER EXCITAT.

In exemplum paternum.

* CXXI. *In Theſibus Pariſienſibus, S. Franciſco Xaverio dedicatis, duæ Juniores aquilæ coram ſeniore conſtitutæ, cum lemmate.*

STUPUERUNT PARENTES EJUS. *Luc.* 8.

In pueritiam ejuſdem Sancti minime vulgarem.

In pueritiam etiam Chriſti Domini.

* CXXII. *Aquilæ, quæ dum deſes in arbore ſedet, ab aliis volucribus invaditur, Zinckgrefius inſcribit.*

DUM SEDET, INVADUNT.

Otium expoſitum eſt dæmonis tentationibus.

* CXXIII. *Idem Zinckgrefius aquilæ Leporem, roſtro tenenti, inſcribit.*

PRÆTENTAT VIRES.

In nil tentandum, quod viribus noſtris impar.

* CXXIV. *Vratiſlaviæ, aquilæ inſcriptum certâ in portâ urbis legitur.*

SUB HIS ALIS.

In protectionem Cæſaream.

In protectionem divinam.

* CXXV. *In ſupra nominati Mareſchalci Turenii funere, ad ejuſdem Exemplum aliis propoſitum exprimendum, Aquila ſenior junioris prævia depingebatur, cum lemmate.*

MONSTRAT TOLERARE LABORES.

In bona parentum vel aliorum exempla.

Ex-

* CXXVI. *Exprimendæ Auſtriacorum in SS. Eucharistiæ Sacramentum devotioni, aquilis aliquot ad SS. illud Sacramentum ſeſe congregantibus, inſcriptum neſcio ubi legi.*

UBI CORPUS, CONGREGABUNTUR.

In ejuſdem Domus inclytæ devotionem erga idem SS. Sacramentum.

* CXXVII. *Aquila Jovi dicata.*

SUM CHARA TONANTI.

In S. Joannem Euangeliſtam, Diſcipulum, quem diligebat Jeſus.

* CXXVIII. *Aquila fulmen unguibus tenens, adjuncto ſibi Pelicano, ſanguine pullos paſcente, in Theſibus Joſepho Rom. Regi dedicatis, inſcribitur.*

AMORE, ET TIMORE.

Symbolum hoc eſt ejuſdem Joſephi, cuilibet Principi ſectandum in ſuorum Regimine.

CXXIX. *Aquila, ex pluribus avibus ſolem declinantibus, ſola in ſolem evolans, in Primitiis Franciſci Egonis Comitis de Furſtenberg, poſtea Argentoratenſis Epiſcopi, à Collegio Colon. Soc. Jeſu, cum alluſione ad ejuſdem gentilitiam aquilam, inſcripta fuit.*

HÆC SOLA, FIT OBVIA SOLI.

In eminentem ejuſdem pietatem, erga Venerabile Sacramentum.

* CXXX. *In iiſdem Primitiis aquila exhibebatur, ad montem, cui Calix Euchariſticus cum hoſtiâ inſiſtebat, avolans, cum lemmate.*

CONVIVA FUTURUS.

In idem.

* CXXXI. *Aquila in nido, cum pullis, colubrum fulmine abigens, inſcriptum habuit in Albo Parthenio Sodalitatis Lovanienſis.*

NEMO HOS, IMPUNE LACESSET.

In

In inclytam Austriacam Domum, à Rebellibus suis, aliisque inimicis, nunquam impune lacessitam.

* CXXXII. *In nummo Mirandulano, aquilæ inscriptum legi.*

OMNIA HINC, ET HUIC.

In S. Romani Imperii Principes, qui ditiones suas, ut imperatoria feuda recognoscentes, omnem vicissim Imperatoriæ Majestati fidelitatem & assistentiam præstant.

Omnia à Deo veniunt & ad Deum referenda.

* CXXXIII. *P. Coret in vitâ S. Catharinæ Suecæ, aquilæ pleno volatu in solem tendenti inscribit.*

PLENO VOLATU.

In ejusdem Sanctæ orationes.

Orationis hoc proprium est.

* CXXXIV. *Album Magistratus Parthenii, Ao.* 1641. *à Lovaniensi Soc. Jesu Collegio, Ferdinandi III. Imp. honori propositum, quando is in ejusdem sodalitii præfectum electus fuerat, aquilam bicipitem, inde cum fulmine, hinc cum ramo olivæ, exhibuit cum lemmate.*

IN UTRUMQUE PARATUS.

In Ferdinandum III. pietate & justitia suos propagantem.

In quemcunque etiam alium Principem, justitia & pietate insignem.

* CXXXV. *Idem Album Magistratus Parthenici, aquilam pullos ad solem, cui nomen Mariæ inerat, explorantem lemmate hoc notavit.*

HOC SOLE EXPLORAT ALUMNOS.

In pietatem Domus Austriacæ, erga B. V. Mariam.

* CXXXVI. *Idem Album aquilas aliquot, in militantibus vexillis exhibens, eisdem inscribit.*

HIS STAT VICTORIA SIGNIS.

In victorias Domus Austriacæ.

Idem

* CXXXVII. *Idem Album, aquilæ inter volucres constitutæ inscribit.*

REGINA VOLUCRUM.

In Ferdinandum III. Tunc sodalitatis præfatæ Præfectum.

In præeminentiam Imperatoriam.

In B. Virginem.

* CXXXVIII. *Idem Album Aquilam seniorem, pullos alis suis in altum evehentem exhibens eidem inscribit.*

INSERET ASTRIS.

In eundem Ferdinandum Sodales cœlo inserentem utique piissimis suis exemplis

In eandem Austriacam Domum suos ad pietatem erudiendo eos sic astris inserentem.

* CXXXIX. *Idem Album junioribus aliquot aquilis inscribit.*

INSOLITOS DIDICERE NISUS.

In magnanimam Indolem Austriacorum.

* CXL. *Aquilæ ad solem exploratæ.*

HOC JUDICE TUTO PROBANTUR.

Sententiæ recentiorum Theologorum, tanquam eorum pulli optimè probantur, si non deflectant à sole Theologorum, S. Thoma Aquinate.

* CXLI. *Aquilæ, Aldrovando teste in suâ Ornit. cibus gratissimus cor est.*

CIBUS EST GRATISSIMUS ILLE.

In D. Deum, qui pascitur cordibus hominum. *Præbe Fili mi cor tuum mihi. Prov.* 23.

* CXLII. *R. P. De Bussieres pro symbolo duplicem sibi aquilam elegerat, quarum prior Solem intuebatur, cum lemmate Virgiliano.*

HIC AMOR.

Posterior in deserto petræ insidens, cum lemmate.

HIC PATRIA EST.

Significare volebat, quam chara sibi esset solitudo & contemplatio.

In vitam activam, & Contemplativam.

* CXLIII. *Aquila cum fulmine.*

ULTOR NON APTIOR ULLUS.

Domus Auſtriaca apta ultrix eſt injuriarum, quæ diverſis, hoc & in priori ſæculo bellis in D. Deum, ejuſque fideles commiſſæ ſunt à jurato Chriſtiani nominis hoſte Turca.

* CXLIV. *In capitulari æde RR. PP. Dominicanorum Aquilæ ſurſum elatæ inſcriptum legi.*

NON QUÆ SUPER TERRAM.

In Contemplationem.

* CXLV. *Sigiſmundo III. (cui pro agalmate manipulus frugum erat) ad Regnum Poloniæ evecto, Aquila alba Polonica, manipulum unguibus portans inſcribebatur.*

PANEM, NON FULMINA PORTO.

In SS. Euchariſtiæ ſacramentum.

* CXLVI. *Aquila in vexillo.*

ASSUETA TROPHÆIS.

In victorias Domus Auſtriacæ.

* CXLVII. *Leopoldo Imperatori inſcripta aquila in petrâ pullos edens, aliquando fuit nominis ſui anagrammatiſmo, qui eſt EDO PULLOS.*

EDO HOC IN CULMINE PULLOS.

In Auguſtiſſimam hanc Domum, pullos omnes ſuos edentem & educantem in petrâ ſolius Romanæ Eccleſiæ Catholicæ.

* CXLVIII. *Aquila fulmen intentans.*

SIC STERNO REBELLES.

In fulmina Cenſurarum, quibus Eccleſia refractarios ſuos exercet.

Item in fulmina Banni Imperialis ut vocant.

* CXLIX. *Aquila inter fulmina, à Maſenio lemma habet.*

TANGOR NON ANGOR.

In animum omnibus adverſitatibus majorem.

Aqui-

* CL. *Aquila cum fulmine.*

COELESTIBUS ARMIS.

In Ecclesiastica fulmina Censurarum.
In Principem arma moventem in hæreses.
In auxilia Gratiarum.

* CLI. *Aquila cum fulmine.*

ALIIS LETHUM, MIHI GLORIAM.

In potestatem superiorum, contra Rebelles justè usurpatam.

* CLII. *In nummo aureo Uladislai IV. Reg. Poloniæ duæ aquilæ inscribuntur.*

REGALES AQUILÆ PROGENERANT AQUILAM.

Cui & illud Ovid. consonat pullis aquilinis.

REGIA PROGENIES.

In Progeniem excelsam.

* CLIII *In Parisiensibus Thesibus S. Stanislao Kostkæ dedicatis, aquila junior soli exposita inscribitur.*

HOC PROBOR ET ILLUSTROR.

Adversitates quæ nos probant, sæpe etiam illustres reddunt.

* CLIV. *Concionibus Quadragesimalibus P. Reina, ab unâ parte præfigitur aquila solem intuens, cum lemmate.*

ET HAC. *ex alterâ Phœnix*, ET ILLA.

In contemplationem actioni jungendam.

* CLV. *Aquila testudinem à se elatam, ad petram allidens.*

EVEXI SED PERDAM.

In D. Deum qui sæpe, quos ad honores evexit nimium elatos disperdit.
In domum Austriacam, quæ, quos ad magna officia evexerat, demum in se rebelles protrivit.

* CLVI. *Aquila relictis duobus Pareliis in ipsum solem evolans.*

TRES VIDIT, ET UNUM ADORAVIT.

In Mysterium SS. Trinitatis.

* CLVII. *Aquila solem intuens.*

NON ALIO SATIANDA CIBO.

In animam nostram non aliter satiandam, quam clara Dei visione in cœlis.

* CLVIII *In Decanali Metropolitanæ Coloniensis Ecclesiæ Palatio, Aquila Furstenbergiorum (quorum impensis idem surrexit) inscriptum habet lemma.*

ÆTHERA, NON CÆTERA.

In animum, cui tantum cœlestia curæ sunt.

* CLIX. *Aquilæ inter fulmina immuni, Nicozpowkowitz inscribit.*

DIVUM IMMUNIS AB IRA.

In immaculatam Conceptionem B. Virginis Mariæ.

CLX. *Aquilæ inter cœli & tormentorum fulmina interritæ Fevillæus inscripsit.*

NEUTRA TIMET.

In animum intrepidum.

CLXI. *Aquila ad solem contendens.*

ARDENS EVEXIT AD ÆTHERA VIRTUS.

In S. Laurentium flammis & incendiis suis evectum in cœlum.

In Sanctum, qui in terrâ charitate fuit eximius, uti S. Ignatius Lojola fuit.

* CLXII. *Aquila junior, cujus plumæ à sole combustæ, inscribitur.*

IGNE PROBATUS.

In eundem S. Laurentium.

In eum, qui periculo turpium amorum expositus illibatus permanet.

* CLXIII. *Aquila hinc sole splendente, inde cœlo fulminante immota.*

SEMPER EADEM.

In constantem tam in prosperis, quam adversis animum.

Aqui-

* CLXIV. *Aquila cum fulmine & ramo olivæ.*

NON OMNIBUS ÆQUE.

In poteſtatem ſuperiorum, quæ bonis præmia, malis pœnas ſervat.

In Euchariſtiam, de quâ Hymnus *Vita bonis, mors eſt malis.*

* CLXV. *Aquila in monte nidificans à P. Maſenio inſcribitur.*

SIC PROPIOR ASTRIS.

In Contemplationem.

* CLXVI. *Aquilæ cervi cornibus inſidenti eumque excuſſo alarum pulvere excœcanti Maſenius inſcribit.*

INGENIUM ANTE VIRES.

In præſtantiam ingenii.

* CLXVII. *Aquila junior ſenioris æmula in comitatu ad ſolem.*

COMITORQUE FRUORQUE. *Ovid. L. Triſt.*

In animam, quæ Chriſtum in cœlum Aſcendentem affectu ſequitur.

In S. Staniſlaum Koſtkam, qui in Feſto Aſſumptionis B. Virginem comitatus per mortem, ut frueretur viſione beatificâ.

* CLXVIII. *Aquilæ juniores in nido.*

HINC ELUCTABIMUR.

Ex nido & ergaſtulo corporis noſtri aliquando eluctabimur, fruituri clarâ ſolis divini viſione.

* CLXIX. *Aquilæ duæ ſerpentem conficientes.*

CONCORDIA FRATRUM.

In fraternum auxilium.

In Auguſtiſſimum Imperatorem Leopoldum, & ſereniſſimum Joannem III. Regem Poloniæ, (quibus pro inſigni aquila) quando poſtremo bello Turcico anguem Turcicum confecêre, animis & viribus uniti.

* CLXX. *Aquila ſagittâ, cui propriæ pennæ inerant, confecta.*

IN FUNUS GENUI.

In multos parentes discolorum filiorum.

* CLXXI. *Aquila Jovis cum fulmine.*

IN FULMINA PRONA.

In hominem ad iracundiæ & contumeliarum fulmina facilem.

* CLXXII. *Eadem emissis fulminibus nunquam exhaurienda.*

SUCCRESCENTIBUS ALIIS.

In potestatem Ecclesiasticam pœnis erga rebelles nunquam exhauriendam.

* CLXXIII. *Aquila cum fulmine Jovis comes.*

IN FULMINA COMES.

In Præfectum rei tormentariæ, exercitui aut Principi adjunctum.

* CLXXIV. *Aquilæ Fevilleus inscripsit.*

NON CAPTU FACILIS.

In militem generosum.
In mysteria fidei.

* CLXXV. *Aquila solem intuens.*

SOLUS MEA LUMINA PASCIT.

In SS. Eucharistiæ Sacramentum, quod quia aspicere poterat S. M. Mag. de Pazzis, oculos suos se deligere dicebat.

* CLXXVI. *Aquila nullam ex approbatis ad solem pullis è nido ejiciens, Mariæ Burgundæ pro symbolo fuit.*

JUDICE FULVA JOVIS PHOEBO, HINC NIL EJICIT ALES.

In non degenerem prolem.

* CLXXVII. *Aquila minores aviculas liberas dimittens.*

NON OBVIA CAPTAT.

In indolem, ad generosa & magna enitentem.,

* CLXXVIII. *Aquila juxta adagium.*

NON CAPTAT MUSCAS.

In

In eum, qui vanæ gloriæ minime deditus, sectabitur solida animæ bona.
In indolem generosam.
* CLXXIX. *Aquilæ pulli in excelsâ petrâ geniti.*
FILII EXCELSI OMNES.
In nos homines.
* CLXXX. *Carolus Emanuel Sabaudiæ Dux, pro symbolo aquilam habuit, pullos suos ad solem explorantem.*
QUEM AMAS EXPLORES.
Mos est bonorum Superiorum, eos vel maximè mortificationibus probare, quos præ cæteris diligunt.
* CLXXXI. *In convivio quodam Generalis cujusdam Suecici aquila in nido exhibebatur cum lemmate.*
MAJESTATE QUIETA.
In Deum.
In magnanimum Principem.
* CLXXXII. *Aquila draconem elevans, à Masenio lemma habet.*
PAR ANIMO ROBUR.
In magnanimum Principem etiam robore pellentem, quo excellere mirum refertur modernus Saxoniæ Elector.
* CLXXXIII. *Aquila medullam Cedri in deliciis habens, in vitâ symbolicâ B. Josaphati Archi-Episcopi Polocensis & Mart. inscribitur.*
ESCAS EXOSA PALUSTRES.
In eundem Sanctum indies communicantem.
* CLXXXIV. *Aquila cum fulmine.*
VINDICTAM JOVIS EXEQUOR ULTRIX.
In Principem, qui gladium portat à Deo sibi in malignos commissum.
In Papam.
* CLXXXV. *Cum Ao. 1676. Johannes III. Rex Poloniæ,*

exciperetur à Rep. Gedanensi, Aquila Jovis inscripta apparuit.

ATTINGIT SOLIUM JOVIS.

In Excellentiam & Præeminentiam Magnatum.

In B. Virginem.

* CLXXXVI. *Aquila à Patre soli exposita.*

SOLERTIA PATRIS.

In solertiam parentibus in educatione filiorum necessariam.

* CLXXXVII. *Aquila ad solem evolans.*

ALTIUS IRE LIBET. *Ovid. de Pont.*

In Religiosos, quos necesse est nunquam sistere, sed altius, & altius tendere, in perfectione.

* CLXXXVIII. *Aquila in solem nubibus obscuratum evolans.*

ET OBSCURATUM QUOQUE.

In eum, qui amicum in adversis non deserit.

* CLXXXIX. *Idem.*

ET VELATUM QUOQUE.

In Devotionem in SS. Eucharistiæ Sacramentum.

* CXC. *Aquila in solem coronâ radiorum in nubibus circumdatum, evolans.*

CORONATUM ADORAT.

In devotionem erga Christum Coronatum spinis.

* CXCI. *Aquila unguibus prædam sustinens, oculis in cœlum directis.*

HIC AMOR, HOC STUDIUM. *Ovid.*

In contemplativam & activam vitam.

* CXCII. *Aquila in solem occidentem oculis irretortis intuens.*

ET CONTEMPLATA CADENTEM.

In devotam contemplationem Passionis Dominicæ.

In B. Virginem assistentem Christo Crucifixo.

* CXCIII. *Aquila solem intuens.*

VISU NON ADITU, TENTARE LICET.

In SS Trinitatem non scrutandam, sed suo tempore contemplandam in cœlis à Sanctis. *In*

* CXCIV. *In frontispicio Historiæ Concilii Trid. per Cardinalem Pallavicinum conscriptæ, Aquila serpentem sternens atque irretortis in solem oculis conspiciens, lemma habet.*

STERNIT HUMI FOEDOS HOSTES, ET CELSA TUETUR.

In Scriptorem, qui & Ecclesiæ jura defendit, ejusque Adversarios refutat.

* CXCV. *Aquila non cantans, sed avium vexatui intenta à Fevillæo inscribitur.*

NON CANTU SED ACTU.

In eum, qui verborum parcus, multus in agendo est.

In Societatem Jesu quæ sine chorali cantu, plura pro Dei Ecclesiâ agit.

* CXCVI. *Aquila junior à Fevillæo inscripta.*

NON ANNI, SED ANIMI.

In indolem in juventute jam generosam.

* CXCVII. *Aquila cum fulmine, è regione aliarum avium cantantium ab eodem Fevillæo inscribitur.*

PAX DECET IMBELLES.

In fortitudinem.

* CXCVIII. *Aquila nidum contra serpentes muniens.*

IN TEMPORE MUNIT.

In remedia opportunè adhibenda technis diabolicis.

* CXCIX. *Aquila pennas priores ponens.*

HIC JUSSUS PONERE PENNAS.

Sibi hoc applicavit Captivus Daniæ Cancellarius Greiffenfeldius, quando in carcere Epigrammata scribens jubebatur à scriptione desistere.

In Renovationem morum.

In mortem.

* CC. *Aquila supra & ultra Columnas Herculeas cum lemmate.*

ET SUPRA, ET ULTRA.

In retorsionem cujusdam Gallici Symboli, ad invi-

diam lemmatis Carolini, *Plus ultra* exhibiti, quo Aquila columnis Herculeis affixa inſcribebatur. NON ULTRA METAS. alludendo ad Metenſem urbem, quæ Carolo V. Victoriarum Meta iſto ſymbolo ſtatuebatur.

* CCI. *Aquilæ irretortis oculis in ſolem tendenti Nieſzpor Kowitz inſcribit.*

SOLE FRUI AUDET, ET ARDET.

In B. Virginem in cœlum aſſumptam.

In devotionem in SS. Euchariſtiam.

* CCII. *Aquila in cœlum evolans.*

JUVAT IRE PER ALTA. *Ovid.*

In indolem nil niſi excelſa ſpirantem.

* CCIII. *Aquila inter medios ſolis æſtus.*

JUVAT IRE PER ÆSTUS. *Claud.*

In amores erga Deum, hominibus multum utiles.

In varios Martyres ignem paſſos.

* CCIV. *Aquila inter medias aves plaudentes in cœlum elata.*

CONFESSÆ PLAUSU DOMINAM. *Claud.*

In B. Virginem Mariam, inter Angelorum plauſus, in cœlum aſſumptam.

* CCV. *Aquila ſenex plumas deponens.*

JUBET ÆTAS PONERE PENNAM.

In Scriptorem, quem ætas aut mors calamum ponere jubet.

* CCVI. *Aquila in ſolem evolans à P. Maſenio inſcripta eſt in Meditationibus.*

LUX HÆC MIHI DUX.

In fidem & gratias actuales.

* CCVII. *Aquila inter Fulmina apud Verienum inſcribitur.*

EN TEMPESTAD, SU MAJESTAD. *Id eſt.*
IN TEMPESTATE MAJESTAS.

In imperterritum in calamitatibus animum.

In Præfectum bellicæ claſſis.

Aqui-

* CCVIII. *Aquila junior magnis animis in solem tendens.*

TALEM GENUERE PARENTES. *Virg.*

In indolem generosam, à simili parentelâ procreatam.

* CCIX. *Aquila solem intuens.*

UNUS, CUNCTA MIHI.

In eum, qui præter Deum nil quærebat.

* CCX. *Aquila Jovis cum fulmine.*

IN FULMINA VELOX.

In eum, qui in vindictam celer est.

* CCXI. *Aquila Junior.*

IN PRÆDAS CRESCO.

In filium Belliducis.

* CCXII. *Aquila cum fulmine.*

UNI JOVI.

In eum, qui soli Deo se consecrat.
In eum qui Imperatori militat.

* CCXIII. *Aquila Pullis maximam prædæ partem distribuens.*

CLEMENTIOR ALIIS.

In misericordiam.

* CCXIV. *Aquila Jovis, fulminibus suis non nocens aliis aquilis.*

IN FRATRES FULMINA NUNQUAM.

In fraternum amorem.

* CCXV. *Aquilæ in petris editæ, infra diversos aliarum avium nidos.*

CUNIS MELIORIBUS ORTÆ.

In parentelam excelsam.

* CCXVI. *Aquila prævio patre in solem evolans.*

AUSPICIIS, ANIMISQUE PATRIS. *Ovid.*

In indolem generosam, insistentem generosi Patris vestigiis.

* CCXVII. *Idem.*

DUCUNT EXEMPLA PARENTUM.

In

In exempla parentum.

* CCXVIII. *Aquila in eclipſatum ſolem oculis intuens.*

ET PATIENTEM ADORAT.

In devotionem erga Paſſionem Dominicam.

* CCXIX. *Aquila ſolem intuens.*

PASCITUR INTUITU. *Claud. in Ruff.*

In Sanctos in cœlo, qui paſcuntur & delectantur jugiter, clarâ Dei viſione.

* CCXX. *Aquila neglectis inferioribus in ſolem evolans.*

HIS SPRETIS FAMULATUR OLYMPO.

In eum, qui mundo valere juſſo, ſe ſervituti Dei totum conſecrat.

* CCXXI. *Aquila in ſolem in ſigno virginis conſtitutum elata.*

LATENTEM IN VIRGINE COLIT.

In cultum Chriſti in Virgineo utero Incarnati.

* CCXXII. *Idem.*

VIRGINEO PLACET ASSOCIATUS AMORI.

In ſimultaneum Chriſti & B. Virginis cultum.

* CCXXIII. *Aquila Jovis.*

UT JOVIS ILLA FUIT SIC JOVIS ILLA MANET.

In aquilam Imperialem, jam domui Auſtriacæ diſpoſitione S. R. I. Electorum concreditam, in longiſſimum tempus.

* CCXXIV. *Aquila nidum contra ſerpentes ætite lapide coronans.*

ADITUM CUSTODE CORONAT. *Ovid.*

In D. Deum, qui parvulis nobis adhuc, Angelos tutelares ad cuſtodiam aſignat.

* CCXXV. *Aquila cum prædâ avium.*

ANIMUS MAJORIBUS INSTAT. *Ovid.*

In animum terrenis minime contentum.

Aqui-

* CCXXVI. *Aquila pullos alios Servans alios ut adulterinos reprobans.*

HOS PROBAT, HOS REPROBAT.

In prædeſtinationem, & reprobationem.

* CCXXVII. *Aquila Jovis ſine fulmine.*

NON SEMPER FULMINA.

In Excommunicationum fulmina, parce vibranda.

* CCXXVIII. *Aquila cum fulmine Jovem ferens.*

DUX ET TUTAMEN IN HOSTES.

In belli Ducem.

* CCXXIX. *Aquila Jovis fulmen emittens.*

JUSSIT SIC JUPITER ULTOR.

Factum fuit in nuntium Apoſtolicum, qui è mandato Apoſtolicæ ſedis in certos refractarios fulmina cenſurarum evibrarat.

* CCXXX. *Aquila pullos ſuos è nido unguibus & alis expellens.*

EXPELLIT DESIDES.

In Prælatum, qui deſides Religioſos, ac Somnolentos diſciplinæ unguibus ad vigilias excitabat.

* CCXXXI. *Aquila pullos ad exeundum è nido, & volandum compellens, per ſubtractionem ciborum.*

AUXILIUM FECERE TAMEN. *Luc. L.* 4.

In jejunium quo excitamur ad cœleſtia.

* CCXXXII. *Aquila pullos ex unguibus ſuſpenſos probat.*

SUSPENSOS PROBAT.

Deus ſæpe ſuos hic ſuſpenſos, à divinis ſuis conſolationibus probat.

* CCXXXIII. *Aquila pullis infirmis, ſanguinem ex prædâ attractum inſtillat, ſic eos cibo leviori prius reficiens, quam groſſiorem poſſint digerere.*

CIBO LEVIORI PRIUS.

In modum paſcendi, ſpiritualiter animas.

* CCXXXIV. *Aquila Jovis Jovem ferens.*

JO-

JOVEM FERO.

In B. Virginem Mariam vel S. Josephum Christum Dom. ferentem in ulnis.

* CCXXXV. *Aquila fulmen ore & unguibus tenens.*

ORE FERT FULMEN, ET UNGUE.

In Concionatorem, facundo ore & gestibus in peccata detonantem.

Aut si mavelis, ore & opere ipso id facientem.

* CCXXXVI. *Plures aquilæ in solem evolantes.*

SPECTATUM VENIUNT.

Factum fuit in quosdam Germanos Comites, quibus pro insigni Aquila, quando profecti erant in Gallias, ad videndum Regem Ludovicum XIV. Cui sol pro symbolo.

Convenit hoc Aquilis Austriacis, qui spectatum & adoratum veniunt Eucharisticum solem in Ecclesiis, ubi is expositus.

* CCXXXVII. *Aquila in solem in occasu rubicundum, irretortis oculis intuens.*

ET HOC PASCOR AB INTUITU.

In Contemplationem passionis Dominicæ.

* CCXXXVIII. *Aquila solem in Geminis occumbentem spectans.*

SPECTATQUE CADENTEM IN GEMINIS.

In animam, quæ pascitur morte Christi, sub duobus Geminis, Rom. Consulibus, in monte Calvariæ exspirantis.

* CCXXXIX. *Aquila solem in ortu rubicundum contemplans.*

ET RUBOR HIC ORIENS PASCIT.

In devotionem erga Christum Circumcisum.

* CCXL. *Tres aquilæ in solem in Tauri signo constitutum evolantes.*

TAURO VICINUM ADORANT.

In SS. Tres Reges Christum in stabulo Bethlemitico vicinum boni adorantes.

Aqui-

* CCXLI. *Aquila ſolem in Leone conſtitutum irretortis oculis aſpiciens.*

NEC SIC TERRET.

In Germanicas aquilas minime territas, quando Ludovicus XIV. Cui pro ſymbolo ſol, in Leone Belgico conſtitutus, terrori credebatur futurus.

* CCXLII *Aquila ſolem irretortis oculis intuens.*

NIHIL HÆC INCENDIA TERRENT.

In eaſdem Germanicas aquilas, nil territas Gallicis incendiis, quibus pulcherrimas Germaniæ Civitates, more minime militari redigebant in cineres.

* CCXLIII. *Aquila omnibus aliis avibus terrori.*

TERRORI OMNIBUS.

In Deum, quem omnes timeamus neceſſe eſt.

* CCXLIV. *Verienus, aquilam inſcriptam ſiſtit, cum lemmate.*

FORTIS A FORTI.

In hæreditariam Fortitudinem.

* CCXLV. *Idem Verienus aquilæ Coronam ungue tenenti inſcriptum habet.*

MERUIT NON RAPUIT.

Hoc inviĉtiſſimæ Auſtriacæ Domui in laudem cedit non minimam quod, quas poſſidet Regales Coronas, poſſideat juſtâ hæreditate, & virtute majorum ad ſe derivatas, non bello raptas.

* CCXLVI. *Idem Verienus aquilæ coram pullis ſuis conſtitutæ inſcribit.*

IN SUIS NON FALLITUR.

In filios non degeneres.

* CCXLVII. *Aquilæ, quæ in aëre circumvolitat, Verienus inſcribit.*

IMMINET HOSTI.

In Generoſum belliducem.

* CCXLVIII. *Aquilæ irretortis oculis ſolem intuenti, idem Verienus inſcribit.*

PATRUM VIRTUTE. *Vel*, VIRTUS AVITA.

Filii

Filii minimè degeneres avitæ parentum Virtuti.

* CCXLIX. *Aquila pullos probatura eos educens in ſolem.*

EDUCIT IN ARDUA PROLEM.

Educatio ad magna, & difficilia.

* CCL. *Aquila feſtino volatu in ſolem enitens.*

IN ARDUA VELOX.

In promptiſſimam in arduis obedientiam.

* CCLI. *Aquila Jovis cum fulmine.*

NON FERIT IMMERITOS.

In Principem juſtum in erogandis pœnis.

* CCLII. *Eadem.*

PROMTA FERIRE.

In Leopoldi invictiſſimos exercitus, quando prompti erant ad conflictus declinantibus eoſdem Gallis aliiſque inimicis.

* CCLIII. *Aquila, Berchorio teſte, roſtrum ad petram alliſum deponit.*

AD PETRAM PONIT.

In eum, qui Apoſtolicæ Sedis judicio dicta ac ſcripta ſua ſubmittit, quod & ego, hocce in Opere meo me facere quam ſolemniſſime proteſtor.

* CCLIV. *Aquila à plurimis avibus comitata, amore prædarum, quas inter aves diſpertiri ſolet.*

INDE JOVIS COMITANTUR AVEM.

In amicos Socios menſæ.

* CCLV. *Aquila, Berchorio teſte, cum ſequacibus avibus præda non ſufficit, unam ex iis diſcerpere ſolet, aliiſque in prædam dividere, quæ proinde ſortem ſuam hoc lemmate deplorat.*

UNDE ALIMENTA SPERAVERAM.

In crudelem in filios ſuos parentem.

* CCLVI. *Aquila ſpiris à ſe elevati ſerpentis preſſa.*

PRESSA NON DEPRESSA.

In retorſionem hoc eis ſit, qui publicis ſuis ædificiis in

in Galliâ, ea ſuper DEPRESSAS GERMANORUM AQUILAS exſurrexiſſe publicis inſcriptionibus gloriabantur.

CAPUT IX.

ARDEA.

* CCLVII. *Ardea ſemper cum Falcone depugnans, rariſſime vero victrix.*

FREQUENS PUGNA, RARA VICTORIA.

In certamina caſtitatis.

* CCLVIII. *Ardeæ P. Maſenius inſcripſit.*

QUANDOQUE SUPREMUS VINCITUR.

* CCLIX. *Ardea à Falcone in alto occiſa.*

VITAM SUB NUBE RELIQUIT. *Virg.*

In filium Dei, qui ſub nube mortalis carnis in paſſione ſuâ vitam poſuit.

* CCLX. *Ardea à falcone in aëre capta.*

PER AURAS CAPIOR.

In eum, qui adulatione aliorum decipitur, vel delectatur.

* CCLXI. *Ardea tam avidè prædæ à ſe intentæ inhiat, ut potius capi ſe ab alio patiatur, quam eam deſerat.*

FIT PRÆDA CUPIDINE PRÆDÆ.

In avarum, qui præda Diaboli eſſe mavult, quam terrena deſerere.

* CCLXII. *Ardea cum Falcone decertans.*

EXITUS IN DUBIO EST.

In dubios bellorum & litium eventus.

* CCLXIII. *Ardea cœlo turbato ſeſe ſuper nubila efferens.*

TURBATI TEMPORE COELI.

In eum, qui inter adverſa ſibi à Deo immiſſa, mentem ad cœleſtia elevat.

* CCLXIV. *Ardeam sæpe contingit ita rostro suo sese contra falconem defendere, ut alter alterum conficiat.*

CERTAMINA MUTUA PERDUNT. *Ovid.*

In hodierna Europæ bella.

* CCLXV. *Idem.*

NIL ACTUM EST BELLIS.

In idem.

* CCLXVI. *Ardea nullo falcone infestata.*

PAX INTERDUM, PACIS FIDUCIA NUNQUAM. *Ovid.*

In pacem, quam aliquando habemus in tentationibus, fiduciam autem ejus nunquam.

* CCLXVII. *Ardea cum cristâ sua devicta.*

NIL CRISTÆ, SED ANIMI.

Animis non Thrasonismis pugnandum.

CAPUT X.

ASTUR.

* CCLXVIII. *Astur.*

SUMMOS PRÆDATUR ET IMOS. *Vel.* TERRIS PRÆDATUR ET ALTO.

In Dæmonem.

CAPUT XI.

BISTARDA.

* CCLXIX. *Bistarda ad sublevandum se in aërem tardissima.*

AD ARDUA TARDE.

In obedientiam in arduis non ita promptam.

* CCLXX. *Idem.*

AD ÆTHERA TANDEM.

In indolem tardam.

* CCLXXI. *Idem.*

AD ÆTHERA SEGNES.

In eos, qui ad cœleſtia tardi ſunt.

CAPUT XII.

* CCLXXII. *BUBO.*

CADAVERE PASCOR.

In Luxurioſos.

CAPUT XIII.

CAPRIMULGUS.

* CCLXXIII. *Caprimulgus de nocte lac emulgens.*

QUI MALE AGIT, ODIT LUCEM.

CAPUT XIV.

CARDUELIS.

* CCLXXIV. *Carduelis carduum, ut ex eo alimentum ſibi accipiat pungens.*

PASCITUR ET PUNGIT.

In eum, qui altori & benefactori ſuo ingratus eſt.

* CCLXXV. *Carduelis carduo ſuo inſiſtens, & ſuaviſſimè cantans.*

NIL CANTUM REMORATUR ACUMEN.

In eum, qui in adverſitatibus Deo gratias agit.

Item in eum, cui de ſolitâ lætitiâ adverſitates nil decerpunt.

* CCLXXVI. *Carduelis ob varietatem colorum venustissima avicula carduis tamen pascitur.*

MAXIME VENUSTÆ MAXIME EGENT.

In eas puellas, quæ domi egentes, in publico apparent *circumornatæ ut similitudo templi.*

* CCLXXVII. *Carduelis à carduo nomen sortita.*

PER ASPERA NOMEN.

In eum, qui toleratis adversitatibus vel difficultatibus inclaruit.

* CCLXXVIII. *Carduelis parva avis & pulchra.*

LEVIBUS SUA SÆPE VENUSTAS. *Vel.*

MAXIME LEVES, MAXIME VENUSTÆ.

Ex venustate corporis, ad animæ venustatem nulla consequentia est.

* CCLXXIX. *Carduelis carduis pascitur.*

DANT ASPERA PASTUM.

In eum, qui adversis & mortificationibus delectatur.

* CCLXXX. *Carduelis super carduo suo.*

ALIOS PUNGUNT, ME PASCUNT.

In addictum mortificationibus.

* CCLXXXI. *Carduelis cum carduo suo (cui insistit) ludens.*

PUNGANT DUM RECREENT.

In idem.

* CCLXXXII. *Carduelis in caveâ, nescio ubi, sequens inscriptum legerim.*

CONTRAINT ET CONTENT.

CAPTIVA ET CONTENTA.

In Religiosam vitam.

* CCLXXXIII. *Carduelis super carduo suo.*

MIHI ADHÆRERE BONUM.

In amorem mortificationum.

* CCLXXXIV. *Carduelis.*

PARVA AVIS, AT PULCHRA.

* CCLXXXV. *Carduelis ex carduis alimentum sumens.*

VI-

VIVITUR EXIGUO MELIUS. *Vel*, NATURA PAUCIS CONTENTA.

* CCLXXXVI. *Carduelis ſuper carduo.*

SUSTINET ET PASCIT.

Mortificationes ſuſtinent, & conſervant nos in vitâ ſpirituali & paſcunt animam.

CAPUT XV.

CICONIÆ ET GRUES.

* CCXXXVII. *Ciconia ſenes parentes paſcens in quorundam librorum frontiſpiciis inſcribitur.*

PIETAS TUTISSIMA VIRTUS.

In pietatem filiorum erga parentes.

* CCLXXXVIII. *Ciconia in rotâ nidificans ab Huebero inſcribitur.*

IN ROTA STABILITAS.

In S. Catharinam Mart. quam in fide ſtabilem Martyrii ſui rota minimè ab eâ dimovit.

* CCLXXXIX. *Ciconiæ ſeniori à filiâ elevatæ, inſcriptum legi.*

PROLIS OPE SUBLIMOR.

In S. Annam à B. Virgine ſublimatam.

* CCXC. *Ciconia ſibi alis plaudens.*

IPSA SIBI PLAUDIT.

In propriarum laudum decantatorem.

* CCXCI. *Ciconia mas eſcam pro pullis quærens, dum fœmina eoſdem in nido fovet.*

HIC ALIT, ILLA FOVET.

In officium conjugum in prolium educatione.

* CCXCII. *Henricus Eburo Ciconiæ, quæ uno pede ſerpentem premit, ore vero folium platani contra noctuas gerit, inſcribit.*

VI ET DOLO.

His nempe hostes sternuntur.

* CCXCIII. *Ciconiæ nunquam visæ contendere.*

NULLA HIC SUNT JURGIA.

In pacificum Matrimonium.

* CCXCIV. *Ciconia innatam pietatem habens, senes parentes alendi & fovendi.*

PIETAS SIC JUSSIT AVORUM.

In hæreditariam pietatem erga parentes.

* CCXCV. *Carolus Magnus Ciconiis junioribus, senes parentes alentibus inscripsit.*

REDDIMUS ACCEPTA.

In eandem pietatem.

In gratitudinem.

* CCXCVI. *Ciconiæ avolantes tempore hyemis.*

OMNE SOLUM PATRIA EST.

In nimium amorem erga patriam non concipiendum.

* CCXCVII. *Ciconia parentes alens.*

SIC NATURA JUBET. *Juven.*

Naturalis obligationis est, alimonia parentum senum.

* CCXCVIII. *Ciconiæ avolantes Ducem suum sequentes.*

REGIS AD EXEMPLUM. *Claud.*

In vim & efficaciam exemplorum à Superioribus præstitorum.

* CCXCIX. *Ciconia colubrorum inimica.*

INVISA COLUBRIS. *Virg.*

In inimicum peccatorum mortalium.

* CCC. *Ciconia & Grus cum lapillo uno pede apprehenso vigilans.*

ME MEA DEFENDIT GRAVITAS. *Ovid.*

In virum gravem

* CCCI. *Idem.*

SUOQUE EST PONDERE TUTA. *Ovid.*

In

In eum, qui gratiarum actualium ponderibus tutu est contra dæmones.

* CCCII. *Grus viscatis cucullis capta.*

IN IPSIS ET PER IPSOS.

In quendam, qui exercitia sua in claustro monachali servans, monachorum exemplaritate captus se iis adjunxit.

* CCCIII. *Grus cucullo viscato capta.*

DE MEO CUCULLO, MEA CAPTIVITAS.

In Missionarium Religiosum qui ab hæreticis in odium status monachalis captivatus fuerat.

* CCCIV. *Grues, quæ vigilantiam & ordinem in volando servant, à Masenio lemma habent.*

ORDINE ET VIGILANTIA.

In Rempublicam vel Religionem ordinatam, & res suas curantem.

In exercitum ordinatum & vigilem.

* CCCV. *Quando ex parte Cæsareâ ad pacem Monasteriensem mittebatur vir clarissimus Joannes Craen (quod Germanicè Gruem significat) in ejus honorem gruem quidam depinxit, cum inscriptione.*

VENTURÆ NUNTIA PACIS.

In S. Gabrielem Arch. quando in Annuntiatione B. Virgini Christum orbis pacem nunciabat.

* CCCVI. *Inter grues plures una excubat.*

EXCUBAT UNA.

In Prælatum Religiosum, pro aliis vigilem.

* CCCVII. *Grus uno pede stans in excubiis.*

ET EXCUBAT UNO.

Factum fuit in vigilem belli Ducem, qui jam unum pedem tormenti globo amiserat.

* CCCVIII. *Grus pietatis hieroglyphicum, è nido ex templi tecto dejecta.*

NULLIBI TUTA PIETAS.

In depravatos hujus ſæculi mores, quibus pietas ludibrio & vilipendio eſt.

* CCCIX. *Ciconia lapidem ore ferens, ne clamet, pede ne dormiat.*

VIGILANDO ET TACENDO,

In vitam aulicorum.

* CCCX. *Ciconia in nido in templi tecto conſtructo, ſerpentem conficiens.*

HIC RITE CONFICITUR.

Hæreſium ſeu peccatorum mortalium ſerpentes, rite in Eccleſiis à Confeſſariis & concionatoribus conficiuntur.

* CCCXI. *Ciconia ab accipitre devicta.*

PIETAS NON SERVAT AB HOSTE.

In pietatem apud militarem licentiam deſpectam.

* CCCXII. *Grus uni pedi inſiſtens, altero lapillum tenens, Antonio Marchioni Bergio, Typotio teſte, pro ſymbolo fuit cum inſcriptione.*

SIC SPERARE LICET.

Nempe vigilando non vane ſperamus.

* CCCXIII. *Ciconia accipitrem aggredientem devincens, apud Bood inſcribitur.*

INCULPATA TUTELA.

In tutelam lemmati conformem.

* CCCXIV. *Grus Æſopica vulpi invitatæ ad prandium illudens, uti apud Æſopum leges, apud Typotium inſcribitur.*

FRAUS FRAUDE COMPENSATA.

In fraudes compenſatas.

* CCCXV. *Zingrefius duas grues exhibet inter ſeſe pugnantes, quas ſic opportuno tempore duæ manus capiunt.*

OPPORTUNE.

In diſcordias Principum Chriſtianorum, quibus opportunè ſemper uſus eſt Turca.

* CCCXVI. *Gruibus cucullo viſcato captis Caizſius inſcripſit.* AVA-

AVARUM FACILE CAPIES, NI SIS IDEM.

In avaros ſpe lucri facile capiendos.

* CCCXVII. *Gruum Ductori lemma.*

DUCTORE SIC TE PRÆVIO.

In Ducem vigilantem.

* CCCXVIII. *Grus, quæ omnium ultima ſupervenit, cum diſceſſura in aliud territorium ab aliis diſcerpta lemma habet.*

NOCET ESSE MORATAM.

In nimiam moram ſæpe noxiam.

Multos dæmon diſcerpit, nimio vitæ amore deſides ad tranſmigrationem in vitam alteram.

* CCCXIX. *Ciconiæ de nocte vigiles, & de die.*

VIGILES NOCTESQUE DIESQUE.

In Principem vel miniſtrum ſemper vigilem.

* CCCXX. *Ciconiæ in templi tectis educatæ, etiam ſenes templa eadem non deſerunt.*

HIC AMOR A TENERIS.

In amorem erga res ſacras permanentem in iis, qui à teneris ad ipſas formati ſunt.

* CCCXXI. *Grues lapillum ore tenentes, ne clamorem excitent.*

NULLÆ CUM PONDERE VOCES.

In eum, cujus ſermones parum habent ponderis.

* CCCXXII. *Grues lapidem cum excubant, pede tenentes.*

PONDUS IN EXCUBIIS.

In neceſſitatem excubiarum militarium.

* CCCXXIII. *Gruem vigilantiæ ſymbolum aliquando libro inſiſtentem inſcriptam legi.*

AMAT LIBRARIA CURAM.

Qui addit ſcientiam, addit laborem & curam.

* CCCXXIV. *Grus inſiſtens uni pedi, cum pondere in altero, ut vigilet.*

NULLA CUM PONDERE QUIES.

In conſcientias noſtras, quibus peccatorum pondera quietem & ſerenitatem tollunt.

* CCCXXV. *Grus roſtro lapillum ferens, ne clamet ungue, ne dormiat.*

ET ROSTRO PONDUS, ET UNGUE.

In eum, qui in omnibus ſuis operibus & verbis gravitatem præ ſe fert.

* CCCXXVI. *Grus à lapſu lapilli ſui evigilans.*

VIGIL AB ALTERIUS LAPSU.

In eum, qui de lapſu alterius in peccatum, majorem ſui curam gerit.

* CCCXXVII. *Gruecum ſpondere vigiles de nocte.*

NULLÆ SINE PONDERE CURÆ.

Nullæ curæ ſunt ſine difficultate.

* CCCXXVIII. *Idem.*

NULLÆ SINE PONDERE NOCTES. *Vel,* GRAVES NOCTES.

In militares de nocte labores in caſtris, & obſidionibus.

In nocturnos peccatores.

In vigilias Doctorum.

* CCCXXIX. *Grues alternatim vigiles, & duces.*

ALTERNIS FACILES CURÆ.

In interſtitia curis & laboribus indulgenda.

* CCCXXX. *Grues duæ juniores ſeniorem ſupportantes alis.*

SUPPORTANTES INVICEM. *Ephes.* 4.

In fraternorum defectuum tolerantiam.

* CCCXXXI. *Grues roſtro lapidem ferentes, ne loquantur.*

DE PONDERE MUTA.

In peccatorem qui de ſuorum peccatorum pondere, in Confeſſione obmuteſcit.

In virum gravem, & taciturnum.

* CCCXXXII. *Grues lapidem ore ferentes, ut taceant.*

FERENDO ET TACENDO.

In

In injurias tacendo ferendas.

* CCCXXXIII. *Grues plures dormientes, unâ cum pondere in medio earum vigilante.*

DE EJUS PONDERE, NOSTRA QUIES *Vel,* DAT REQUIEM PONDUS.

In pondere crucis Christi nostra salus.

* CCCXXXIV. *Grus cucullo viscato capta.*

DE MEO CUCULLO, MEUS DOLOR.

In aliquem, qui in statu monachali male contentus vivebat.

Item in eos, qui quod male in statu monachali vixerint, iis ad æternam damnationem cessit.

* CCCXXXV. *Grus fame cogente è viscato cucullo cibum captura capitur.*

FAME SUADENTE CUCULLUM.

In eum, qui statum monachalem non ex motivo serviendi in eo Deo, sed procurandæ sibi sustentationis amplectebatur.

* CCCXXXVI. *Cucullus viscatus grui dolum suum abscondens.*

FRAUDEM CELANTE CUCULLO.

In eum, qui in statu monachali minime religiose vibebat.

* CCCXXXVII *Grus cucullo viscato capta.*

FIT PRÆDA CUCULLO.

In eas animas, quas è faucibus Diaboli ereptas Domino Deo prædas fecere multi diversorum Ordinum Confessarii & Concionatores.

* CCCXXXVIII. *Grus cum lapillo in ore ne prodatur, à Verieno inscribitur.*

PONE ORI FRENA.

In custodiam ori & linguæ ponendam.

* CCCXXXIX. *Grus ad viscatos cucullos.*

NIMIUM NE FIDE CUCULLIS.

In cucullatos à fide & Religione apostatas, à quibus sæpe decepti illi, ad quos confugerunt, cautiores imposterum erunt.

In

In bardocucullos militum, nautarum, rusticorum, tempore hyemali ab iis gestari solitos.

* CCCXL. *Ex gruibus ordine volantibus, quæ ultima in ordine venit, eodem mutato prima recedit.*

VENIT ULTIMA, PRIMA RECEDIT.

In Religiosum, qui ad chorum veniebat ultimus, & primus recedebat.

* CCCXLI. *Ex gruibus ordine volantibus, quæ prima in ordine venit, eodem mutato ultima recedit.*

VENIT PRIMA, ULTIMA CEDIT.

In idem vice versa.

* CCCXLII. *Grues & ciconiæ semper stando dormientes.*

STANDO QUIETEM.

Conscientia quieta est, quamdiu stat in gratiâ.

* CCCXLIII. *Grus stans & vigilans.*

STANDO VIGIL.

In eum qui in gratiâ constitutus, conscientiæ suæ in vigilat.

* CCCXLIV. *Grus cum pondere vigilans.*

DE PONDERE VIGIL.

In eum, quem dignitatum pondera continuis vigiliis fatigant.

* CCCXLV. *Grus vigilantis locum occupans, ut ipsa quiescat.*

UT QUIESCAT VIGIL.

In certum vigiliarum præfectum, cui in officio filius successerat.

* CCCXLVI. *Grus pro aliis excubans editiore loco sese constituit.*

SERVANTUR AB ALTO.

In custodiam, quam è cœlo habemus.

* CCCXLVII. *Grues cum lapidibus volantes.*

PONDERE SURSUM.

In S. Stephanum (cujus die festo ista scribo) quem lapides in cœlum duxerunt.

Grues

* CCCXLVIII. *Grues volitantes cum pondere, ne à ventis abripiantur.*

PONDERE SERVAMUR.

Pondere adversitatum servamur à Deo, ne abripiamur ventis vanæ gloriæ.

* CCCXLIX. *Idem.*

PONDERE FIRMAMUR.

Adversitatibus constantes reddimur in servitio Dei.

* CCCL. *Grus volitans lapidem pede ferens, quantum ab eo deprimitur, tantum alis iterum sursum levatur.*

HINC GRAVOR, INDE LEVOR.

Quantum levamur à Spiritu seu animâ, tantum iterum à gravi corpore deprimimur. Timor Dei quos deprimit, eosdem spes & fiducia in Deum iterum erigit.

* CCCLI. *Gruum Dux alias præcedens.*

PRÆVOLAT OMNES.

In ingenium præcellens.

* CCCLII. *Grus cùm lapillo volans ne à scopo sui volatus à vento præpediatur.*

NE DEVIET USQUAM.

In eum, qui se certis legibus circumscribit ne deviet à lege Dei.

* CCCLXIII. *Grus, quæ agmen duxerat vice mutatâ ultimam agminis agens.*

EX PRIMA NOVISSIMA.

In virum, qui ex optimo pessimus effectus est.

In eum, qui ex magnâ dignitate dejectus omnium more contemptui subest.

In Christum in passione novissimum virorum.

* CCCLIV. *Ciconia ardentem nidum pullorum extinctura alarum motu ipsa simul comburitur.*

PIETAS SPECTATA PER IGNES.

In pietatem ingentem filialem.

* CCCLV. *Grues ducem sequentes.*

SIC DUCIS URGET AMOR.

In

In communitatem ſuperiorem exemplo præcedentem libenter ſequentem.

* CCCLVI. *Ciconia non tantum ſerpentes, ſed & ranas, bufones & minuſcula alia animalcula conficiens.*

NON SOLUM ANGUES.

In eum, qui non tantum mortalia peccata, ſed & venialia horret & conficit.

* CCCLVII. *Ciconiæ unum ex pullis deſerentes in nido, qui Domino cedit.*

DESERTA DOMINO.

In eos, qui à parentibus deſerti à Deo ſuſcipiuntur, *Pater meus & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem aſſumpſit me.*

CAPUT XVI.

COLUMBA.

* CCCLVIII. *P. Biſſelius in frontiſpicio Ruinarum ſuarum illuſtrium, hinc columbam citharæ inſidentem exhibet cum lemmate.*

CANORE.

Inde columbam cum calamo in roſtro, cum lemmate.

CANDIDE.

Nempe Hiſtoricum & Encomiaſtem quemcunque oportet aliorum geſta & verè & encomiaſtice deſcribere.

* CCCLIX. *Columbarum pullis, inſidias paſſis ab accipitre P. Maſenius inſcribit.*

VIX NATI CINGIMUR HOSTE.

In inſidias diabolicas.

* CCCLX. *Columba ſibi plumas roſtro evellens, ut pulli in iis mollius cubent.*

SIC

SIC HIS QUOS DILIGIT.

In dilectionem proximi, in elargitione propriarum vestium.

In S. Martinum pallium pauperi elargientem.

* CCCLXI. *Columba viso accipitre mox fugiens à P. Masenio inscribitur.*

FUGA TUTIOR ARMIS.

Dæmon fuga optimè superatur.

* CCCLXII. *Columba sese lavans ab eodem Masenio lemma habet.*

PURIOR EXIT.

In S. Confessionem repetitam.

* CCCLXIII. *Idem Masenius columbæ inscribit.*

OMNE SOLUM PATRIA EST.

Viris Apostolicis ubique Patria & domus est.

* CCCLXIV. *Idem Masenius integro columbarum gregi inscribit.*

JUNGIT CONCORDIA PLURES.

In Religiosos una in communitate concordes.

* CCCLXV. *Columba alarum suarum plausu se prodens accipitri à Batillo inscribitur.*

PLAUSU PRODITUR IPSA SUO.

Non tutum semper vires ostentare.

* CCCLXVI. *Columba dum minimo id exspectabat ab accipitre rapta.*

IMPROVISO RAPITUR. *Ex hymn. Dei Creat.*

In improvisam mortem.

* CCCLXVII. *Columba in galeâ nidificans.*

ET NESCIA FELLIS IN ARMIS.

In mansuetum militem.

* CCCLXVIII. *Columbæ munditiis capiendæ.*

MUNDITIIS CAPIMUR. *Ovid.*

In S. Angelos, qui gaudent munditiis suorum clientum.

* CCCLXIX. *Columba.*

PLACITA EST SIMPLICITATE SUI. *Ovid.*

In

In animum ſimplicem & candidum, omnibus amabilem.

* CCCLXX. *Columbæ reti non capiendæ, dum aliæ aves capiuntur à Niſzpor Kowitz inſcribitur.*

NON CAPIT EXEMPTAM.

In Immaculatam Conceptionem B. Virg. Mariæ.

* CCCLXXI. *Columba cum Olivæ ramo in roſtro.*

ROSTRO FERT MUNERA PACIS.

In eum, qui pacem facundâ oratione perſuadet.

* CCCLXXII. *Columba transfixa corvo dimiſſo à Bruckio inſcribitur.*

FAVORE NON CAUSA.

In innocentes ſæpe ſuppreſſos, dum malis bene eſt.

* CCCLXXIII. *Columbæ dum litigarunt roſtra amanter jungentes.*

JUNGUNT POST BELLA LABELLA.

In matrimonia Magnatum ſuccedentia bellis longis, quale fuit Ludovici XIV. Regis Galliæ in Tractatibus Pyrenæis.

* CCCLXXIV. *Columba Noe clauſuræ in arcâ patiens.*

CLAUSURAM PATI DIDICIT.

In Religioſum amantem clauſuræ.

* CCCLXXV. *Columbæ ad ſordida tecta nunquam venientes.*

AD SORDIDA NUNQUAM.

Aſpicis ut veniant ad candida tecta columbæ.
Accipiat nullas ſordida turris aves.

In S. Sanctum qui nunquam ingreditur ſordidam animam.

* CCCLXXVI. *Columba candida, etiam poſt mortem talis à P. Maſenio inſcribitur.*

MORS NON MUTAVIT HONOREM.

In eum, cui inſignis mortificatio publica nil de æſtimatione ſua diminuit.

* CCCLXXVII. *Columba Noë.*

SCIT

SCIT MISSA REVERTI.

In Religiosum, è sæculo festinè ad claustrum redeuntem.

*CCCLXXVIII. *Columba candida ab accipitre discerpta*

CANDOR NON SERVAT AB HOSTE.

In innocentiam & candorem hoc in mundo sæpe suppressam.

* CCCLXXIX. *Columbarium à Masenio inscribitur.*

NON CUJVIS PATEO.

In Religiones.

* CCCLXXX. *Columba transfixa corvo dimissa.*

DAT VENIAM CORVIS.

In malefactores sæpe hoc in mundo liberos.

* CCCLXXXI *Columbæ post lites rostra jungentes, à Masenio inscriptæ.*

AMANTIUM IRÆ BREVES.

In idem.

* CCCLXXXII. *Columbæ rariores, quæ pulchrius ac sæpe alis plaudunt.*

A PLAUSU PRETIUM.

In facundum Oratorem.

* CCCLXXXIII. *Columba castissimum animal, nempe uno compare contentum, à Masenio lemma habet.*

MIHI SUFFICIT UNUS.

In castam conjugem.

* CCCLXXXIV. *Columba candida.*

CANDIDA PLUS MENS EST.

In Norbertinum candidum plus animo, quam veste.

* CCCLXXXV. *Columba instar gallinæ, minime unguibus pabula è terrâ scrutatur, cum objectis contenta rostro arripit.*

PABULA NON SCRUTOR.

In Religiosum contentum, frugali mensâ religiosâ.

* CCCLXXXVI. *Columba, quæ ruri sumpsit grana, domum redux rostro iterum egerit ad prolis sustentationem.*

EXINANIVIT SEMETIPSAM.

In Christum, qui ut nos pasceret in Ven. Sacramento seipsum exinanivit.

* CCCLXXXVII. *Columbæ emissæ alias secum ad columbarium adducentes.*

ADDUCENT ALIAS.

In Religiosos, qui conversatione suâ alios ad Christi suave jugum, in Religionibus adducunt.

* CCCLXXXVIII. *Columba in poculo nidificans.*

IN POCLIS SOBRIA MANSIT.

In eum, qui in conviviis semper servat sobriam mentem.

* CCCLXXXIX. *Columba candida, in poculis.*

IN POCLIS CANDIDA.

In eum qui apertæ mentis inter pocula est.

* CCCXC. *Columbæ pulli in poculo fracto.*

ASSUESCUNT TENERI POCLIS.

In eos, qui filios teneros ad pocula educant.

* CCCXCI. *Columbæ, ad columbaria sequentes alias, sic capiuntur.*

QUARUM AMICITIAM SPERAVERAM.

In amicitias cautè ineundas, aureè Thomas de Kempis. *Charitas habenda est ad omnes, sed familiaritas non expedit.*

* CCCXCII. *Columbis P. Masenius inscribit.*

PRO CANTU GEMITUS.

In Psalmodiam Ecclesiæ.

* CCCXCIII. *Columbus columbam rostro pungens, fellis tamen nescius.*

MORDAX SINE FELLE.

In Satyricum minime mordacem.

* CCCXCIV. *Columba nigra.*

CANDIDA SED MENS EST.

In Societatem Jesu, sub nigro Instituti sui habitu servantem candidam mentem.

* CCCXCV. *Columba in poculo nidificans.*

IN POCLIS NESCIA FELLIS.

In

In eum, qui inter pocula pacificus eſt.

* CCCXCVI. *Columba diverſis à ſole coloribus, illuſtrata.*

SOLIS OPUS.

In Spiritum Sanctum, à Rege Galliæ honoratum aſſumpto equeſtri ordine ejuſdem S. Spiritus.

* CCCXCVII. *Columba in petrâ nidificans cum avolavit ad eam rediens.*

AD PETRAM DOCTA REDIRE.

In animam, quæ ab Eccleſia diſceſſerat per hæreſis abjurationem ad Petram eandem rediens.

In peccatorem, redeuntem per pœnitentiam ad Petram Chriſtum.

* CCCXCVIII. *Columbæ è columbario evolantes, ad pabulum quærendum.*

AD FABULA TANTUM.

In Religioſos qui clauſurâ ſuâ exeunt, neceſſitatibus ſuis corporalibus procurandis.

* CCCXCIX. *Columbus, Columbam è nido agentem, roſtro pungit & ferit, ut quantocius ad nidum redeat, & ad columbarium.*

UT REDEAT.

Deus ſuos pungit, roſtro adverſitatum, ut ſic redeant ad ſe, per veram pœnitentiam.

* CD. *Columbæ à Domino emiſſæ revertentes.*

AD EUM QUI MISIT.

In Aſcenſionem Chriſti, revertentis ad Patrem à quo miſſus fuerat.

* CDI. *Columbæ ſeſe baſiantes, antequam copulentur.*

VENERIS PRÆLUDIA.

In turpes aſpectus & tactus, præludia majorum peccatorum luxuriæ.

* CDII. *Columba ruri iis ſolum granis paſcitur, quæ vel ſecus viam ceciderunt, vel per occam terrâ minime obruta ſunt, adeoque infructifera manebunt.*

NEGLECTIS PASCITUR.

In eum, qui vili alimonia contentus eſt.

* CDIII. *Columba.*

SINE FELLE DOLOQUE.

In manſuetum & ſincerum.

* CDIV. *Columbus columbam roſtro pungens.*

PUNGIT NON PERIMIT.

In animam, quæ per mortificationes conjugem ſuam hoc eſt corpus pungere debet non perimere.

* CDV. *Columbus columbam roſtro feriens ut officium ſuum domi faciat.*

SIC MEMOR OFFICII.

Anima per mortificationes in officio ſuo corpus continet.

* CDVI. *Columba è columbario avolando ab accipitre diſcerpta.*

DOMUM DESERENDO.

In multas puellas, quæ in publico accipitres luxurioſos expertæ ſunt.

* CDVII. *Columba quampluribus coloribus à ſole ornata nil inde effertur.*

NIHIL INDE SUPERBIT.

In humilitatem, cum venuſtate eximiâ corporis conjunctam.

CAPUT XVII.

CORNIX.

* CDVIII. *Cornix plumas mutans.*

PLUMAM NON ANIMUM.

In eum, qui aſſumptâ religioſâ veſte parum inde mutatur animo.

* CDIX. *Cornix contra aquilam Berchorio teſte roſtro ſe ſolum defendens.*

ROSTRO NON UNGUIBUS AUDET.

In traſonem militem, qui opere ipſo nil præſtat.

Cor-

* CDX. *Cornix nuces allisas ad petram frangit.*

FRANGIT ALLISAM AD PETRAM.

In interpretem S. Scripturæ, qui ejus involucra explicat ad mentem Ecclesiæ.

* CDXI. *Cornix fœda avis, & male cantans.*

FOEDA AVIS, ET CANTUS.

In hominem ore & opere obscœnum.

* CDXII. *Cornicula Æsopica, repetitis aliarum avium plumis, pennis tamen suis, vestita manens.*

HAUD IDEO INPLUMIS.

In eos scriptores, qui propriis inventis se exhibent. Neque ego in hoc meo qualicunque opere nudum me mansurum credam, si quibus aliorum Auctorum plumis in eodem me vestivi, iterum cedendum esset, supermansuris tunc adhuc propriis, quas ex asteriscis dignoscere quivis poterit.

* CDXIII. *Eadem avicula.*

ALIENI OSTENTATOR HONORIS.

In filios parentum honoribus & natalibus speciosos. Item in scriptorem aliorum inventis superbum.

CAPUT XVIII.

* CDXIV. *Integer corvorum grex.*

AH QUAM SUNT SIMILES? *Ovid. Fast.*

In malam societatem, in qua sunt ejusdem farinæ homines.

* CDXV. *Corvus senex, adhuc niger & carnivorus ut olim.*

QUALIS OLIM, TALIS ADHUC.

In hominem incorrigibilem.

* CDXVI. *Corvorum integer grex cæsis in pugnâ cadaveribus insistens.*

ET MULTIS UTILE BELLUM. *Luc. L. 1.*

In utilitates multis ex bello redundantes.

* CDXVII. *Corvi duo super cadavere inter sese litigantes.*

TANTUM DE FUNERE PUGNA EST.

Luc. L. 6. In

In duos Pastores, litigantes de funeralibus.
In duos de unâ puellâ discordes.

* CDXVIII. *Corvi cum corvis. ac cornicibus solum volitantes.*

MALORUM MALA SOCIETAS.

In perversas societates.

* CDXIX. *Corvus malæ vitæ & similis cantus avis.*

CONCORDAT MUSICA VITÆ.

In hominem obscœnum, in opere & linguâ.

* CDXX. *Corvus nigra avis & mali cantus.*

CONCORDAT MUSICA PENNÆ.

In obscœnum Musicum & scriptorem.

* CDXXI. *Corvus ordinariè in turpibus locis, uti patibulis, fossis, deglubitoriis &c. pabulum suum quærens.*

LOCA TURPIA PASCUNT.

In eum, qui lupanaria frequentat.

* CDXXII. *Corvus fœdis cadaveribus insistens.*

FOETIDA DELECTANT.

In hominem obscœnum.

* CDXXIII. *Corvus scorpionem rostro apprehendens, ab eodem perimitur.*

ULTIO JUSTA.

* CDXXIV. *Corvi nunquam congredi visi, teste Plinio.*

CELARI VULT SUA FURTA VENUS. *Ovid.*

In amores turpes semper quærentes secretum.

* CDXXV. *Corvi clamantes.*

VOX OMNIBUS UNA EST. *Virg.*

In plures unius obscœni oris homines.

* CDXXVI. *Corvus ob linguam suam, ad nigredinem damnatus. Ovid. Met.*

LINGUA FUIT DAMNO.

In multos, qui linguâ suâ sibi perniciem adferunt.

* CDXXVII. *Corvus niger.*

IN-

INTUS, ET EXTRA.

In hominem, pectoris mali, & exterius malorum morum.

* CDXXVIII. *Corvus dum in cadavere clamat, alios corvos advolare facit, sibi ipsi causa cur minus escæ habeat.*

PLUS DAPIS EST TACITO. *Aud. Poeta.*

Et tacitus pasci posset si corvus haberet
Plus dapis & rixæ, multo minus invidiæ.

In eos, qui fastu suo æmulos sibi creant.

* CDXXIX. *Corvi cum ex ovis excluduntur candidi sunt, unde adulto rectè inscribo.*

CANDIDUS OLIM.

In eum, qui innocentiam adolescentiæ suæ deseruit.

* CDXXX. *Corvus in vas vino plenum lapillos immittens, ut vinum subsidens, ad vasis orificium elevet, & absumat.*

LEVAT, UT ABSUMAT.

Ingenium mundi est, suos elevare ut eosdem absumat & perimat.

* CDXXXI. *Idem.*

QUAM FERIT EXALTAT.

In Deum, qui quos persecutionibus ferit, in alterâ vitâ exaltat.

* CDXXXII. *Idem.*

FRAUS IN PROFUNDO.

In fictam humilitatem.

* CDXXXIII. *Corvi pullus, ex candido, exiguo tempore totus niger.*

TAM SUBITO CORVUS.

In repentinam mutationem, cujusdam innocentis adolescentis.

* CDXXXIV. *Corvorum pulli rore ex alto pascuntur, usque dum adolescentes, sufficiant victui quærendo.*

DONEC ADOLEVERINT.

Cœleſtibus conſolationibus paſcimur, uſque dum in viâ Dei robuſtiores evaſimus.

* CDXXXV. *Corvi, cum aratro terrâ proſcinditur ſequentes arantem, atque ex ſulcis recentibus vermiculos quærentes.*

ALTERIUS DE VULNERE PASTUM.

In eos, qui aliorum malis delectantur, vel commoda quærunt.

* CDXXXVI. *Idem.*

ALTERIUS SUDORE CIBUM.

In eum, qui alterius laboribus vivit.

CAPUT XIX.

COTURNIX.

* CDXXXVII. *Coturnices canendo ad retia allectæ.*

CANENDO CAPIMUR. *Vel,*

PER CANTICA CASSES.

In quendam, qui puellæ cantu ad turpes amores ejuſdem ſeductus fuerat.

* CDXXXVIII. *Idem.*

AD RETIA GAUDENS.

In eum, qui in mediis deliciis ad retia animæ ſuæ ducitur.

* CDXXXIX. *Idem.*

IN RETIA VELOX.

In eum, qui feſtinus eſt ad proprium malum.

* CDXL. *Idem.*

FACUNDIA PRÆCEPS. *Horat.*

In eos, qui propriis ſermonibus capiuntur.

* CDXLI. *Coturnix fiſtulâ aucupis decepta, dum conſortem quærit, in retia ducitur.*

NESCIENS QUIA AD RETIA DUCITUR.

In multos, qui neſcientes blanditiis ſeducuntur.

Co-

* CDXLII. *Coturnix libidine in comparem incensa, dum fistulâ aucupis decepta comparem sectatur, retibus sese ultro implicat.*

IN RETIA MULTOS EGIT AMOR.

In fallaciam libidinosi amoris.

* CDXLIII. *Idem.*

RES INSIDIOSA LIBIDO EST.

In multos, qui & temporaliter & æternaliter perierunt ex libidinosis amoribus.

CAPUT XX.

* CDXLIV. *CUCULUS.*

HIS AMOR UT REPETANT. *Ovid. L. 5. Fast.*

In musicum turpem.

* CDXLV. *Cuculus cantans.*

VOX PATERNA.

In filium, morum paternorum sectatorem.

* CDXLVI. *Cuculus repetens.*

NON QUAM SÆPE, SED QUAM BENE.

Non refert actionum multitudini intendere, sed perfectioni.

* CDXLVII. *Cuculus aspectu suo ingratum animal.*

VOX INGRATA MAGIS.

In eum, qui turpibus moribus, turpiore autem voce est, & loquelâ.

CAPUT XXI.

CYGNUS.

* CDXLVIII. *Cygno ætate candor minime imminutus.*

CANDOR NIL TOLLITUR ANNIS.

In eum, qui innocentiam in senilem ætatem producit.

* CDXLIX. *Niesporkowitz cygno inscribit.*

CANDOREM GEMINAVIT IN UNDIS.

In Sacramentum pœnitentiæ, quod repetitum animas candidiores facit.

* CDL *Cygnus jam moriturus canens.*

CARMINA JAM MORIENS. *Ovid. L. Met.*

In eum, qui moriens Deo gratias agit.

* CDLI. *Cygnus ante mortem canens.*

POST GAUDIA MORS EST.

Hujus mundi gaudia, morte æternâ concluduntur.

* CDLII. *Cygni cum nascuntur non candent, sed coloris Cinericii sunt*

IN INIQUITATIBUS CONCEPTUS SUM.

In innocentissimos, conceptos in peccato Originali.

* CDLIII *Cygnus candidissimus cantans.*

COLOR CANTORIBUS APTUS.

In castum musicum.

* CDLIV. *Cygnus in aquis, à Verieno inscribitur.*

VITAQUE CUM GEMITU.

In hanc miseram vitam nostram.

* CDLV. *Cygnus candidum colorem meritus, Lib. 12 Met.*

QUÆSITUS SANGUINE CANDOR.

In SS. Martyres, qui sanguine suo meruere stolas albas in cœlo.

* CDLVI. *Cygnus è griseo colore in quo prodit, paulatim candidior.*

TEMPORE CANDIDIOR.

In crescentem cujusdam innocentiam.

* CDLVII *Cygnus in morte solum cantans.*

SERVAT SUA GAUDIA MORTI.

In eos, qui solida gaudia quærunt alterius vitæ.

* CDLVIII. *Cygnus candidus, in morte cantans.*

IN

IN VIVIS CANDIDUS, IN MORTE CANORUS.

In innocentem animam, quæ mortem hilariter, & cum gratiarum actione subit.

* CDLIX. *Cygnus, in vitâ vix unquam audiendus ab Engelgrave inscribitur.*

AMICA SILENTIA.

In S. Brunonem ejusque Religionem silentio addictissimam.

* CDLX. *Cygnus volans, à Verieno inscribitur.*

AUCTA FUGA FORMA EST.

In Virginem Religiosam, ex fuga sæculi, in oculis Dei magis speciosam.

* CDLXI. *Cygnus candidus.*

CANDIDA PENNA EST.

In Historicum seu Scriptorem verum.

* CDLXII. *Cygnus solum consortia gregalium suorum observare visus.*

CONSORTIA CANDIDA TANTUM.

In quærendam bonorum societatem.

* CDLXIII. *Cygnus sese abluens.*

ETIAM GAUDET, SE TINGERE CANDOR.

In Confessionem Sacramentalem repetitam sæpe ab innocentibus animabus; Inter quas S. Brigittam numeraveris, indies confitentem.

* CDLXIV. *Cygnus in morte cantans.*

HOC ILLI CANDIDA VITA DEDIT.

Innocentia, mortem lætam adducit.

* CDLXV. *Cygni grisei juniores coram matre candidâ.*

SIMILES EI ERIMUS.

Similes Christo erimus, in gloriâ & dote claritatis.

* CDLXVI. *Cygni candidi cum pullis griseis.*

FUIMUS QUANDOQUE QUOD ESTIS.

Meminerint justi dum viderint peccatores, se & similes olim fuisse eis.

Cy-

* CDLXVII. *Cygni pulli grisei.*

NONDUM APPARUIT QUID ERIMUS.

In miſeram carnis noſtræ conditionem, mutandam in melius in alterâ vitâ.

* CDLXVIII. *Cygnus in terrâ candidus, & in cœlo in viâ lacteâ ſemper conſtitutus.*

CANDOREM TERRIS DILEXIT ET ASTRIS.

In innocentiam Deo & hominibus dilectam.

* CDLXIX. *Cygnus poſt cantica moriens.*

POST CANTICA LUCTUS.

Extrema gaudii luctus occupat.

* CDLXX. *Cygnus candidus.*

PAR MUSICA PENNÆ.

In Scriptorem, cujus ſcripta dictis conſonant.

* CDLXXI. *Cygnus nigerrimam cutem habens.*

FOEDA SUB CUTE, SUAVIS OLOR.

In S. Mariam Ægyptiacam ſub cute ab æſtivis caloribus aduſtâ, animam Deo dilectam habentem.

* CDLXXII. *Cygnus junior cinericii coloris.*

CANDIDA SED MENS EST.

In eum, qui exterius minus innocens ab hominibus judicatur, quam ſit interius.

* CDLXXIII. *Cygnus erectâ ſemper cervice natans.*

ERECTA CERVICE TUMET.

In faſtuoſum & ſuperbum.

* CDLXXIV. *Cygnus robur ſuum omne in alis habens.*

SUNT ROBORA PENNIS.

Scriptis ineſt robur, ad animos lectorum movendos.

* CDLXXV. *Cygnus ſolum mundam aquam quærens à Schonhardt inſcribitur.*

MUNDA MUNDIS.

In caſtos mundâ converſatione & locis gaudentes.

CA-

CAPUT XXII.

FALCO.

* CDLXXVI. *Falco in prædam elatus in aerem.*
SIC IRE VOLUPTAS.

In eum, qui prædis delectatur.

* CDLXXVII. *Falco prædâ devictâ oculis velandus.*
POST PRÆDAM IN TENEBRAS.

Post mundanorum bonorum prædas, sæpe itur in infernum.

* CDLXXVIII. *Falco ficto corde ad vincla revocatus.*
QUAM GRAVE SERVITIUM EST FICTO QUOD CORDE PARATUR.

Meminerint hoc multi, quam grave servitium subeant in aulis, & apud amasias suas, à quibus blanditias, sed ficto sub corde experiuntur.

* CDLXXIX. *Falco à falconario eruditus.*
AD PRÆLIA FORMOR.

In filium belli ducis.

* CDLXXX. *Falco in scalâ ad prælia edoctus.*
DOCENTUR IN ALTO.

In eos, qui ad sublimes perfectionis apices instruuntur.

* CDLXXXI. *Falco post perpessa vincula prædæ victor.*
POST VINCULA VICTOR.

In eum, qui in vinclis Religiosorum votorum, victor sui, & Dæmonis evasit.

In Christum post vincla Judæorum resurgentem.

* CDLXXXII. *Idem.*
POST VINCULA PRÆDAM.

In S Petrum in Vinculis, qui ab iis liberatus per Angelum multas adhuc animarum prædas de Inferno egit.

In Christum, post vincula suæ Passionis prædam SS. Patrum secum in cœlum abducentem.

* CDLXXXIII. *Idem abducentem.*

POST VINCULA SURSUM.

In multos SS. qui in vinclis pro Christo mortui, evolarunt in cœlum.

In Christum ascendentem.

* CDLXXXIV. *Idem.*

POST OTIA SURSUM.

Post otia exercitiorum spiritualium, mens ad Deum sursum erigitur.

* CDLXXXV. *Falco, cum vinclis dimissus, & prædam capiens.*

IN VINCLIS PRÆDAM.

In multos Martyres, qui in carceribus alios convertentes, de dæmone prædas egerunt.

* CDLXXXVI. *Idem.*

IN VINCLIS SURSUM.

In eum qui in carcere, Deo sese totum dederat.

* CDLXXXVII. *Idem.*

IN VINCLIS OTIA DUCUNT.

In desides in claustro Religiosos.

* CDLXXXVIII. *Falco.*

MEDIO RAPIT OMNIA COELO. *Luc.*

In Christum qui de aereis potestatibus triumphum egit.

* LCDXXXIX. *Falco victor.*

ANIMO DAT GLORIA VIRES. *Ovid.*

In stimulos gloriæ, qui ad magna nos incitant.

* CDXC. *Idem.*

SEQUITUR VICTORIA PUGNAM.

Post luctam, de dæmone gloriosam victoriam reportamus.

* CDXCI. *Falco devictâ prædâ velatur.*

DE MEIS OBSEQUIIS, MEÆ TENEBRÆ.

In eos, qui intellectum captivant in obsequium fidei.

Fal-

* CDXCII. *Falco devictâ prædâ iterum vincula subiens.*

DE MEIS OBSEQUIIS MEA VINCULA.

In fidelem ministrum, qui missionem à Domino impetrare non poterat, ob aliquot annorum fidelitatem ei præstitam.

* CDXCIII. *Falco dimissus cum vinculis, iisdemque victor.*

IN VINCLIS VICTOR.

In S. Thomam Aquinatem, qui à fratribus conclusus, victor immissi ab eis scorti fuit.

* CDXCIV. *Falco etiam cum ab ardeâ abactus est, cum pabulo à falconario exceptus.*

SUNT PRÆMIA VICTIS. *Virg.*

Caro nostra, dum à spiritu subigitur, à Deo præmiatur in altera vitâ.

* CDXCV. *Falco post velatos oculos victor.*

POST TENEBRAS VICTOR.

In hæreticum, post conversionem suam per Martyrium, Tyranni victorem.

* CDXCVI. *Falco vinctus.*

VINCIOR UT VINCAM.

In eum qui votis Religiosis se Deo devinxit ut de Mundo, Carne ac Dæmone victor evaderet.

* CDXCVII. *Falco in cœlum invectus.*

COELOQUE INVECTUS APERTO.

In Christum Ascendentem.

* CDXCVIII. *Falco, signo à Falconario dato, prædam celerrimè relinquens.*

ET AMATA RELINQUERE PERNIX. *Horat.*

In eum, qui amores suos ita in creaturas figit, ut ad nutum Dei eas dimittere sit paratus.

* CDXCIX. *Falco devictâ prædâ vinctus, apud Auctorem Colloquiorum inscribitur.*

VINCIOR UT VICI.

In belli ducem, qui post victoriam incarcerabatur.

Fal-

* D. *Falco ad mortem cum ardeâ depugnans.*

HORTATRIX GLORIA LETHI.

In ſtimulos gloriæ omnium periculorum contemptores.

* DI. *Falconi velato aliquando inſcriptum legi.*

POST TENEBRAS SPERO LUCEM.

In divinas conſolationes deſolationibus conſcientiæ ſuccedentes.

* DII. *Falconi ardeæ devictæ cor datum in Imagine Primi ſæculi lemma habet.*

IN NOVA DAT VIRES CERTAMINA.

Merces incitat ad majora.

* DIII. *Falco femella velatur ut contra ardeam depugnans victrix evadat.*

UT VINCAM VELOR.

In velatam Virginem, quæ ideo velum Religioſum ſibi imponi paſſa eſt, ut mundum, carnem & dæmonem vinceret.

* DIV. *Falco cucullatur, ut contra ardeam fortius depugnet.*

IN BELLA CUCULLUS.

In Religioſos, qui cucullum Religioſum eadem de cauſâ portant.

* DV. *Falco poſt certamen cum ardeâ initum, ad cucullum ſuum deſcendens.*

POST BELLA CUCULLUS.

In Belli Ducem, qui poſt multas victorias ſtatum religioſum amplexus eſt.

* DVI. *Falco femella velata depoſito velo in altum elata.*

POSITO SUPER ÆTHERA VELO.

In Virginem velatam, quæ depoſito per mortem corporis ſui velo ad cœleſtia gaudia aſcendit.

* DVII. *Falco etiam cum nolis ſuis incluſus.*

COMITATUR FAMA LATENTEM.

In eum, quem etiam latere volentem fama ſubſequitur.

Fal-

* DVIII. *Falco cucullo ſerico ſuperbus.*

DE MEO CUCULLO MEA GLORIA.

In eum, qui de ſtatu ſuo monachali gloriatur.

* DIX. *Falco poſito cucullo à Falconario avolans, & ab ardeâ devictus.*

POSITO FIT PRÆDA CUCULLO.

In Apoſtatam Religioſum.

* DX. *Falco oculis velatus otioſus.*

IN CUCULLO OTIOSUS.

In Monachum otioſum & deſidem.

* DXI. *Falco cucullatus & criſtatus.*

CRISTA COMITANTE CUCULLUM.

In Monachum in habitu ſuo Religioſo ſuperbum.

* DXII. *Falco vinclis conſtrictus.*

VINCLA PARANTUR AMORIS.

Adverſitates à Deo immiſſæ non pœnarum, ſed amoris vincula ſunt.

DXIII. *Falco.*

VOLITAT SUPER OMNIA FALCO.

Factum fuit ab Alumnis Collegii Falconis Lovanii, ut præeminentiam ejuſdem oſtenderent ſuper alia Lilii, Caſtri, & Porci Collegia ibidem.

* DXIV. *Falco oculis velatus.*

SIC VAGUS COHIBETUR AMOR.

Per adverſitates à Deo immiſſas amor noſter ad creaturas inordinatus cohibetur.

* DXV. *Falco in ardeam cum proprio vitæ discrimine elatus.*

QUOCUNQUE PERICLO.

In contemptorem periculorum.

* DXVI. *Falconum cum ardeis certamina tantum voluptati deſervientia.*

VOLUPTATI TANTUM.

In publica haſtiludia, ſeu ſpectacula.

* DXVII. *Falco roſtro ſua vincula ſolvens.*

AB ORE LIBERTAS.

In eum, qui verâ Confessione ex mancipio diaboli, se asserit in libertatem filiorum Dei.

* DXVIII. *Falco arte falconarii tractabilis.*

TRACTABILIS ARTE.

In ingenium ferox, quod tractabile redditum est, sub prudenti directore.

* DXIX. *Falco liber cum ardeâ fortiter decertans.*

LIBERTATE POTENS. *Luc. L.* 8.

In Inclytam & liberam Regni Poloniæ Nobilitatem, quæ libertate suâ potens, contra Tartaricam & Turcicam ardeam hactenus fortiter decertavit.

* DXX. *Falco brachio falconarii constrictus, visâ ardeâ vix retinendus.*

LABOR EST INHIBERE VOLANTES. *Ovid.*

In desideria excessiva.

CAPUT XXIII.

FRINGILLA.

* DXXI. *Fringillæ in cavea mansuescenti, Burgundia in Vitiis linguæ inscribit.*

MANSUESCIT CONCLUSA.

In linguam efferam, quæ conclusa domatur ne noceat.

CAPUT XXIV.

GALLINA.

* DXXII. *Gallina cum grano in ore, glocitans pullis suis, ut eos pascat, in Thesibus Parisiensibus S. Francisco Xaverio dicatis, inscribitur.*

RE-

REVELAT PARVULIS.

In ejuſdem Sancti Catechizationes.

* DXXIII. *Celeberrima Officina Birckmanica, Coloniæ pro ſymbolo gallinam habuit, ova parientem, cum lemmate.*

NOVA SÆPIUS, UTILIA SEMPER.

In Bibliopolam vel ſcriptorem, ſæpe edentem nova ſemper utilia.

In Concionatorem.

* DXXIV. *Pullus gallinæ, alios ſub alis foventi inſiſtens.*

CHARITAS NON IRRITATUR.

In veram charitatem cujus ea proprietas eſt.

* DXXV. *Gallina quovis die ovum pariens.*

NULLA MIHI SINE PARTU DIES.

In ſcriptorem omni die, fœtus novos ingenii producentem.

* DXXVI. *Gallina ovis incubans, lemma habuit.*

AMOR ET CONSTANTIA GIGNIT.

Amor ad ſtudia & conſtantia in iiſdem, præclaros fructus proferunt.

* DXXVII. *Gallina vimineâ in crate concluſa, parvis pullis, liberè per eandem exeuntibus & intrantibus.*

NISI EFFICIAMINI SICUT PARVULI, NON INTRABITIS.

In humilitatem.

* DXXVIII. *Idem.*

IPSIS LIBERIS CAPTIVA LIBENTER.

In Chriſtum qui vincla Judæorum libenter ſubiit, ut nos aſſereret in libertatem filiorum Dei.

* DXXIX. *Gallina pro pullis alimenta quærens.*

NON QUÆRIT QUÆ SUA SUNT.

In Charitatem.

* DXXX. *Gallina unione relicto, granum hordei legens.*

IGNOTI NULLA CUPIDO.

In Cœleſtium rerum vilipendium, ex ignorato eorum pretio.

DXXXI. *Gallinæ pullos contra milvum defendenti Verienus inſcribit,*

NON RAPIET VIGILI.

In vigilantem Prælatum.

* DXXXII. *Gallina omnes pullos æqualiter fovens.*

OMNIBUS ÆQUALI MATER AMORE FAVET.

In communem dilectionem filiorum habendam.

* DXXXIII. *Gallina pullos nutriens ſe ipſam emaciando.*

SUA PER DISPENDIA NUTRIT.

In Chriſtum, qui exinanivit ſemetipſum, & nos in Sacramento Euchariſtiæ nutrit.

DXXXIV. *Eadem ab Engelgravio inſcribitur.*

ALIMENTA SUIS PRÆBET AMOR.

In S. Franciſcum de Paulâ.

* DXXXV. *Gallina poſt venerem triſtis.*

MOEROR COMES HÆRET AMORI.

In triſtitiam & remorſum conſcientiæ, quem voluptates poſt ſe relinquunt.

DXXXVI. *Gallinæ in fimeto concinenti P. Maſenius inſcribit,*

REGNUM PRÆPOSTERUM.

In familias, ubi præpoſterè fœmina habet imperium.

* DXXXVII. *Gallina ova, quæ poſuit, devorans.*

QUÆ DONAT, DEVORAT.

In tempus.

* DXXXVIII. *Gallina contra accipitrem pullos ſub alis defendens.*

PARTA TUERI.

Non minor eſt virtus quam quærere parta tueri.
In defenſionem prolium.

Gal-

* DXXXIX. *Gallina in multos pullos sollicita mater.*

NEC NUMERO LANGUET PIETAS. *Claud.*

In eum, qui numerosæ Communitati charitatem impendit.

* DXL. *Gallina pullos nutriens dum adoleverint.*

DONEC ADOLEVERINT.

In obligationem naturalem sustentandi proles, dum ipsæ victui suo quærendo sufficientes sunt.

* DXLI. *Pulli sub alis matris.*

TUTAMEN ET UMBRA.

In protectionem divinam.

DXLII. *Haynovius pullo ex fracto ovo egredienti inscripsit.*

ILLIUS INTERITU VEGETOR.

Interitu corporis prævio resurgemus gloriose.

DXLIII. *Gallinæ pro pullis contra milvum se opponenti Verienus inscripsit.*

OMNIA VINCIT AMOR.

In vim amoris.

* DXLIV. *Gallina, araneas in nutrimentum vertens.*

EX VENENIS NUTRIMENTA.

In eum, qui ex aliorum peccatis scit bona elicere.
In eum, qui ex turpi scripturâ bona haurit.

* DXLV. *Gallina ovis incubans.*

IN SPE ET PATIENTIA.

In educationem juventutis.

* DXLVI. *Gallina pullos sub alis fovens, ne ab accipitre rapiantur.*

NE PERDERET QUOS CONDIDIT.

In protectionem Dei contra Dæmonem.

* DXLVII. *Gallina silet, cum ovum ponit.*

FOECUNDA SILENDO.

In silentii commendationem, quod multa bona parturit.

* DXLVIII. *Gallina pabulum ex iis quæ ante pedes ſunt, quærens.*

QUÆ ANTE PEDES.

In curandas res proprias.

In nimiam curioſitatem, rerum captum noſtrum excedentium.

* DXLIX. *Gallina araneas pullis ſuis præbens.*

VENENA PARVULIS.

In juventutis ſeductorem.

* DL. *Gallina granum inventum, roſtro tenens ut pullos eo paſcat.*

PASCIT AB ORE.

In Catechiſtam, paſcentem parvulos lectionibus catecheticis.

* DLI. *Gallinæ dum ante ovum editum glocitant, ordinariè ovum vacuum pariunt.*

FACUNDIA PRÆCOX.

In eum, qui vanâ apud alios gloriatione opera ſua coram Deo omni merito evacuat.

* DLII. *Gallina provide ova fovens ne pedibus aut corpore ea proterat.*

PROVIDA FOVET.

In filios, provide fovendos, & amandos ne nimio amore & favore deperdantur.

* DLIII. *Gallina pullos edens & editos fovens.*

EDITQUE FOVETQUE.

In matrem curam prolis ſuæ bonam gerentem.

* DLIV. *Gallina ovis à Domino è nido ſublatis, nova ſubſtituit.*

ET NOVA SUBSTITUET.

In eum, qui nova beneficia ingrato confert.

* DLV. *Gallina pro ovis ſuppoſitis ſibi pullos reddens.*

RETRIBUTIO PULLI.

In eum, qui parva beneficia majoribus compenſat.

CAPUT XXV.

GALLUS.

* DLVI. *Gallus in fimeto pabulum non pro pullis, ſed ſe ſolo quærens.*
QUÆ SUA SUNT.
In hominem ſolum propriis commodis ſtudentem.
* DLVII. *Duobus gallis de pabulo litigantibus lemma.*
PROPTER MEUM ET TUUM.
In propria commoda, litium omnium cauſas.
* DLVIII. *Gallus calcaria habens.*
ET STIMULOS NATURA DEDIT.
In ſtimulos gloriæ, à natura omnibus inſitos.
* DLIX. *Gallo bibenti, Maſenius inſcribit.*
CANTORES AMANT HUMORES.
In muſicos.
* DLX. *Gallis litigantibus Maſenius inſcribit.*
FRATRUM QUOQUE GRATIA RARA EST.
In fraternas lites, hoc tempore frequentes.
* DLXI. *Gallus de nocte cantu ſuo neminem fallens.*
NUNQUAM FALLIT.
In cantum quo nemo ſeducitur.
In virum minime fallacem.
* DLXII. *Gallorum cantu, integræ urbes ad tempus auroræ excitantur.*
ET MAGNAS EXCITAT URBES.
In Concionatorem, qui ex veterno peccatorum, prædicatione ſuâ, integras urbes excitat.
* DLXIII. *Gallus gallina glocitante ſilens.*
HAC GLOCITANTE SILET.
Maritorum eſt, ad convitia cónjugum ſiſtere.
* DLXIV. *Gallus obliquo lumine ſolem intuens.*
OBLIQUO LUMINE SOLEM.

Factum fuit in Auctorem S. Thomæ Aquinati minus æquum.

* DLXV. *Gallus cepis, alliis comestis ad pugnam acrior.*

HINC FORTIOR IBIT IN HOSTES.

Acrimoniâ mortificationum in hostes animæ roboramur.

DLXVI. *Gallum bibentem, & cœlum suspicientem, Engelgrave inscribit.*

GRATES AGIT.

In gratias mensæ nunquam omittendas.

* DLXVII. *Gallus de nocte & die cantans.*

NOCTU, CANTANDO DIUQUE.

In indefessum Concionatorem.

In remorsus conscientiæ

* DLXVIII. *Gallus cantu suo integras urbes de nocte dirigens.*

ET MAGNAS DIRIGIT URBES.

In Concionatorem vel Consulem urbis.

* DLXIX. *Gallus ad pugnam paratus.*

SPIRANT PRÆCORDIA PUGNAM.

In belli ducem.

* DLXX *Gallus leones terrens & excitans.*

EXCITAT ET TERRET.

In Concionatorem incutientem Auditoribus terrores.

* DLXXI. *Gallus de nocte vigil.*

INSOMNES NOCTESQUE, DIESQUE.

In vigilem prælatum seu belli ducem.

* DLXXII *Gallo de nocte clamante scitur, quæ hora in cœlo sit.*

INTERPRES FIDUS COELI.

In eum, qui Tractatum ediderat de Deo & Angelis.

* DLXXIII. *Idem.*

INTERPRES FIDUS SOLIS.

In Thomistam interpretem S. Thomæ, cui in pectore sol.

* DLXXIV. *Galli cum aliis avibus pacifici, inter se solum pugnantes.*

IN MUTUA BELLA FEROCES.

In Bella hodierna, quibus Christiani Principes inter se digladiantur.

* DLXXV. *Gallus pulveres ex alis excutiens.*

UT MINIMUM EXCUTIAT.

In eum, qui Confessione Sacramentali etiam minimos defectus studet excutere.

* DLXXVI. *Gallus ad solem pulveres excutiens.*

EXCUTIT AD SOLEM.

In eum, qui coram Venerabili Sacramento examen conscientiæ instituit.

* DLXXVII. *Gallus ad auroræ adventum canens.*

PRÆLUDIA SOLIS.

In S. Joannem Baptistam, qui vox clamantis in deserto prælusit prædicationi filii Dei.

* DLXXVIII. *Idem.*

PRÆLUDO DIEI.

In idem

* DLXXIX. *Leo Belgicus cum 7. sagittis coram gallo cantante interritus.*

AD GALLI CANTUM NON TIMET ILLE LEO.

In fœderatos Belgii Status (quibus pro Symbolo Leo est) impavidos ad insultus Gallorum.

* DLXXX. *Gallus Leonem territans.*

VOCE TIMENDUS.

In Concionatorem.

* DLXXXI. *Galli duo.*

ET CANTARE PARES.

In duos excellentes musicos.

ET RESPONDERE PARATI.

In duos apologiis contra se digladiantes.

* DLXXXII. *Gallus se concutiendo pulveres sibi excutit.*

CONCUTIENDO CADENT.

In mortificationem, quâ defectus nostros corrigimus.

* DLXXXIII. *Duo galli pugnantes.*

ET PUGNARE PARES.

In duos æquales belli duces.

* DLXXXIV. *Gallo uno cantante de nocte, reliqui omnes cantu sequuntur.*

UNUS SUSCITAT OMNES.

In exemplorum efficaciam.

* DLXXXV. *Galli post finitam acerrimam pugnam, mox quasi omnium obliti, iterum conversantes.*

POST PRÆLIA PAX EST.

In pacem bellis succedentem.

* DLXXXVI. *Gallus pugnans.*

STIMULOS DEDIT ÆMULA VIRTUS.

Adversariis inclarescimus.

* DLXXXVII. *Galli duo post pugnam iterum pacifici.*

DONANTES INVICEM.

In Remissionem injuriarum.

CAPUT XXVI.

* DLXXXVIII. *AVES NIVALES.*

In Poloniæ Regno certum avium genus, quod non apparet nisi jacente nive, qua etiam vesci creditur.

AD CANDIDA TANTUM.

In eos qui candorem in omnibus affectant.

CAPUT XXVII.

G R Y P H U S.

* DLXXXIX. *Gryphus qui simul aquila & leo est.*

HINC ALES INDE LEO.

In

In truculentum & celerrimum in expeditionibus militaribus belli ducem.

CAPUT XXVIII.

HIRUNDO.

* DXC. *Hirundines per aërem vagæ, semper garrientes.*
MAXIME VAGÆ, MAXIME GARRULÆ.
In puellas vagas, quæ ordinario etiam garrulæ sunt.
* DXCI. *Hirundines avolantes.*
SATIS HIS HABITAVIMUS ORIS.
In desiderium patriæ cœlestis.
* DXCII. *Hirundines veris nuntiæ.*
NUNTIA VERIS.
In S. Archangelum Gabrielem, qui orbi per Annuntiationem B. Virgini factam, tempora meliora nuntiavit.
* DXCIII. *Hirundo muscas in aëre obvias captans.*
OBVIA CARPO.
In eum, qui quoscunque rostro linguæ carpit.
* DXCIV. *Hirundo ex muscis vivens.*
DANT OBVIA PASTUM.
In frugalem mensam.
* DXCV. *Hirundo muscas in aere captans.*
MUSCAS CAPTO.
In hominem vanæ gloriæ addictum.
* DXCVI. *Hirundo nunquam in sylvis, vel desertis nidificans.*
IGNARA DESERTI.
In inimicum solitudinis.
* DXCVII. *Hirundo avolans ad calorem.*
PATRIA UBI BENE.
* DXCVIII. *Hirundo in aere pabulum habens.*
SUOS

SUOS ÆTHER ALIT.

In providentiam Dei, quâ omnes paſcimur.

* DXCIX. *Hirundo abſcedens.*

REVERSURA RECEDO.

In animam, quæ in morte à corpore recedit, in illud reverſura, tempore univerſalis judicii.

* DC. *Hirundo diſcedens.*

COGNOVIT TEMPUS SUUM.

In Sanctum, qui diem obitus diu præſciverat divinitus.

* DCI. *Hirundines avolantes neſcientibus nobis, quo.*

QUÒ VERGAT INCERTUM.

In hominem morientem, de cujus animâ incerti ſumus quo vadat.

* DCII. *Hirundo inſectis tantum vivens.*

NIL SOLIDI.

In eos, qui ſolido rerum ſpiritualium cibo, minime veſci deſiderant.

* DCIII. *Hirundo in nido ex luto conſtructo pullos edens.*

IN HOC FORMO MEOS.

In parentes, qui ſuos ad humilitatem formant.

* DCIV. *Hirundines aliquot veris tempore alias prævenientes.*

SEQUENTUR PLURES.

In Metatores Caſtrorum.

* DCV. *Hirundines nunquam caveis incluſæ.*

NESCIA CLAUSURÆ.

In hominem vagum.

* DCVI. *Hirundines avolantes & redeuntes.*

NULLIBI PATRIA.

In hominem vagum.

* DCVII. *Hirundo pabulum in aere quærens.*

AD PABULA SURSUM.

In eum, qui animæ ſuæ eſcam è cœlo petit.

Hi-

* DCVIII. *Hirundo tempore veris revertens.*

RECESSURA REVERTOR.

In fortunam prosperam.

* DCIX. *Hirundo avolans patriam & nidum deserens.*

LINQUENDA TELLUS ET DOMUS. *Vel,*
INCOLIT *Horat.* NON POSSIDET.

Linquenda tellus, & domus, & placens.
Uxor neque harum, quas colis arborum.
Te præter invisam Cypressum,
Nulla brevem dominum sequetur.

* DCX. *Hirundo ad nidum luteum redux.*

AD LUTUM SUETA REDIRE.

In recidivas peccatorum luxuriæ.

* DCXI. *Hirundo in nido luteo habitans.*

HABITANT DOMOS LUTEAS. *Job Cap. 4.*

In miseram animarum nostrarum conditionem.

* DCXII. *Hirundo semper garrula.*

IGNARA TACENDI.

In Garrulum.

* DCXIII. *Hirundo in aere insecta quærens.*

QUÆRENS, QUEM DEVORET.

In diabolum.

* DCXIV. *Hirundo rigidum hyemale tempus declinans.*

IGNARA RIGORIS.

In eum, qui rigoris religiosi impatiens est.

* DCXV. *Hirundo nidum luteum in templo constructum inhabitans.*

HIC ETIAM IN LUTO.

In hominem Deo sacrum obscœne viventem.

* DCXVI. *Hirundo in templo ipso pipiens.*

ET HIC QUOQUE GARRULA.

In hominem in templo irreverentem.

* DCXVII. *Hirundo extra patriam semper hiberna quærens.*

HIBERNA ALIBI.

Hiberna militaria providorum Ducum est, extra sui Principis territorium quærere.

* DCXVIII. *Hirundines nullibi autumnum, aut hyemen habentes.*

VER MIHI PERPETUUM.

In eum, qui in bonis ducit dies suos.

* DCXIX. *Hirundo nidum in domo construens.*

IRREQUISITO HOSPITE.

In hospitationes militares, vi occupatas.

* DCXX. *Hirundo avolans nidum luteum alibi constructura.*

AD LUTUM ALIBI.

In quendam, qui unâ personâ desertâ, ad aliam se transferebat, ut cum eâ peccaret.

* DCXXI. *Hirundo pullis cœcis herbâ chelidoniâ visum dans.*

NATURA DICTANTE.

Natura dictat filios à parentibus lumen dandum in iis, quæ salutem & honestas artes spectant.

* DCXXII. *Hirundo ædium ruinam præsagiens eas deserit.*

PRÆSAGA RUINÆ.

In eum, qui alterius lapsum in peccatum prædixerat.

CAPUT XXIX.

LUCIDIA AVIS.

* DCXXIII. *Lucidia avis de nocte lucens.*

NON EXTINGUETUR IN NOCTE.

In eum, cujus amoris ignem erga Deum, adversitatum nox minime extinguit.

* DCXXIV. *Eadem.*

NON

NON MUTUATA LUCE.

In eum, qui propriarum virtutum ac ſcientiarum luce fulget.

CAPUT XXX.

MERGUS.

* DCXXV. *Mergus prædis ſectandis unicè intentus.*

MERGAR, DUM PRÆDER.

Contenti aliqui ſunt, poſt hanc vitam in infernum demergi, dummodo hic multorum terreſtrium bonorum prædas capiant.

* DCXXVI. *Mergus continuo prædis piſcium captandis ſtudens.*

NIL NISI PRÆDAS.

In diabolum, capiendis animabus continuo ſtudentem.

* DCXXVII. *Mergus cum prædâ ex profundo emergens.*

PRÆDIS EMERSI.

In eum, qui prædis hoſtilibus locuples factus eſt.

Aut belli Ducem, qui hoſtium deprædatione inclaruit.

* DCXXVIII. *Mergus.*

PRÆDATOR AQUARUM.

In Pyratam celebrem.

* DCXXIX. *Mergus minores tantum piſciculos capiens.*

VEXAT CENSURA MINORES.

In humilium perſecutiones.

* DCXXX. *Mergus.*

PRÆDATUR IN IMO.

In dæmonem, qui fictâ humilitate multos decipit & deprædatur.

* DCXXXI. *Mergus in profundo prædans piſces.*

PER-

PERSEQUENS DEPRIMOR.

In perſecutores à Deo depreſſos.

* DCXXXII. *Mergus idem.*

ABSCONSUS DEPRIMOR.

In eum, qui ſecreto humilis eſt.

* DCXXXIII. *Idem.*

ABSCONSUS PRÆDOR.

In occultum ſeductorem.

* DCXXXIV. *Mergus fame cogente in imo prædans.*

COGIT AD IMA FAMES.

Concupiſcentiæ noſtræ abjecta nobis ſuadent.

* DCXXXV. *Mergus idem.*

ABSCONSUS PERSEQUOR.

In perſecutorem occultum ſpecie fictâ amicitiæ.

CAPUT XXXI.

MERULA.

* DCXXXVI. *Merula nigra avis, ſed pulcherrime cantans.*

CANORE NON CANDIDE.

In Poëtam doctum ſed obſcœnum.

* DCXXXVII. *Eadem.*

PENNÆ QUAM DISSONA VOX EST.

In ſcriptorem aliter viventem, quam ſcribit.

CAPUT XXXII.

MANUCODIATA Seu AVIS PARADISI.

* DCXXXVIII. *Manucodiata in ea aeris regione, in quâ tuta eſt ab avibus prædatricibus.*

CUR-

CURRIT ITER TUTUM. *Virg.*

In contemplationem.

* DCXXXIX. *Eadem.*

SUPREMA PER AURAS.

In maximum adulatorem.

DCXL. *Eadem capta ab Huibero inſcribitur.*

GEMIT DONEC DIMITTAS.

In animas purgatorii.

DCXLI. *Eadem in æthere, ſerpente in terrâ conſtituto virus in eum evibrante, in Theſibus Phil. Coloniæ defenſis inſcribitur.*

TRANSCENDIT.

In B. V. Immaculatam Conceptionem, in quâ omne ſerpentinum virus tranſcendit.

* DCXLII. *Eadem cibo nullo veſcens, & caſta.*

CASTA, QUOD IMPASTA.

Jejunia media ſunt ſervandæ caſtitatis.

DCXLIII. *Eadem in Imagine Primi ſæculi inſcribitur.*

EXIGUO VIVIT, QUIA PROXIMA COELO.

In Jejunia S. Ignatii.

* DCXLIV. *Eadem.*

SUOS ÆTHER ALIT.

In providentiam divinam.

DCXLV. *In Theſibus Pariſiis defenſis, & S. Staniſlao Koſtkæ dedicatis Manucodiata inſcribitur.*

INFIMA SPERNIT.

In eundem ſanctum, mundum ſpernentem.

DCXLVI. *In ſolenni Receptione Caroli Emm. & Franciſcæ à Franciâ Sabaudiæ Ducum Abbas Theſaurus Manucodiatæ inſcripſit.*

SOLI DEO.

In virtutem Religionis.

DCXLVII. *Victor Amædeus Sabaudiæ Dux, Theſauro teſte pro ſymbolo habuit Manucodiatam, cum lemmate.*

COELESTIS ÆMULA MOTUS.

In ejusdem Ducis infatigabilitatem bello & pace.
Item in eum, qui resignatus sequitur dispositiones Dei de se.

* DCXLVIII. *Eadem æthere vescens.*
NON ALIUNDE VITAM.
In contemplationem.

DCXLIX. *Niesʒporkowitz Manucodiatæ inscribit.*
MIHI PATRIA COELUM EST.
In eum, qui contemplatione jugiter in cœlestibus conversatur.

* DCL. *Eadem.*
JUVAT IRE PER ALTA.
In contemplantem animam.

CAPUT XXXIII.

NOCTUÆ ET VESPERTILIONES.

* DCLI. *Noctuæ & vespertiliones.*
DILEXERUNT TENEBRAS MAGIS QUAM LUCEM.
In peccatores & hæreticos.

DCLII. *Easdem apud Typotium inscriptas leges.*
DONEC ILLUCESCAT DIES. *Prov.* 7.
In hoc mundo omnes noctuæ & vespertiliones sumus in iis, quæ Dei sunt, donec lux æterna nobis illucescat.

DCLIII. *Noctuis & vespertilionibus P. Masenius inscripsit coram sole.*
MINUS HAC IN LUCE VIDEMUS.
In eos, qui ad actualium gratiarum lumina obstinati manent.

* DCLIV. *Noctua fœda avis, fœdè cantans.*
FOE-

FOEDA AVIS ET CANTUS.

In Muſicum male cantantem, & pejus viventem.

DCLV. *Fedro noctuæ in nocte videnti in ſuis Periſtrom. inſcripſit.*

SECRETUM VIDET.

In eum, qui ſecreta Principum Conſilia penetrat.

DCLVI. *Otto Antonius Urbini Dux noctuæ ſolitariæ in trunco ſedenti inſcripſit.*

EA SOLA VOLUPTAS.

In amatorem ſolitudinis.

DCLVII. *In vitâ B. Joſaphati Archi. Polocenſis, noctuæ & veſpertiliones ad exortum ſolis è templo fugientes inſcribuntur.*

PRIMOS SOLIS AD ORTUS.

In eundem Sanctum lemures nocturnos ſolo Venerabili Sacramento ex templo fugantem.

* DCLVIII. *Veſpertiliones veſperi incipientes volare.*

PRÆLUDIA NOCTIS.

Peccata veniala præludia ſunt ad plenam peccatorum mortalium noctem.

* DCLIX. *Veſpertiliones de mane diſcedentes circa crepuſculum.*

PRÆLUDIA LUCIS.

Peccatorum venialium fuga præludium eſt ad gratiarum lumina à Deo impetranda.

* DCLX. *Noctua pullos ſuos de noctê ducens.*

CÆCI SUNT, ET DUCES CÆCORUM.

In perverſos hæreſum Magiſtros & Doctores.

Item in perverſos juventutis ſeductores.

* DCLXI *Noctua.*

A VESPERTINIS EXORDIOR HORIS.

In eum, qui orationem à veſpertinis horis producebat in lucem ſolis.

* DCLXII. *Noctua Minervæ adjuncta.*

SED NIL SPECIOSIOR INDE.

Nemo ex Magnorum conſortio melior eſt, nemo pulchrior coram Deo ex hoc eſt, quod ſit ſapientior.

* DCLXIII. *Veſpertilio, quæ candelis & lampade Eccleſiæ paſcitur, cum hirundine, quæ in Eccleſiis pipire ſolet, at non nutriri.*

HIC CANTAT, AT ALTER PASCITUR.

Factum fuit in quoſdam Germanos Canonicos, qui lautis Eccleſiæ reditibus paſcebantur, in choro otioſi, dum eorum Vicariis continuo cantandum eſſet.

* DCLXIV. *Veſpertiliones & noctuæ ſimul volitantes.*

SIMILIS SIMILI GAUDET.

In ſocietatem parium.

* DCLXV. *Noctua turpi aſpectu.*

MENS TURPIOR INTUS.

In turpem peccatorem.

* DCLXVI. *Noctua Minervæ comes.*

UNI MINERVÆ.

In quendam, qui S. Catharinam Martyrem in Patronam adſciverat.

* DCLXVII. *Noctua veſpere adveniente prius videns.*

SERO VIDET.

In eum, quem facti ſui pœnitebat quando jam ſerius erat.

* DCLXVIII. *Noctua circum ſe plures aviculas habens, quæ circa eam capiuntur.*

QUOD NON NORIS NON AMES.

In idem.

* DCLXIX. *Noctua veſpere prodiens.*

SERO PRODIT.

In eum, qui negotio procraſtinato occaſionem bonam perdiderat rei agendæ.

* DCLXX. *Veſpertiliones, quæ ad accenſam candelam advolantes capiuntur.*

AD LUCEM CAPIMUR.

In eos, quos dæmon honorum luce in caſſes trahit.

* DCLXXI. *Noctua de die.*

INDIGA NOCTIS.

In

In eum, cui salutare esset latere.

* DCLXXII. *Noctua sole occidente prodiens.*

HUJUS AD ABSCESSUM.

In mulierem, quæ viro absente multum prodibat in publicum.

*DCLXXIII. *Noctua & vespertiliones de nocte videntes.*

LUX OMNIS DEBITA NOCTI.

In Sanctum à Deo singulariter illuminatum ob eximiam suam humilitatem.

* DCLXXIV. *Vespertilio de nocte lampadem in Ecclesiâ exsugens.*

SERAS POTITAMUS IN HORAS.

In nocturnum bibonem.

* DCLXXV. *Noctuæ & vespertiliones de nocte aviculas capientes.*

SERAS CAPIUNTUR AD HORAS.

In nocturnos grassatores.

* DCLXXVI. *Vespertiliones de vesperi ad lumen candelæ volitando ludentes.*

AD SERAS LUDIMUS HORAS.

In nocturnos lusores.

* DCLXXVII. *Noctua cum pullis suis advolans ad lunam.*

AD HUNC SOLEM MEOS PROBO.

In parentes, qui filiorum vitiis delectantur.

* DCLXXVIII. *Noctua latens, non capienda suo in recessu.*

TUTA RECESSU.

In solitudine à mundi insultibus tutior anima est.

* DCLXXIX. *Noctua de die latens & silens.*

SILERE ET LATERE.

Hæc vita eorum sit, qui in pace vivere optant.

DCLXXX. *Noctuæ apud Verienum inscriptum legitur.*

PRUDENS MAGIS, QUAM LOQUAX.

In prudentem taciturnum.

* DCLXXXI. *Noctua de nocte pabulum suum quærens.*

NOX HORRIDA PASCIT.

In Apostatam in noctem hæresis transeuntem, ut alimenta corporis ab Hæreticis recipiat.

* DCLXXXII. *Noctuæ & vespertiliones sæpe in abditis templorum recessibus habitantes, atque ex templi lampade, candelis &c. viventes.*

SACRI PRÆBENT ALIMENTA RECESSUS.

In exercitia Spiritualia, è quibus anima mirum in modum spiritualiter pascitur.

* DCLXXXIII. *Noctuæ & vespertiliones ad exortum auroræ territæ, & avolantes.*

TERRITAT AURORA.

In imperium Beatæ Mariæ Virginis, quod in Dæmonem exercet.

* DCLXXXIV. *Noctuà ad candelam unà cum perspicilio rostro ejus imposito.*

JUVANT NIHIL ISTA NOLENTEM.

Adagium Belgicum est, nil profuturum perspicilium, & candelam noctuæ ad eam videre nolenti.

In obstinatos hæreticos.

Item in oppugnationem agnitæ veritatis, quæ est peccatum in Spiritum Sanctum

* DCLXXXV. *Noctua ad Lunam.*

HOC MIHI SOLE DIES.

In peccatorem interventu Beatæ Virginis à Deo illuminatum.

* DCLXXXVI. *Noctuæ juniores parentem in tenebris sequentes.*

DUCUNT EXEMPLA PARENTUM.

In mala malorum parentum exempla.

DCLXXXVII. *Noctuæ apud Verienum inscribitur.*

IN NOCTE CONSILIUM.

In adversis rebus sumenda consilia sunt congruentia.

Noctua

* DCLXXXVIII. *Noctua ad solis exortum veteres recessus quærens.*

VETERES QUÆRENDO RECESSUS.

In Religiosos, quorum est secessus solitudinis quærere post inspectum aliquando mundum.

* DCLXXXIX. *Noctua de die dormiens ad vespertinas horas usque.*

IN SERAS STERTIMUS HORAS.

In somnolentos.

* DCXC. *Noctuæ aliquot ad vespertinas horas evigilantes.*

HORA EST JAM NOS DE SOMNO SURGERE.

Elapso juventutis tempore necesse est in senectute invigilare saluti suæ.

CAPUT XXXIV.

P A S S E R.

* DCXCI. *Passer teste Alberto M. libidinosissima avicula.*

MINIMISQUE LIBIDO EST. *Juven. Sat. 6.*

In vitium luxuriæ nimium in Juventute prô dolor regnans.

* DCXCII. *Passer pro pullorum victu quærendo valde sollicitus.*

PRO NATIS SEDULA MATER.

In sedulam in educatione filiorum matremfamilias.

* DCXCIII. *Passeres de hyeme non recedentes instar gruum & Ciconiarum &c.*

NON RECEDUNT IN TEMPORE MALO.

In amicos in adversis fidos.

* DCXCIV. *Passer avis inepta ad cantum discendum.*

INEPTA DOCERI.

In eum, qui ad diſciplinas diſcendas ineptus eſt.

* DCXCV. *Paſſeres aliquot fruges depopulantes.*

FRUGES CONSUMERE NATI.

In otioſos homines.

* DCXCVI. *Paſſeres aliquot cum muſicis avibus, uti ſunt Philomelæ, Cardueles, Merulæ &c. reti concluſæ, vel tormento jaculatæ.*

DOCTUS PARITER, UT INDOCTUS. *Eccleſ. 2.*

In mortem nemini parcentem.

CAPUT XXXV.

PAVO.

* DCXCVII. *Pavo, cui præ faſtu cauda erigitur.*

FASTIBUS ERIGITUR.

In ſuperbum.

* DCXCVIII. *Pavo caudâ ſuperbiens pedibus inſpectis protinus confunditur.*

HUC RESPICE.

Reſpiciant comptæ puellæ, fœdæ carnis ſuæ abjectam conditionem, & faſtus omnis ipſis concidet.

* DCXCIX. P*avo caudâ ſuperbiens.*

HI FASTUS AB ORBE.

Mundus ſuos ad faſtus erigit.

* DCC. P*avo malè cantans.*

PENNÆ QUAM DISSONA VOX EST!

In Scriptorem aliter ſcribentem & viventem.

DCCI. P*avoni apud Auctorem Colloquiorum inſcribitur.*

UT PLACEAT, TACEAT.

In hominem formoſum, male ad propoſita loquentem.

* DCCII. P*avonis cauda erecta cito concidens.*

VANUS CITO CONCIDET ORBIS.

Præterit figura hujus mundi.

Pavo

* DCCIII. *Pavo à caudâ suâ superbiens.*

DANT OCULI FASTUM.

In puellam, quæ formosis oculis superbit.

* DCCIV. *Pavo rotans.*

TOTUM EXPLICAT ORBEM.

In Physicam.

In puellam, toto suo muliebri mundo ornatam.

* DCCV. *Pavo caudâ decidente tristis.*

DESERTO TRISTIS AB ORBE.

In Religiosum suâ vocatione male contentum.

* DCCVI. *Pavonis cauda excidens.*

SUOS CITO DESERIT ORBIS.

Mundus suos clientes deserit.

* DCCVII. *Pavo formosa.*

PRÆTER PENNAS NIHIL. *Ovid. Fast.*

In idiotam pulchrâ in veste.

* DCCVIII. *Pavo fœmina minimè speciosa.*

FORMA DECET NEGLECTA PUELLAS.

In nimium puellarum in vestibus luxum.

* DCCIX. *Pavo cum oculis suis in caudâ omnino cœcis.*

CENTUMQUE OCULOS NOX OCCUPAT UNA.

In virum prudentem & providum in nocte hæresis vel peccati constitutum.

DCCX. *Pavoni pulchræ & in proles benignæ Aresius inscripsit.*

DI BELTADO E PIETA NI MAI SECONDO.

NEC FORMA, NEC PIETATE PAREM.

In piam & speciosam matrem familias.

In B. Virginem.

* DCCXI. *Pavo in caudâ oculos gestans.*

SERO PROVIDUS. *Vel,* IN FINE PROVIDUS.

In feram providentiam.

* DCCXII. *Pavo ab aliis avibus Dea ob decorem credita,*

mox mutato judicio avis visa est, quando cum aliis ad pabulum venit.

EX PABULO DIGNOSCOR AVIS.

Religiosorum defectus nullibi melius patent, quam si sæcularium convivia frequentent.

* DCCXIII. *Pavo superbiens.*

FASTUS INEST PULCHRIS.

Dicente Poëta:

Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam.

* DCCXIV. *Pavo rotans.*

LEVAVI OCULOS MEOS IN COELUM.

In hominem intentionem habentem cœlestem, & sacram in operibus suis.

* DCCXV. *Idem.*

OCULOS HABENT ET NON VIDEBUNT.

In hominem obstinatum.

In agnitæ veritatis impugnationem, quæ peccatum in Spiritum Sanctum est.

* DCCXVI. *Idem.*

PENNA SUPERBIT.

In scriptorem fastuosum.

* DCCXVII. *Pavo rotans cum oculis in caudâ.*

QUAM MULTI, QUAM PULCHRI OMNES!

In plurimos S. Ecclesiæ Prælatos.

* DCCXVIII. *Pavo pulchris pennis fœdè clamans.*

NON VIDE, SED AUDI.

Non semper speciei credendum est, sed & moribus & loquelæ.

* DCCXIX. *Idem.*

NIHIL EST EX OMNI PARTE BEATUM.

Nihil undique perfectum est.

* DCCXX. *Pavo junior paulatim pulchrior.*

DAT SPECIEM TEMPUS.

Omnibus rebus perfectionem tempus adducit.

* DCCXXI. *Pavo.*

DAT PENNA DECOREM.

In

In ſcriptorem eximium.

* DCCXXII. *Pavo rotans caudam oculis plenam.*

OCULOS POSTHABET IPSE SUOS.

In Sanctum, cui pro Deo oculi eruti ſunt.

In eum, qui negligit bonas intentiones operibus ſuis addere.

* DCCXXIII. *Pavo rotans.*

ROTAM POSTHABET IPSA SUAM.

In eum, qui rotam fortunæ deſpicit.

In S. Catharinam Martyrem, quæ rotam à Maximino ſibi paratam pro Chriſto deſpexit.

* DCCXXIV. *Pavonis cauda cito decidens.*

ROTA HÆC CITO CONCIDET.

In rotam S. Catharinæ, à Maximino paratam ejus precibus cito confractam.

* DCCXXV. *Idem.*

HI CITO FLUXERUNT OCULI.

In oculorum & corporis decorem cito defluentem.

* DCCXXVI. *Pavo pectore cœruleum colorem cœlo conformem ferens.*

FERT PECTORE COELUM.

In eum, qui jugem cœli memoriam corde fovet. Audi de ave hac Poëtam.

Hæc ſtellas caudâ, ſolem alis, vertice lunam,
Collo irim, Cœlum pectore, *geſtat avis.*

* DCCXXVII. *Pavo formoſa & rotans.*

AT PEDE TURPATUR FOEDO.

At pede turpatur fœdo tam pulchra volucris.
Ultima ſunt cœptis, ut mala ſæpe bonis.

CAPUT XXXVI.

PELICANUS.

* DCCXXVII. *Pelicani pullus cum roſtro intra matris vulnus.*

PER

PER VULNERA AD VISCERA.

In Christi vulnera, per quæ S. Augustinus ait, nos ingredi ad ejus viscera.

* DCCXXIX. *Pelicanus rostro sibi vulnus formans.*

ROSTRO SUA VULNERA FORMAT. *Vel,* VULNUS AB ORE.

In eum, qui sibi nocet dicteriis propriis.

* DCCXXX. *Pelicanus formato pectoris vulnere emoriens.*

PULCHRAM PER VULNERA MORTEM. *Virg.*

In eum, qui accepto in pugnâ vulnere gloriosè decedit.

DCCXXXI. *Pelicanus è proprio pectoris vulnere sanguinem sugens Forstero Gedanensi Bibliopolæ pro symbolo fuit, cum lemmate.*

NUTRIX IPSE SUI.

In eum, qui sibi ad honestam sustentationem sufficit.

* DCCXXXII. *Pelicanus rostro vulnus sibi formans, quo pullos pascat.*

PASCIT AB ORE.

In Concionatorem.

* DCCXXXIII. *Pelicanus mortuos pullos sanguine suo ad vitam revocans.*

VIVE CRUORE MEO.

In Christum proprio sanguine vitam animæ largientem.

* DCCXXXIV. *Pelicanus pullos æqualiter pascens sanguine suo.*

ÆQUALITER OMNES.

In parentes æqualem in filios dilectionem habentes.

In Christum in Venerabili Sacramentō idem facientem.

Pe-

* DCCXXXV. *Pelicani pullus ad vulnus matris.*

DE VULNERE PASCOR.

In vulnera Christi.

* DCCXXXVI. *Pelicanus rostro pectus feriens.*

ICTUS AMORIS.

Is verè corpus suum diligit, qui illud vel maximè mortificationibus exercet.

In disciplinam religiosam.

* DCCXXXVII. *Pelicanus pectore sanguinem pullis educens.*

AMOR NULLUM NOVIT HABERE MODUM.

In vim veri amoris.

* DCCXXXVIII. *Idem.*

PRODIGA RES AMOR EST.

In idem.

* DCCXXXIX. *Idem.*

APERTO PECTORE SEMPER AMOR.

Amor candidus est, & non subdolus.

* DCCXL. *Pelicanus suos sanguine pascens, & ad vitam revocans.*

HINC VITAM ET CIBUM.

In SS. Eucharistiæ sacramentum.

* DCCXLI. *Idem.*

PECTORE IN HOC PATER EST.

In paterni affectus efficaciam.

* DCCXLII. *Idem.*

TALI SUOS UBERE LACTAT AMOR.

In efficaciam amoris, qui paratus est pro proximo sanguinem & vitam dare.

In Christum in Venerabili sacramento.

CAPUT XXXVII.

PERDIX.

* DCCXLIII. *Perdix ova ex altero nido ſuffurata excludens, pullis, quam primum volare poßunt, fictam ſuam matrem deſerentibus, & ad propriam avolantibus.*

MALE PARTA MALE DILABUNTUR.

In injuſta lucra & divitias.

* DCCXLIV. *Idem.*

COGNOVERUNT ME MEÆ.

In Matrem noſtram S. Eccleſiam, quam ſui cognoſcunt.

* DCCXLV. *Perdice duce in retia volante omnes aliæ ſequuntur.*

HUC NOS MALUS ABSTULIT ERROR.

Multi pereunt exemplis aliorum.

CAPUT XXXVIII.

PHILOMELA.

* DCCXLVI. *Philomela cantans.*

NEC PLURIBUS IMPAR.

In eximium Muſicum.

DCCXLVII. *Philomela cantans quam diu in amoribus cum compare ſuo eſt, & tacens cum jam pullos habet, apud Auctorum Colloquiorum inſcribitur.*

DE MI AMOR, MI CANTO. *Id eſt.*

DE MEO AMORE MEUS CANTUS.

FACUNDUM FACIEBAT AMOR. *Ovid.*

In

In quendam, qui amore adactus verſificabat.

In cantus Religioſorum, qui ex ſolo dilectionis Dei motivo procedunt.

* DCCXLVIII. *Philomela ab alterâ cantu provocata canens, dum mortua concidat.*

PER CANTICA LETHUM. *Ovid.*

In Choralem Cantorem qui nimiis chori laboribus mortem ſibi accelerat.

* DCCXLIX. *Philomela à cantu ſuo æſtimata.*

DANT CANTICA FAMAM.

In Muſicum, qui arte ſuâ magnam ſibi famam conciliavit.

In S. Joſephum Hymnographum.

DCCL. *Philomelæ Areſius inſcripſit.*

NOCTE CANO, DIE PLANGO.

In Religioſum, qui de die in choro pſallebat, & noctes peccatis ſuis deplorandis & caſtigandis inſumebat.

* DCCLI. *Philomela.*

VOX TUA DULCIS. *Cant.* 2.

In Sponſum, de quo in *Cant. Cap. IV.*

DCCLII. *Philomela poſt ſolis occaſum cantans, in frontiſpicio Operum Poſthumorum P. Leſſii inſcribitur.*

AMISSO DIE PHILOMELA CANTAT.

In opera poſthuma cujuſdam.

* DCCLIII. *Philomela à compare provocata ad mortem cantu decertans.*

CONATIBUS IMPAR.

In aliquid, quod ſupra vires tentatur.

DCCLIV. *Philomela ad auroræ exortum cantans à Camerario inſcribitur.*

PROVOCAT AURORAM CANTU.

In SS Prophetas Veteris Teſtamenti, qui de B. Virgine prophetarunt.

* DCCLV. *Philomelæ Camerarius inſcribit.*

ME-

MELIOR DOCTRINA PARENTUM.

DCCLVI. *Philomelæ apud Verienum inscribitur.*

CON LIBERTAD, MEJOR SI CANTA.

IN LIBERTATE SUAVIUS.

Lætitia sincera esse non potest ei, qui in vinclis mortalium peccatorum hæret.

DCCLVII. *Philomelæ apud Schonhardt inscribitur.*

NOCTE SUAVIUS.

In Religiosos de nocte cantantes.

DCCLVIII. *Philomela cantans ab Aresio inscribitur.*

SOLATIUM EST MISERIS.

In musicam.

* DCCLIX. *Philomela cantans.*

DECIES REPETITA PLACEBUNT. *Horat.*

In orationem & cantum Religiosum, nunquam satis repetendum.

DCCLX. *P. Masenius philomelæ cytharœdo alludere volenti inscribit.*

ALLUDERE GESTIT.

Nempe per hoc significabat unum symbolorum fontem esse *Allusionem in verbis.*

* DCCLXI. *Philomelæ maximè de nocte canentes.*

HORIS QUIETIS PSALLIMUS.

In cantum nocturnum Religiosum.

* DCCLXII. *Philomela.*

VOCUM DISCRIMINA MILLE. *Ovid.*

In Excellentem Musicum.

In mendacem, qui nequaquam in dictis suis sibi concors est.

* DCCLXIII. *Eadem.*

NOCTIS SOLATIA PRÆSTANS. *Ovid.*

In nocturnum Cantum Religiosorum.

* DCCLXIV. *Philomela ad veris initium cantans.*

RENOVATUM NUNTIAT ANNUM.

In

In Cantum Paſchalem Eccleſiæ ſuccedentem triſti Dominicæ Paſſionis hyemi.

DCCLXV. *Philomela captiva minimè cantans dimiſſa ad priſtinum cantum revertitur.*

LIBERTAS GAUDIA REDDIT.

In reaſſumptum Religioſum cantum à Monialibus bello profugis.

Veram lætitiam animo reddit libertas, cum per peccatum dæmoni minimè ſumus mancipati.

* DCCLXVI. *Philomelæ pullus.*

AD CANTICA NASCOR.

Naſcimur omnes ad cœleſtia Cantica in cœlo poſt hanc vitam decantanda in æternum.

* DCCLXVII. *Philomela alteram in certamen vocans.*

CANTU VOCAT IN CERTAMINA. *Virg.*

Ita faciunt ſancti in cœlo, Deum collaudantes invicem.

* DCCLXVIII. *Philomela innoxiæ vitæ avicula, utpote quæ nulli damno eſt, ſuaviſſime cantans.*

LÆTARI ET BENE FACERE.

Benefacientes lætemur ſemper in Domino.

* DCCLXIX. *Philomela cantans.*

TESTATAQUE GAUDIA CANTU. *Ovid.*

In cantum ex verâ conſcientiæ lætitiâ quam de vocatione ſuâ habet Religioſus.

* DCCLXX. *Philomela non diu cantans.*

PULCHRE, SED NON DIU.

Sic omnia mundi gaudia.

* DCCLXXI. *Philomela cantans.*

PAR MUSICA FAMÆ.

In Excellentem Muſicum, famæ ſuæ reſpondentem.

* DCCLXXII. *Philomela poſt cantica pullos enititur.*

POST CANTICA PROLES.

In multos Sanctos, qui precibus pacem à Deo obtinuerunt.

* DCCLXXIII. *Philomela ad mortem cantu decertans cum alterâ.*

DAT GLORIA LETHUM.

In vanam gloriam, quæ est animæ & operum nostrorum pernicies.

* DCCLXXIV. *Philomela, cum pullos habet, cantare desinens.*

CESSANT MEA GAUDIA PROLE.

Incipiunt parentum dolores ad prolium exortum. Vere dicebat Jacob primogenito suo Ruben: *Principium doloris mei Gen.* 49.

* DCCLXXV. *Philomela non tantum suavissimi cantus, sed & innocentissimæ vitæ avicula.*

PAR MUSICA VITÆ.

Hoc Sororibus meis Varsaviensibus recte inscripserim, quæ innocentissimæ vitæ suæ singularem cantus choralis suavitatem adjunctam habent, utpote quibus suavius cantantes in S. ordine nostro nullas me audivisse (audivi autem quam plurimas) testari possum.

* DCCLXXVI. *Philomela hilariter cantans, vermiculis pascitur.*

QUI MAXIME EGENT, MAXIME HILARES.

Paupertas lætitiam, divitiæ curas adducunt.

CAPUT XXXIX.

PHOENIX.

DCCLXXVII. *Phœnix è cineribus suis pulchrior exiens, à Masenio inscribitur.*

DE FUNERE PULCHRIOR EXIT.

In Resurrectionem gloriosam Christi.
In Resurrectionem Justorum.

In

In civitates eas Germanas, quæ à Gallis in cineres redactæ, nunc pulchriores è cineribus suis exurgunt.

* DCCLXXVIII. *Phœnix se comburens.*

SURGET NOSTRIS EX OSSIBUS ALTER.

In filium Ducis cujusdam, virtutibus paternis parem. Non absimile huic est, quod in nummo honori ultimi Ducis Lotharingici cuso exhibetur, Nempe Phœnici sese comburenti inscribitur.

SURGET NOSTRIS EX OSSIBUS ULTOR.

Cujus explicationem facile quivis assequetur.

* DCCLXXIX. *Phœnix se comburens.*

VISA MORI TANTUM.

In mortem justorum.

* DCCLXXX. *Phœnix in aromaticis lignis se comburens.*

FINITQUE IN ODORIBUS ÆVUM.

In eum, qui in optimâ famâ decessit ex hoc orbe.

In mortem justorum, quorum corpora sæpe suavem odorem post mortem spirant.

* DCCLXXXI. *Phœnix è cinere redivivus.*

IPSA SIBI GENITOR.

In Patrem Cœlestem à nullo genitum.

* DCCLXXXII. *In Scuto Ducis de Candele quodam in ludo, Phœnici se comburenti, & flammas suas alloquenti inscribebatur.*

QUE IMPORTE QUE MATAN, SI RESUSCITAN.

QUID REFERT QUOD OCCIDANT, SI ME RESUSCITANT.

In mortem Justorum.

In Sanctum Laurentium.

DCCLXXXIII. *In nummo quodam Comitum Hohenloe Phœnici inscriptum vidi.*

E FLAMMIS GLORIA SURGIT.

In S. Laurentium.

DCCLXXXIV. *Bornitius Phœnici se comburenti inscripsit.*

VIVRE POUR MORIR, MORIR POUR VIVRE.

UT VIVAM MORIOR, UT MORIAR VIVAM.

Nempe hæc omnium conditio est.

* DCCLXXXV. *Idem Phœnix è cinere redivivus.*

ET MORTE VITAM PROTULIT.

In Christum, qui ut alter Phœnix in Cruce amoris igne se comburens, omnibus vitam protulit.

* DCCLXXXVI. *Idem.*

ALTER ET IDEM.

In filium parenti omnino similem.

In Christum, alterum in personis, & eundem cum Patre in essentiâ.

DCCLXXXVII. *Phœnix concussione alarum ignem magis afflando excitans.*

TANTORUM LABORUM MORS STIPENDIUM.

In labores peccatorum.

* DCCLXXXVIII. *Phœnix senex se comburens.*

LUSTRORUM NUMERO VICTUS. *Claud.*

In mortem decrepitâ in senectute obitam.

* DCCLXXXIX. *Phœnix alis suis rogum suum concutiendo augens, & inde combustus ac renovatus.*

VITAM DAT PENNA, NECEMQUE.

In Scriptorem, qui nimiis studiis mortem corporis sibi acceleravit, at inde vitam famæ auxit.

DCCXC. *Auctor Vitæ Symbolicæ B. Josaphati Polocensis Archi Episcopi & Martyris rogo Phœnicis inscripsit.*

NOBILIORE ROGO.

In scintillamillam, quæ à Crucifixo in sinum ejusdem Sancti deciderat.

Phœ-

* DCCXCI. *Phœnix in Rogo.*

HUIC UNI PRINCIPIUM FINISQUE MORI. *Claud.*

In conditionem humanam, nati enim jam mori incipimus.

* DCCXCII. *Phœnix in rogo.*

MELIOREM INCENDIA REDDENT.

In charitatem, quæ ad perfectionem magnus gradus eſt.

* DCCXCIII. *Phœnix in rogo ex aromatibus conſtructo.*

MORS PRETIOSA.

Pretioſa in conſpectu Domini, mors ſanctorum ejus.

* DCCXCIV. *Phœnix unica avis ſine compare.*

MELIUS NIL COELIBE VITA. *Horat.*

In laudem cœlibatus.

* DCCXCV. *Pœnix è rogo redivivus.*

VICI MEA FATA SUPERSTES. *Virg.*

In eum, qui poſt magnas adverſitates perpeſſas ingenti animo ſuperſtes manet.

* DCCXCVI. *Phœnix in rogo.*

DONEC SE RENOVET.

In peccatorem ardentem Dei dilectione, in ordine ad bonam confeſſionem faciendam.

DCCXCVII. *Phœnix è rogo redivivus.*

EX ME IPSO RENASCOR.

In peccatorem propriâ ſponte pœnitentem.

DCCXCVIII. *Phœnix ſe comburens & reſuſcitans.*

FATIS CONTRARIA FATA. *Virg.*

In proſpera adverſis ſupervenientia.

DCCXCIX. *Phœnix comparem non habens.*

SINE SECUNDO.

In excellens ingenium.

* DCCC. *Phœnix.*

SÆCLO VIX QUOLIBET UNUS.

In idem.

* DCCCI. *Phœnix è rogo redivivus.*

ALTERNO FUNERE VITAM.

In vitam æternam, morti ſuccedentem.

* DCCCII. *Phœnix è cineribus ſuis redivivus.*

PRÆBETUR ORIGO PER CINEREM. *Claud.*

In Reſurrectionem juſtorum.

In S. Franciſcum Borgiam, ex cineribus Iſabellæ conſpectis converſum.

* DCCCIII. *Phœnix.*

VIVERE ET NUNQUAM MORI. *Ex Hym.*

In vitam æternam juſtorum in cœlo.

DCCCIV. *Phœnix in rogo.*

DONEC SE NECET ET PERIMAT.

In eum, qui tam diu cum affectibus ſuis pugnat, donec eos ſubigat.

* DCCCV. *Phœnix è rogo redivivus.*

IPSA SUUS HÆRES.

In bona opera juſtorum.

CAPUT XL.

PICA.

* DCCCVI. *Pica furax avis.*

PARVIS EXERCITA FURTIS. *Claud.*

In furem, qui à parvis ad magna crevit.

* DCCCVII. *Pica nidum in ſpinis formans.*

IN LABORE REQUIES.

* DCCCVIII. *Picam bicubitalem quandam Burgundia nil diſcere poſſe ſtatuit, niſi ſuum nomen.*

SE TANTUM.

In buccinatorem propriarum laudum.

CA-

CAPUT XLI.

PSITTACUS.

* DCCCIX. *Psittacus senex haud ita loquax ac juvenis.*

FRACTISQUE MODESTIOR ANNIS. *Luc.*

In senectutem, quæ etiam excellentissimos Oratores & Jurisconsultos frangit.

* DCCCX. *Psittacus etiam in hyemalibus frigoribus facundus.*

ETIAM FACUNDUS IN ILLIS. *Ovid.*

In eum, qui in adversis etiam Deum laudat.

DCCCXI. *Psittacus in deauratâ caveâ.*

SPLENDIDA SERVITUS.

In servitutem aulæ, & mundi.

* DCCCXII. *Psittacus laudatus, vel manu contrectatus magis garrulus.*

ET FACUNDA FACIT PECTORA LAUDIS AMOR. *Ovid.*

* DCCCXIII. *Psittaci pulchriores ordinariè infacundiores.*

MINOR EST FACUNDIA PULCHRIS.

Pulchræ coram Deo animæ silentii amantiores sunt.

DCCCXIV. *Schonhardt Psittacum, cui dominus virgam & saccharum ostendit, exhibet cum lemmate.*

UTROQUE PARITER.

Nempe rigori disciplinæ saccharum benignitatis & clementiæ admiscendum est.

DCCCXV. *Psittaco compto pennis, & otioso Hueberus inscripsit.*

COMPTA OTIOSITAS.

In puellas comptas & otiosas.

DCCCXVI. *P. Masenius Psittaco inscripsit.*

UT DIDICIT LOQUITUR. *Cui par eſt* Verieni lemma,

NIL EX ME.

In concionatorem, qui inſpirante Deo loquitur.

* DCCCXVII. *Pſittacus doctus à Domino loqui.*

MAJOR FACUNDIA DOCTIS.

In eloquentiam.

DCCCXVIII. *Pſittacus tunc loquacior eſt, cum fame urgetur, unde à Sambuco lemma habet.*

FAMES LOQUI DOCET.

Neceſſitas ſæpe homines recurrere ad Deum docet, per orationem.

CAPUT XLII.

STRUTHIO CAMELUS.

* DCCCXIX. *Struthio Camelus volaturus prohibetur à gravi corpore.*

AD IMPOSSIBILE NEMO TENETUR.

Supra vires nemo gravandus.

DCCCXX. *In inſtructiſſimo Gedanenſis Reip. Armamentario Labarum Suecis aliquando ereptum, inſcriptum legi.*

DURA LABORE COQUIT.

In militem generoſum.

DCCCXXI. *Areſius Struthio Camelo inſcripſit.*

DURA PLACENT FORTIBUS.

In fortitudinem, quæ duris gaudet.

In S. Ludovicum Regem Galliæ pro Deo dura patientem.

* DCCCXXII. *Struthio camelus ferro veſcens.*

DURA JUBET FAMES.

* DCCCXXIII. *Struthio Camelus ferrum frangens.*

GRANDIA FRANGIT AMOR.

Amor ad rem omnes difficultates vincit.

Stru-

DCCCXXIV. *Struthio Camelus ferrum frangens & devorans.*

UT DEVORET FRANGIT.

In Belli ducem, qui vires hostiles ita scit divertere & attenuare, ut postmodum easdem totas possit atterere.

DCCCXXV. *Struthio Camelus alis sese conatus elevare mole corporis iterum depressus.*

HINC GRAVOR, INDE LEVOR.

In justorum animas, qui quantum mole corporis deprimuntur ad terrena, tantum iterum spiritu ad cœlestia enituntur.

* DCCCXXVI. *Struthio Camelus ova sua intuitu excludens.*

VIRTUS EXIBAT DE ILLO.

In miracula alicujus Sancti.

* DCCCXXVII. *Struthio Camelus volaturus cum non possit.*

ET VOLUISSE SAT EST.

Si desint vires, tamen est laudanda voluntas.

DCCCXXVIII. *Struthio Camelo ferrum devoranti Fevilleus inscripsit.*

VIRTUS DURISSIMA COQUIT.

In virtutem patientiæ.

* DCCCXXIX. *Struthio Camelus ferrum devorans.*

HINC ALOR ET PASCOR.

In eum, qui adversa gaudens suffert.

* DCCCXXX. *Struthio Camelus & si corpore in terra detineatur, sæpe tamen alas movendo ad alta eniti velle videtur.*

MENS IN SUBLIMI.

In eum, qui alis orationis mentem sæpe ad Deum levat.

* DCCCXXXI. *Struthio Camelus ferrum devorans.*

DURUM PATIENTIA MOLLIT.

Patientia durissimas res emollit.

* DCCCXXXII. *Struthio Camelus alis enitens in ſublime.*

ENITOR IN ALTA.

In eum, qui eniti cuperet & emergere.

* DCCCXXXIII. *Struthio Camelus non volans, ſed celerrime incedens.*

NON PENNA, SED PEDE.

In eum, qui affectibus (qui pedibus deſignantur) ſe in Deum plus elevat, quam orationis pennis.

* DCCCXXXIV. *Struthio Cameli pulli cum tempore ferrum devoraturi.*

AD FORTIA NATI.

In eum, qui natus videtur ad cruces & adverſitates.

CAPUT XLIII.

TROCHILUS.

DCCCXXXV. *In Imagine primi ſæc. ſoc. Jeſu, Trochilus dorſo aquilæ in cœlum evolantis inſiſtens inſcribitur.*

UT ASSUMAR

In S. Staniſlaum Koſtkam in profeſto B. Mariæ Virginis Aſſumptæ morientem atque cum eadem B. Virgine cœlo invectum.

DCCCXXXVI. *Trochilo in nido ſuo conſtituto P. Maſenius inſcripſit.*

PARVA AVIS ET NIDUS.

* DCCCXXXVII. *Trochilus aquilæ inſiſtens.*

UT JOVIS COMITETUR AVEM.

In eum, qui Protectioni Auſtriacæ ſe dederat.

CAPUT XLIV.

TURTUR.

* DCCCXXXVIII. *Turtures pacificæ maximæ aves, nunquam litigare visæ.*

BELLA GERANT ALII.

In pacificam communitatem.

* DCCCXXXIX. *Turtur è millibus unam eligens.*

DE MILLIBUS UNAM.

Spiritus S. elegit B. Virginem in sponsam è mille aliis. *Una est columba mea.*

* DCCCXL. *Turtur cum compare suâ.*

HANC MIHI JUNXIT AMOR. *Ovid.*

In matrimonium, quod debiti amoris ductu initum est.

* DCCCXLI. *Turtur comparis sui mortem mœrens.*

GEMITU TESTATA DOLORES. *Ovid.*

In B. Virginem dolorosam.

DCCCXLII. *Turtur à Masenio inscripta.*

LUCTU SUA GAUDIA MISCET.

In Psalmodiam Ecclesiæ.

* DCCCXLIII. *P. Turtur, cum vivit, semper est cum suâ compare, & semel tantum conjungitur.*

SIMUL ET SEMEL.

In sponsam Religiosam, quæ semel Deo conjuncta semper ejus sponsa in æternum manebit.

DCCCXLIV. *Turturi compare defuncto semper plangenti apud auctorem Colloquiorum inscribitur.*

PLANGO EJUS MORTEM, ET MEAM VITAM.

In Viduam afflictam.

In B. Virginem dolorosam.

Tur-

DCCCXLV. *Turturi mortem comparis deflenti inſcripſit Camerarius.*

CASTUS PERENNAT AMOR.

In perennitatem caſti amoris.

DCCCXLVI. *Turturi mortem comparis plangenti apud Fevilleum inſcriptum eſt.*

NUNC SCIO QUID SIT AMOR.

In abſentia amati optimè amoris efficacia patet.

DCCCXLVII. *Turturi eidem inſcriptio.*

CANO TRISTIA TRISTIS.

DCCCXLVIII. *Apud Verienum Turturi eidem lemma eſt.*

NECDUM CESSAT AMOR.

In perennitatem veri amoris.

* DCCCXLIX. *Idem.*

MORTE PROBATUR AMOR.

Tunc verus amor apparet, cum amati mutuo dividuntur.

DCCCL. *Eidem Turturi gementi Fevilleus inſcripſit.*

IN FLETUM DUCERE VOCES.

In peccatorem pœnitentem.

CAPUT XLV.

UPUPA.

* DCCCLI. *Upupa in ſordibus nidificans alias venuſtiſſima avis.*

ET AMANT OBSCOENA VENUSTÆ.

In multas animas, quæ fœdis luxuriæ inquinamentis ſeſe defœdant.

* DCCCLII. *Eadem upupa.*

QUAM DISPARE PENNA.

In ſcriptorem malæ vitæ.

* DCCCLIII. *Eadem.*

PUL-

PULCHRA AVIS HAUD NIDUS.

In quendam ex turpi parentelâ prognatum, bene autem viventem.

* DCCCLIV. *Eadem avis ingrate cantans.*

GRATA AVIS HAUD CANTUS.

In bene viventem & male cantantem Musicum.

CAPUT XLVI.

VULTUR.

* DCCCLV. *Vultur rapax avis.*

VIVITUR EX RAPTO.

In prædonem.

* DCCCLVI. *Vultur cum aliâ ave decertans.*

EGIT AMOR DAPIS, ATQUE PUGNÆ.

Horat.

In militem.

* DCCCLVII. *Idem vultur.*

PRÆDAM VIX BENE VISUS AGIT. *Ovid.*

In Dæmonem.

* DCCCLVIII. *Vultur pullis avium delectatur.*

NEC PARCO PUSILLIS.

In Herodem SS. Innocentes pueros perimentem.

DCCCLIX. *Vultur aviculas exspectans apud Verienum inscribitur.*

CUPIDE EXSPECTO.

In Dæmonem prædis animarum inhiantem.

DCCCLX. *Vultur Austro flante concipiens.*

PATRE EDITUS ÆTHRE.

In filium Dei Patris Spiritu Sancto genitum.

* DCCCLXI. *Idem.*

SPIRANTIBUS AUSTRIS.

In quendam, qui sub tutelâ Austriacorum ediderat Opus quoddam.

CA-

CAPUT XLVII.

A L A.

* DCCCLXII. *Alæ aviculas è terrâ in cœlum levantes.*

EXALTAVIT HUMILES.

In orationem, quæ mentem ad Deum levat.

DCCCLXIII. *Aresius alæ inscripsit.*

PER SUMMA, PER IMA.

In intentionem bonam, & sinistram.

* DCCCLXIV. *Eadem.*

SURSUM FERT ATQUE DEORSUM.

In idem.

* DCCCLXV. *Eadem.*

SE LEVAT, ATQUE ALIOS.

In Prælatum, aut Concionatorem, qui se & suos ad Deum nititur adducere.

* DCCCLXVI. *Avis volans alis & corpore crucem formans.*

CRUX EVEHET ISTA.

In adversitates, quibus ad Deum adducimur.

In S. Crucem Christi.

* DCCCLXVII. *Alæ volantes simul, & quiescentes.*

PAR LABOR ATQUE QUIES.

In corpus & animam, quibus hoc in orbe par labor ac in altero par quies est.

* DCCCLXVIII. *Alæ præcisæ.*

PRÆCISÆ SUCCRESCUNT.

In malas passiones nostras, quæ mortificationis cultro præcisæ iterum accrescunt.

* DCCCLXIX. *Alæ.*

SIMUL TOLLIMUR, SIMUL DEPRIMIMUR.

In

In corporis & animæ parem altero in sæculo conditionem.

In duos amicos eandem in adversâ & prosperâ fortunâ sortem ferentes.

* DCCCLXX. *Alæ præcisæ.*

NON LEVANT PRÆCISÆ.

Oratio præcisa seu brevis parum animum ad Deum levare potest.

* DCCCLXXI. *Alæ expansæ pullos protegentes.*

PROTEGUNT EXPANSÆ.

In Christi sacratissima brachia in cruce expansa.

* DCCCLXXII. *Alæ primo se ipsas, deinde avim, cujus sunt, elevant.*

SE PRIUS.

In ordinem charitatis, qui est primo sui quoad cœlestia curam gerere, deinde proximi.

CAPUT XLVIII.

* DCCCLXXIII. *DECIPULA.*

PERICLUM DOCTA SUBIRE FAMES.
Claud.

In avaritiam, quæ multis corporis & animæ periculis se exponit.

CAPUT XLIX.

DCCCLXXIV. *NIDUS.*

In Parochiali S. Mariæ Varsaviensis Domo, nido avium à puero expilato inscriptum legi.

SIC VOS NON VOBIS NIDIFICATIS AVES.

In commoda ex aliorum labore hausta.

CAPUT L.

O V U M.

* DCCCLXXV. *Ovum à Gallinâ pedibus protritum.*
A QUO VITAM SPERAVERAM.
In Confeſſarium ſollicitantem.
In communionem indignam quæ mortem adducit.
* DCCCLXXVI. *Idem.*
A QUO FOVERI DEBEBAM.
In amicum noxium.
DCCCLXXVII. *Ova, ſi bona fuerint, excluduntur, ſi mala minime.*
VITA REDIT BONIS. *Horat.*
In vitam æternam redituram bonis in univerſali mortuorum Reſurrectione.
* DCCCLXXVIII. *Ovum à Gallinâ feliciter excluſum.*
A QUO PROTERI TIMEBAM.
In inſperatam cujuſdam protectionem.
* DCCCLXXIX. *Ovum nunquam erectum ſtare valens.*
NUNQUAM ERECTUM.
In animum dejectum.
* DCCCLXXX. *Ovum cautè à Gallinâ fovendum.*
CAUTE FOVENTUR.
In cautam prolium educationem.
* DCCCLXXXI. *Ovum, ſi acumine ſuo in planum illidatur, fractum ſtabit.*
SI FRANGAS, ERIGAS.
In animum tribulationibus magis erigendum, quam frangendum.
DCCCLXXXII. *Ovo Hueberus inſcripſit.*
IN SPEM VENTURÆ SOBOLIS.
In bona propoſita.

Ovum

* DCCCLXXXIII. *Ovum rore plenum, per hastam sursum ascendens.*

AD ASTRA PER HASTAM.

In multos SS. Milites, militiâ sua enixos in cœlum.

DCCCLXXXIV. *Ovo in cœlum erecto, aliquo ei imposito apud Haynovium inscriptum est.*

CONSTANTIA FIRMAT.

In Constantiæ virtutem, quæ nos firmat & in cœlum erigit.

DCCCLXXXV. *Ovum rore plenum vi solis hastam ascendens, in Thesibus Parisiensibus inscribitur.*

SURSUM VIS ÆTHERIS URGET.

In Exstases S. Stanislai Kostkæ è soc. Jesu.

DCCCLXXXVI. *Eidem ovo Haynovius inscripsit.*

COELESTI VIRTUTE FEROR.

In exstases variorum Sanctorum.

* DCCCLXXXVII. *Ovum sæpe inane.*

SPES INTUS INANES.

In spem frustratam.

* DCCCLXXXVIII. *Ovum similem progenitori pullum reddens.*

MALA AVIS ET OVUM.

In filium discolum parenti simili prognatum.

* DCCCLXXXIX. *Ovum fragile.*

SPES FRAGILES VITÆ.

In spem rerum omnium mortalium, nunquam firmiter concipiendam.

* DCCCXC. *Ova animantur, cum foventur.*

ANIMANDA FOVENDO.

Dejectis animis, faciendi animi sunt, eos fovendo & sufferendo.

In juventuti pari modo animos addendos.

DCCCXCI. *Ovum natans aliis subsidentibus.*

FALLIT INANE EST.

In superbum indoctum.

* DCCCXCII. *Avis rostro perrumpens & sic exiens.*

ROSTRO VIAM FECIT.

In quendam, qui facundiâ suâ sibi viam stravit, ut ignotus celebris deinde redderetur.

* DCCCXCIII. *Avis ovum perrumpens.*

CLAUSTRI PERTÆSA PRIORIS.

In Religiosum claustri inimicum.

* DCCCXCIV. *Ovum rore plenum in cœlum per hastam elatum.*

QUEM SERVAT, IS EXTULIT IDEM.

In B. Virginem Mariam, quæ à Christo Domino, quem utero servavit, ad tantam excellentiam evecta est.

CAPUT LI.

PENNA.

* DCCCXCV. *Penna.*

AD SUMMA PER IMA.

Per humilitatem via sternitur ad virtutis apicem.

* DCCCXCVI. *Plumæ de se leves, contra se in bilance appensæ.*

SIBI DANT CONTRARIA PONDUS.

In duos, qui mutuis inimicitiis sibi invicem causa erant gravium peccatorum.

* DCCCXCVII. *Plumæ etiam deorsum tendentes.*

SUNT ETIAM LEVIBUS SUA PONDERA.

Deus levibus & obscœnis dat sua gratiarum actualium pondera, quibus resurgere possint.

LIBER V.

QUADRUPEDIA.



CAPUT I.

EQUUS. EQUUS TROIANUS.

I. *Lunæburgici Principes gentilitio ſuo infreni equo in cuſis monetis lemma dederunt.*

QUO FAS ET GLORIA DUCUNT.

Glorioſum animum hoc Emblemate exprimes, ita

aucupandæ gloriæ ſtudentem, ut ſimul tamen à recto nil deflectat.

* II. *Equus aliquot ligneos circulos artificioſè tranſiliens, qualem circumforanei aliquando ſpectandum exhibent.*

QUOSVIS TRANSILIT ORBES.

In reſolutum animum, ad quævis obſtacula ſibi oppoſita expeditum.

* III. *Eidem equo feſtinanter orbes ſuos tranſilienti inſcribes.*

EXSILIO UT TRANSILIAM.

Optimum conſilium ad tranſiliendos orbes & technas diabolicas eſt, Exultare in Domino, eique cum hilaritate ſervire.

* IV. *Equus poſt multorum annorum ſervitia ejectus, tanquam in futurum inutilis.*

HÆC LUCRA LABORUM.

Poſt multorum annorum ſervitia, mundus ſuos hinc ejicit ac ſæpe æternæ morti addicit.

V. *Zinckgreſius pullo equino, jam generoſos ſuos ſpiritus prodenti inſcribit.*

QUALIS, NON UNDE SATUS.

In ſpectandam plus virtutem, quam parentelam.

VI. *Idem Zinckgreſius equo ad palum, bombardarum aliquot exploſione futuræ militiæ aſſuefacto inſcribit.*

ASSUESCO FUTURÆ MILITIÆ.

Quos Deus gravioribus calamitatibus exercere ſtatuit, eos per minores prævias, ad hoc diſponit & aſſuefacit.

* VII. *Equus infrenis pulchrior, & æſtimatior.*

DUM FRENOR HONOROR. *Vel,*

EX FRENO FOENUS.

Honoratiorem videbis eam juventutem, quæ ſub bonæ educationis freno continetur.

Ho-

Honoratiores etiam orbi eæ Religiones ſunt, quæ in diſciplinâ rigidiores.

VIII. *In Labaris Lunæburgicorum Principum, gentilitium eorum equum, abſque freno inſcriptum, legiſſe memini.*

AUREA LIBERTAS.

In inæſtimabile libertatis pretium.

A fortiori hoc de libertate animæ, nullius peccati ſervituti obnoxiæ ſenties.

IX. *Equus infrenis è rupe præceps, in ædibus Referendarii Novarinæ, Theſauro teſte inſcribitur.*

QUOD PRÆPES, PRÆCEPS.

In præceleres deliberando.

* X. *Equino pullo, paternæ generoſitatis æmulo, lemma.*

DISCIT PAR ESSE PARENTI.

In vim paternorum exemplorum.

* XI. *Equus exploſione aliquot bombardarum probatus, an militiæ aptus ſit.*

SIC GENUS ARGUITUR.

Sufferentia Tentationum nos Regno Dei aptos eſſe arguit.

XII. *P. Engelgrave, equiti ab equo ſuo raptato inſcribit.*

QUO ME RAPIT. *Vel,*

QUO RAPIT IMPETUS. *Ovid.*

In hominem malis ſuis affectibus abreptum.

XIII. *Equo ſub Seſſore ſuo ferocienti, D. Burgundia inſcribit.*

NIL CURA SINE NATURA. *Vel.*

CURA NATURA POTENTIOR. *Juven.*

Exprimere volebat excellentes præceptores, indolem ſuorum diſcipulorum minimè mutare.

XIV. *Idem D. Burgundia, equo ſeſſorem ſuum excutienti, inſcripſit.*

REBELLE SUBSIDIUM.

In rebellem in matrimonio uxorem.

Rebellem carnem nostram, quæ spiritu in subsidium data est, sic etiam exprimes.

* XV. *Equus ferociens blandimento manuum ac suavibus verbis ad obsequium reductus.*

TANTUS AMOR LAUDUM. *Virg.*

Offensi animi verborum & operum blandimentis ad obsequium reducuntur.

* XVI. *Equus ferox subnervatus mansuescit.*

SUBNERVATUS MANSUESCAM.

In vim calamitatum, quibus à Deo immissis ferocissimi ad officium compelluntur.

* XVII. *Equus in Circo, in orbem percurrendo docetur.*

META NULLA SCIENDI.

Cum consummaverit homo, tunc incipiet. Ecclesiastici, Cap. 18.

* XVIII. *Idem equus orbem suum percurrens.*

SEMPER MIHI CURRITUR ORBIS. *Vel.*
NULLUS LIBER AB ORBE DIES.

In hominem rerum mundanarum stadium laboriose percurrentem.

* XIX. *Equus aureis frenis speciosus.*

FRENATUR, QUIBUS ORNATUR.

In quendam, quem officium Prælaturaque cogebat vitam magis exemplarem ducere.

* XX. *Equus ante indomitus per frenum ad officium reductus.*

QUI PRIUS EFFRENIS.

In peccatorem adversitatum freno à Deo ad meliorem frugem reductum.

Neapolitanâ Urbe, (cui pro insigni equus infrenis) à Carolo V. ad obsequium reductâ, ejusdem urbis equo inscriptum est à quopiam sequens distichon.

QUI

QUI PRIUS EFFRENIS, *Domini nunc paret habenis:*
Rex domat hunc æquus, Parthenopolis equum.

* XXI. *Equo in freno adhuc ferocienti lemma.*

IN FRENIS EFFRENIS.

In peccatorem calamitatum freno minime à Deo cicuratum.

XXII. *Gentilitio Lunæburgicorum Principum equo in numismate quodam inscriptum me legisse memini.*

FATIS CONFISUS AVORUM.

Expressuri sic (ut credo) erant Principes iidem, sese virtutis avitæ semper æmulos esse.

* XXIII. *Equus orbem continuo in Circo percurrendo indies perfectior.*

CALCATO DOCTIOR ORBE.

In eos Religiosos, qui spreto mundo solum Christum scire desiderant.

* XXIV. *Equus minoribus sclopetis (ut milites vocant) instructus.*

ORNATUR, QUIBUS ARMATUR.

Mortificationum & pœnitentiæ arma non solum animam contra hostem infernalem mire protegunt, sed simul etiam eandem in oculis Dei speciosam efficiunt.

* XXV. *Equinus pullus generosæ indolis.*

DOCUMENTA FUTURI. *Claud.*

In juventutem specimina plura præbentem generositatis.

* XXVI. *Equo in montis summitate lemma.*

PEGASIUS SI JUNXERIS ALAS

In quendam, cui facultas, ut studiorum Mœcenas esset, deerat, aderat autem ad illud bona voluntas.

* XXVI. *Equus in Circo suo sæpius eosdem orbes describens.*

ORBEM NON SATIS EST CALCASSSE SEMEL.

Habitualem mundi contemptum Emblema ſuadet.

* XXVII. *Idem equus orbem ſuum percurrens.*

JUVAT IRE PER ORBEM. *Lucanus.*

In Commendationem peregrinationum.

* XXVIII. *Equus ad ſeſſoris ſui plagas ferociens.*

BLANDITIIS MELIUS.

In vim manſuetudinis, quâ melius animi reguntur quam auſteritate.

* XXIX. *Equus generoſus non ex mole corporis, ſed indole dignoſcitur.*

NON MOLE SED INDOLE VIRTUS.

In hominem non ex ſtaturâ, ſed indole æſtimandum.

XXX. *Equus pro pabulo laborans.*

SERVIET ÆTERNUM QUI PARVO NESCIET UTI. *Horat.*

Ingentem quippe avaritia & ambitio ſervitutem comitem habent.

* XXXI. *Equus ſeſſore ſuo frenatus.*

AD NUTUS APTUS HERILES. *Horat.*

In promptam obedientiam cujuſdam.

XXXII. *Auctor Colloquiorum equæ ſeſſorem ſuum excutienti inſcribit.*

DOMINUM GENEROSA RECUSAT.

Sic exprimes ſpiritum carnis ſuæ, turpe in ſe dominium, generoſe recuſantem.

XXXIII. *Gentilitio Lunæburgicorum Principum equo in Labaris inſcriptum fuit.*

QUO MARTIUS EVOCAT ARDOR.

In Principem ſeu Belliducem arma capeſſentem.

XXXIV. *In nummo Belgico equus infrenis ſe è rupe præcipitans inſcribitur.*

LIBERTAS LIBERTATE PERIT.

Noxiam juventuti libertatem expreſſam habes.

XXXV. *Equo generoſo P. Maſenius inſcribit.*

DE-

DENEGO CERTAMEN NULLI.

In generosum Belliducem.

XXXVI. *D. Joannes Zahn in Telescopio suo equo in curru præ nimio pondere concidenti inscripsit.*

PONDERE PRÆ NIMIO.

In Ministrum negotiorum mole fractum.

* XXXVII. *Equus in viridi prato cum ferreo claustro ad pedes.*

IN VERNO VINCULA RISU.

In animam, quæ inter medias delicias miserrimum Dæmonis mancipium est.

* XXXVIII. *Equus sessorem & frenum suum excutiens.*

LIBERTAS MEA MECUM.

In libertatem arbitrii humani.

* XXXIX. *Equus sub phaleris plurima vulnera gerens.*

VULNERA SUB PHALERIS.

In eos, quibus sub exterioribus honorum phaleris, occultæ domi cruces sunt, & Conscientiæ remorsus.

* XL. *Equus ferreo & dentato pectine percussus.*

NITOR, NON VULNUS AB ISTIS.

Adversitatum pectine mirus justis nitor obtingit. Idem de mortificatione dixeris.

* XLI. *Equus ferociens sessorem suum excutiens.*

VIOLENTA NEMO IMRERIA RETINUIT DIU.

* XLII. *Veredus noctu diuque currens.*

NOCTU CURRENDO DIUQUE.

Incessanter ad mortem currimus.

* XLIII. *Idem Veredus litteras deferens.*

ALIO SECRETA LATURUS.

In legatum Principis cujuſdam, cum ſecretis ſui Domini negotiis in aliam aulam dimiſſum.

Hominem ſecreta vulgantem expreſſum quoque habes.

* XLIV. *Equus generoſus juxta adagium umbrâ virgæ regitur.*

SUFFICIT UMBRA.

In quendam, qui modicâ calamitatum umbrâ à Deo ad frugem reducitur.

In indolem correctionis gravioris minimè egentem.

* XLV. *Equus in Circo ſuo à ſeſſore ſuo inſeſſus.*

SI JUSSERIT, IBO PER ORBEM.

In Obedientiam Miſſionariorum S. Sedis Apoſtolicæ.

* XLVI. *Equus cauterio ſtigmatizatus.*

DE STIGMATE NOTUS.

In S. Franciſcum Seraphicum.

* XLVII. *Equus veſperi phaleris depoſitis vulnera retinet.*

PHALERAS, NON VULNERA PONIT.

Depoſitis in veſpero vitæ mundanorum honorum phaleris, vulnera animæ per eoſdem inflicta retinemus.

* XLVIII. *Equi calvaria in horto florum, ad terrendas aves expoſita.*

MORS INTER FLORES LATET.

In mortem inter media gaudia ſæpe vel maximè vicinam.

* XLIX. *Eadem calvaria aviculas terrens.*

PAVIDOS HÆC TERRET IMAGO.

In horrorem mortis minime decentem generoſum, & ſibi bene conſcium animum.

* L. *Equus freno ſeſſoris ſui obtemperat, niſi in præcipitia adigatur.*

FRENIS OBTEMPERAT EQUI.

In obedientiam Prælatis ſolum præſtandam in licitis & honeſtis.

Equâ

* LI. *Equâ mortuâ altera ejus pullos relictos nutrit.*
ALIENIS ÆQUA PUPILLIS.
In misericordiam erga orphanos habendam.

LII. *Equus in Principio nimium velox mox deficit.*
NIL PRÆPES PERPES.
Nullum subitaneum perpetuum.

LIII. *Franciscus Donatus Venet. Dux Equo excusso Domino suo in lupos incidenti inscripsit.*
LIBERTAS SUB METU. *Vel*, NOXIA LIBERTAS.
Nimiæ Libertatis damna expressa habes.

LIV. *P. Masenius equo in prato ferianti, dum macilentus oneratur, inscribit.*
FORTISSIMUS OTIA DUCIT.
Disparem conditionem hominum, quâ impotentes maximè gravantur, expressam vides.

* LV. *Equo phalerato lemma.*
VULTUS, NON CULTUS ADORNAT.
Vestium vanitatem Emblema exhibet.

* LVI. *Equus Sessorem excutiens.*
NI FRENES EXCUTIT. *Vel*,
QUI, NISI PARET, IMPERAT. *Horat.*
Passiones animi in tempore frenandas Emblema docet, ni earum Dominium pati velimus.

* LVII. *Equus generosus calcarium stimulis percussus.*
STIMULIS MAJORIBUS ARDENS. *Luc.*
Eum Emblema exhibet, cui pro stimulo magis est gloria, quam imperium.

* LVIII. *Equus ligatus, attamen adhuc generosus.*
IN VINCLIS ANIMOSUS ADHUC.
Varios Sanctos pro Deo gaudenter vincula perpessos Emblema pingit.

* LIX. *Equus lentiore freno tractatus generosior.*
LENTIS ANIMOSUS HABENIS. *Ovid.*

Len-

Lenta imperia ſubditis animos addunt, quos duriora ſupprimunt.

LX. *Equo ſeſſorem Dominum calce petenti, Chovaynus inſcribit.*

NESCIT ADULARI.

Concionatorem quendam Principis cujuſdam, ejuſdem vitia intrepidè redarguentem ſic exprimes.

* LXI. *Equus phaleris depoſitis nil adhuc de generoſitate ſuâ amittens.*

DEPOSITIS PHALERIS, NON ANIMIS.

Imago animi poſt honorum, & bonorum damna infracti.

LXII. *Equo in furias acto, & à Domino ſuo fugitivo Chovaynus inſcripſit.*

QUIS INVITUM SERVARE LABORET?

Imago eos peccatores exprimit, qui excuſſo omnis diſciplinæ freno incorrigibiles in damnationem ſuam, ſe ultroneè præcipitant.

* LXIII. *Rebelli equo inſcribes.*

CERVICE REBELLI. *Claud.*

In cervicoſum & capitoſum.

* LXIV. *Equus phaleris ſuis ornatus ſuperbiens.*

DANT ANIMOS PHALERÆ.

Divitiarum honorumque phaleræ inflant, non ædificant æquè, ac ſcientiarum.

* LXV. *Equus ferox oculis velatis protinus manſueſcit.*

MANSUESCIT IN UMBRIS.

Humilitatis umbra manſuetudinis parens eſt, æquè ac paupertatis.

* LXVI. *Equa deſiderio pulli abſentis macreſcit.*

TANTI EST ABSENTIA PROLIS.

Dolorem B. V. Mariæ ſiç exprimes, Chriſto amiſſo, çum eſſet annorum duodecim.

* LXVII. *Character ſeu ſtigma equo inuſtum indelebile manet.*

NUL-

NULLA POTEST ABOLERE VETUSTAS.

In perpetuitatem characteris ſacerdotalis, ſeu cujuſcunque Sacramentalis.

* LXVIII. *Equo generoſo aliquando inſcripſi.*

TANTA DABIT INDOLE DIGNOS.

In patrem filiorum virtute & generoſitate ſibi parium.

* LXIX. *Equus ligneus puerilis à puero inſeſſus.*

PRÆLUDIA PULCHRA FUTURI.

In præſagia magni Equitis ſeu Ducis, jam in puero ſeſe prodentia.

LXX. *In nummo Belgico duo equi ad currum in furias acti, curruque præcipitato ſiſtere coacti inſcribuntur.*

VIS CONSILII EXPERS, MOLE RUIT SUA.

EQUUS TROJANUS.

LXXI. *Quando FRIDERICUS Wilhelmus, Elector Brandenburgicus bellis invictus, in conjugem ducebat alteram Principiſſam Lunæburgicam, alluſurus ad Lunæburgicorum gentilitium Equum quidam Trojano equo Trojam urbem intercipienti inſcripſit.*

VICIT EQUUS, POTUIT VIS NULLA.

LXXII. *Cum Wilhelmo Regi Angliæ donatus ab extero Principe equus eſſet, in nummis Belgicis Trojano equo inſcriptum apparuit.*

EQUO NE CREDE BRITANNE.

* LXXIII. *Eidem Equo lemma.*

FELIX PROLE VIRUM. *Virg.*

In Matrem ſeptem Machabæorum fratrum.

* LXXIV. *Eidem inſcribes.*

HEROES PARIET.

In familiam multis Heroibus inclytam.

In Societatem Jeſu, quæ multos in utroque orbe heroes habuit, pro fide ſanguinem profundentes.

Idem

LXXV. *Idem equus Urbis Trojæ mœnibus admotus lemma tenet.*

LATET HOSTIS, ET OTIA DUCIS!

In curam malorum intra nos latentium affectuum habendam.

LXXVI. *Imperatore LEOPOLDO, Græcium Anno* 1660. *transeunti, allusura ad Imperatoris Symbolum CONSILIO ET INDUSTRIA Civitas, eundem equum Trojanam urbem expugnantem, sistebat cum lemmate.*

CONSILIUM ET INDUSTRIA EXPUGNANT.

In commendationem utriusque, quibus Regna tam expugnantur, quam conservantur.

CAPUT II.

A G N U S.

* LXXVII. *Agni cœlo tonante sub matre suâ delitescentes.*

MATRIS SUB TEGMINE TUTI. *Vel.* TUTI SUB MATRIBUS. *Virg.*

In efficaciam patrocinii Mariani.

In commendationem solitudinis virginalis tutæ sub consortio materno.

LXXVIII. *Agno apud P. Menesterium inscribitur.*

MA DOUCEUR, ME REND AYMABLE.

DULCIS AMABOR. *Vel,* QUOD PLACIDA PLACITA.

Pueri JESU ob dulcedinem suam super omnia amore digni imago.

LXXIX. *Agnus in arâ in victimam oblatus à P. Le Moyne inscribitur.*

MORS

MORS MIHI MUNUS ERIT.

In eos, qui mortificationes ſibi à Deo immiſſas in partem beneficii computant.

* LXXX. *Eidem agno in arâ oblato rectè inſcribes.*

REPETIT INNOCUOS ÆTHER.

In præmaturam mortem eorum, de quibus S. Scriptura raptis loquitur, *Ne malitia mutaret intellectum eorum. Sap.* 4.

* LXXXI. *Agnus patienter ad occiſionem ductus.*

OMNIA SUFFERT, OMNIA SUSTINET.

Vel,

NESCIUS OFFENDI.

Charitativi hominis Symbolum hic habes, hoc enim charitatis elogium eſt.

* LXXXII. *Agnus in viridi prato gramina decerpens.*

DUM VICTIMA FIAM.

In eos Adoleſcentes, qui in Seminariis Anglicanis ad Martyria formantur, provide demum obeunda.

* LXXXIII. *Agnus ſub tonſoris forfice.*

VELLERA DAT PATIENS.

In patientiam tenendam in bonorum temporalium amiſſione. *Rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis. Ad Heb.* 10.

* LXXXIV, *Agnus matris ubera ſugens.*

UBER AB ORE.

Innocentiſſimum Agnum Dei, ad ubera ſuaviſſimæ Matris ſuæ pendentem Symbolum depingit.

Cultorem iterum Marianorum uberum, ſic exprimes.

* LXXXV. *Agnus candidus in lupi faucibus.*

CANDOR NON SERVAT AB HOSTE.

In corruptiſſimum hoc ſæculum, quo innocentia nullibi fere tuta eſt.

* LXXVI. *Agni plures.*

QUAM SIBI SUNT SIMILES!

In-

Integram Parthenonis cujuſdam communitatem Emblema exprimit.

LXXXVII. *Agno gentilitio Eminentiſſimi Cardinalis Radzejowsky, Poloniæ Primatis PP. Societatis aliquando inſcripſére.*

CANDORE NOTABILIS IPSO. *Ovid.*

Candidum hujus Prælati animum credo exprimere voluiſſe.

* LXXXVIII. *Agnus ad ubera matris.*

HOC UBERE LACTOR. *Vel,*

HOC UBERE CRESCAM.

In S. Bernardum ubere Mariano lactatum.

In S. Catharinam Suecam, filiam S. Brigittæ, cui inquiebat Urbanus VI. *Vere filia ſuxiſti de lacte Matris tuæ.* Ex vit.

* LXXXIX. *Agnus aliis ſociatus Berchorio teſte inter tonitrua innoxius manet.*

UTILE JUNGI.

In commoda bonæ ſocietatis.

* XC. *Agnus ſingulariter fulgura & tonitrua timet.*

SINE LABE VERETUR.

In continuos juſtorum & ſcrupuloſorum timores.

* XCI. *Agni demum immolandi in arâ.*

CRESCIMUS ARIS.

In eos adoleſcentes, qui in variis Seminariis & Collegiis ad SS. Ordines formantur.

* XCII. *Agnus ſub tonſoris forfice.*

NON DABIT INDE MINUS.

In perſeverantem inter temporalium bonorum damna Eleemoſynarium.

* XCIII. *Agnus ovi matri ſuæ per omnia ſimilis.*

OMNIA MATRIS HABET.

Puerum Jeſum amantiſſimæ Matri ſuæ per omnia ſimilem ſic exprimes.

Sanctæ Catharinæ quoque Suecæ imago.

* XCIV. *Agnus ſine maculâ aræ impoſitus.*

SINE

SINE LABE PLACEBIT.

Gratissima Deo oblatio sui est, in primævo innocentiæ & juventutis flore.

* XCV. *Agnus aliis colludens.*

COLLUDERE GESTIT.

In immaculatum Agnum Dei, cui in deliciis est *esse cum filiis hominum.*

In innocentes Religiosarum Virginum recreationes.

* XCVI. *Agnus ubera materna flexo poplite sugens.*

AD UBERA FLEXUS.

In Cultorem Uberum Marianorum.

* XCVII. *Agnus in arâ candidus ac proprio sanguine purpuratus.*

CANDOR FIT PULCHRIOR OSTRO.

In Martyrium Innocenter pro Deo perpessum.

* XCVIII. *Idem agnus candidus, ac proprio sanguine rubicundus.*

CUM CANDORE RUBOR.

Christum in arâ Crucis innocenter pendentem, ac proprio sanguine purpuratum Emblema exhibet.

CAPUT III.

A L C E.

* XCIX. *Alces priorum vestigiis adeo studiose insistunt, ut unius solius esse videantur.*

VESTIGIA RETRO OBSERVATA SEQUOR.

Virg.

In eos filios, qui parentum suorum vestigiis insistunt.

* C. *Ungula Alcis medicinalis.*

ET INFIMA PROSUNT.

Ad omnia utilis humilitas infima.

* CI. *Alces pilum aliquoties in anno mutantes.*

PILUM, NON ANIMUM.

In eos, qui depoſito in Religione ſæculari habitu, cum eo veterem hominem minimè exuunt.

* CII. *Alces ob exterius labrum, quod illis protenſius eſt, retrocedendo paſcuntur.*

RETROGRADA PASTU.

Immortificatio in cibis, non minimum conſeqendæ perfectionis impedimentum eſt.

* CIII. *Alces morbo epileptico vexatæ, pede dextro poſteriori auri admoto curantur.*

AB AURE MEDELAM.

In commoda Sacramentalis Confeſſionis, quâ peccatorum mortalium epilepſia optimè ſanatur.

* CIV. *Alces Elephantum inſtar ad arborem in ſomno inclinaturæ, reſciſſâ prius arbore capiuntur.*

NUSQUAM TUTA QUIES.

In fallacem hujus mundi quietem.

* CV. *Alce aurem ungue feriens morbo epileptico ſibi medetur.*

FERIENDO MEDELA.

In Concionatorem, qui acribus in peccata invectivis, aures Auditorum feriendo, eorundem peccatis medetur.

* CVI. *Alce ungulâ ſuâ fatalem lupis ictum infligens ſibi eadem medetur.*

FERT VULNERA, FERTQUE MEDELAM.

Immiſſæ à Deo calamitates aliis in medelam, aliis in perniciem cedunt.

CA-

CAPUT IV.

APER. DENS APRINUS.

* CVII. *Aper, Ariſtotele teſte, ſe luto involvit, ac dein ſoli exponit, ſicque indurato luto tutum ſe venatorum jaculis facit.*

LUTUM FACIT UNDIQUE TUTUM.

In vim humilitatis, quâ maxime ſecuri reddimur ab infernalis Venatoris jaculis.

* CVIII. *Aper præ aliis animalibus auditu præſtans, juxta carmen:*

Nos aper auditu præcellit, aranea tactu,
Vultur odoratu, lynx viſu, ſimia guſtu.

AUDITU PRÆSTAT. *Vel,* PROMPTIOR AUDITU.

In promtam cujuſdam obedientiam.

* CIX. *Aper venatores fugiens obvios quoſcunque ferit.*

CUNCTA FERIT, DUM CUNCTA TIMET. *Claud.*

Tyranni hæc imago eſt.

Dæmonis itidem ea imago eſt, qui quos maxime timet juſtos, eoſdem tentationibus & perſecutionibus ferire aſſolet.

* CX. *Aper inter canum morſus totus ſanguine perfuſus.*

PULCHRAMQUE PETUNT PER VULNERA MORTEM. *Virg.*

SS. Martyres aut generoſos milites, emblema ſpectat.

CXI. *Apro inter canes luctanti Camerarius inſcripſit.*

AUT MORS, AUT VITA DECORA.
In generoſum Belliducem.

* CXII. *Aper futuro certamini dentes ad arborem exacuens.*

VIRES INDUSTRIA FIRMAT. *Virg.*
In commendationem militarium exercitiorum.

* CXIII. *Apri mutuis certaminibus dentes acuunt.*

MUTUO CERTAMINE GAUDENT.
In diſputationes ſcholaſticas, quibus juventutis ingenia acuuntur.

CXIV. *Apri P. Maſenio teſte gregalium ſolum ſocietatem patiuntur.*

NONNISI GREGALES.
In confirmationem communis Adagii: *Similis ſimili gaudet.*

* CXV. *Aper vitam potius relicturus eſt, quam ſobolem.*

PRÆ SOBOLE VITAM.
In amorem inordinatum & exceſſivum in prolem.

* CXVI. *Apri contra lupos gregatim incedentes.*

REDDIT CONJUNCTIO TUTOS.
In Communitatem in Religione non facile deſerendam: Moniali ad eremum aſpiranti ſaniorem mentem inſpirabat S. Bernardus iſto dilemmate: *Si una es de numero Virginum prudentum, tu Communitati es neceſſaria, ſi de fatuarum, Communitas tibi.*

* CXVII. *Nullum animal ereptâ ſibi prole magis ferocit ac aper.*

RAPTA PROLE FEROX.
In eos parentes, qui ereptis ſibi à Deo, ſive per mortem, ſive per Religioſam vocationem prolibus, plus æquo impatientes ſunt.

* CXVIII. *Aper dentes ſuos ac humeros ad arborem indurans.*

IN PRÆLIA FORMOR.

Diſcant

Discant ex hoc Christiani, præviis mortificationum exercitiis sese ad futura cum dæmone certamina disponere.

DENS APRINUS.

* CXIX. *Dens aprinus librorum extremitates feriendo expolit.*

SCRIPTA FERIT.

In insolentem in bonos Auctores linguam, seu calamum.

* CXX. *Idem dens expoliendo librorum extremitates, easdem simul splendore aliquo illustrat.*

ILLUSTRO MORTUOS.

In misericordem erga fideles defunctos, qui lucem æternam eis reddit.

* CXXI. *Dens aprinus, qui morsus ardentes vivus fecerat, mortuus scripta expolit.*

EXPOLIT EXTINCTUS, QUI VIVUS ADUSSERAT OLIM.

S. Paulum emblemate isto exprimes, qui mundo mortuus salutaribus doctrinis Christianos expoliit, quos antea gravissime fuerat persecutus.

CAPUT V.

ARIES.

* CXXII. *Aries in terris gregem, in cœlo Zodiaci signa præcedens.*

TERRIS PRÆCEDIT, ET ASTRIS.

Christum Dominum, veluti arietem pro peccatis nostris oblatum, Terræ cœloque dominantem expressum hic habes. *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terrâ.* Matth. 28. Cap.

* CXXIII. *Aries dux & comes gregis.*

DUXQUE COMESQUE GREGIS.

Idea Prælati Regularis ista est,qui quem ducit Religiosum gregem, in choro Refectorio aliisque quibuslibet, bono exemplo comitatur.

* CXXIV. *Aries pastore prævio gregem ducens.*

HOC DUCE DUCO GREGEM.

Prælatorum Ecclesiæ emblema est, qui Spiritu S. Duce ac Pastore, gregem sibi concreditum regunt.

CXXV. *Arieti oves ducenti à Zinckgresio lemma est*

MENS OMNIBUS UNA SEQUENDI.

aut si mavelis, aliud ab eodem Zinckgresio lemma.

SIC DUCIS URGET AMOR.

In vim Exemplorum Parentum, Superiorum &c.

* CXXVI. *Aries in terris feriens, in æthere inter Zodiaci signa mitissimus est.*

TERRIS FERIT, ÆTHERE BLANDUS.

Nescio an S. Paulus symbolo isto exprimi possit, qui custodiendo vestes eorum qui S. Stephanum lapidabant, eundem in terris ferisse visus; nunc cum ipso in cœlo, in æternâ Sanctorum pace inter mutuos Sanctorum amores blandissime vivit.

CXXVII. *Aries, qui vivus ferierat, mortuus in sacrificium oblatus peccata expiat.*

VIVUS QUI FERIIT, MORTE MEDETUR.

Christum D. Emblema exprimit, morte suâ eos redimentem, quos vivus sæpe increpuerat Pharisæos.

CAPUT VI.

ASINUS.

* CXXVIII. *Asinus stupidissimum simul & maxime clamosum animal.*

MAXI-

MAXIME CLAMOSI, MAXIME STUPIDI.

Veritatem lemmatis experientia teſtatur.

* CXXIX. *Aſinus IO ſuum ingeminans, quo olim triumphantibus applaudebatur.*

TRIUMPHUM ANTE VICTORIAM.

In Thraſonem,

* CXXX. *Eodem jure aſino inſcribes.*

MAXIME STUPIDI MAXIME TRIUMPHANT.

In ingenium mundi, qui virtutum aut ſapientiæ applauſum minimè meritis tribuit.

* CXXXI. *Aſinus vertiginoſum maximè animal è ponte aut alio quovis præcipitio præceps.*

VERTIGINE PRÆCEPS.

In conſcientiam ſcrupuloſam, ſeu erroneam vincibiliter ſibi ipſi exitium ferentem.

* CXXXII. *Aſinus ponderibus recipiendis paratus.*

EXSPECTAT PONDERA.

Stupidi imago illa eſt, honores aulicos affectantis.

* CXXXIII. *Aſinus variis dignitatum inſignibus onuſtus.*

NON HONOR EST, SED ONUS.

Stupidis & indignis dignitates magis ad onus & ludibrium, quam honorem cedunt.

* CXXXIV. *Aſinus frumentarium ſaccum ad molam ferens, & referens.*

FERT ONUS, ATQUE REFERT.

Eos ſymbolum depingit, qui peccatorum ſuorum pondera ad Sacramentum Confeſſionis conterenda deportant, atque defectu debitæ diſpoſitionis, reportant.

* CXXXV. *Aſinus loco phalerati ephippii, crucem nigram in ſpinâ dorſi impreſſam habens.*

PRO PHALERIS CRUCEM.

In eos, quibus gloria alia non eſt, quam *gloriari in cruce D. N. Jeſu Chriſti.*

* CXXXVI. *Idem.*

CRUX SUA CUIQUE COMES.

In adverſitatum cruces, ubique nobis comites.

* CXXXVII. *Aſinus maxime ſegne in inceſſu animal.*

MAXIME SEGNES, MAXIME STUPIDI.

Pigritia enim ſtupiditatis parens eſt.

* CXXXVIII. *Aſinus ſub onere ſibi impoſito ſpinis veſcens.*

AD ONUS ET SPINAS.

Mundanum hominem expreſſum vides, quem mundus ſub gravi dignitatum pondere variis difficultatum, & conſcientiæ remorſuum ſpinis excruciat.

CXXXIX. *Auctor Colloq. aſino ſpinis veſcenti inſcriptum habet.*

PUNGANT, DUM SATURENT.

Paraſitus quidam deſcribitur, plures ſarcaſmos in menſa devorare coactus.

* CXL. *Aſinus, nulli in viâ cedens, niſi agaſonis plagis adactus.*

NON CEDO, NI CÆDAR.

Indurati animi idea illa eſt, quem calamitatum plagis à Deo cædi neceſſe eſt, ut à viis ſuis peſſimis recedat.

* CXLI. *Aſinus inter animalia ſtupidiſſimus maximè ponderibus gravatur.*

MAXIME ONUSTI, MAXIME STUPIDI.

Summa ſtoliditas eſt, oneratum eſſe mortalium peccatorum mole.

In corruptum hoc ſæculum, quo delectus in promotione qualificatorum ſæpe non habetur.

* CXLII. *Agaſoni aſinus etiam abſque frœno parens.*

ET PARET INFRENIS.

Spontaneæ Obedientiæ imago.

* CXLIII. *Aſinus Leonis exuviis veſtitus.*

PRODIT SE VOCE, SONOQUE.

In

In eos, qui ignorantiam suam loquacitate produnt.
* CXLIV. *Asinus in spina dorsi nigram crucem gerens, ac voce triumphale suum IO insonans.*
SUB CRUCE TRIUMPHAT.
In eum, qui dicebat, Mihi absit gloriari nisi in Cruce D N. Jesu Christi.
* CXLV. *Idem asinus cum Cruce suâ.*
NON ONERI CRUX EST.
In eundem.
* CXLVI. *Asinus sub pondere spinis vescens.*
HINC GRAVOR, HINC PASCOR. *Vel.*
HINC LABOR, INDE DOLOR.
In mundanos honores ex unâ parte commoda sua, ex alterâ onera habentes.
* CXLVII. *Asinus spinas manducans.*
NIL STUPIDUM REMORATUR ACUMEN.
In difficultates supra vires tentatas.
CXLVIII. *Asino ad lyram P. Masenius inscribit.*
NON OMNIA POSSUMUS OMNES.
* CXLIX. *Asinus sub pelle Leonis voce se prodens.*
UT TERREAT TACEAT.
Inanes minas sic exprimes.
* CL. *Asinus viâ tritâ semper incedens.*
COMMUNI SEMITA. *Vel.*
EXTRA VIAM NUNQUAM.
In quendam communi via in omnibus incedentem.
* CLI. *Asinus pigerrimum animal spinis vescitur.*
MAXIME SEGNES MAXIME EGENT.
In otii vituperium, illud enim paupertatem velut filiam parit.
CLII. *Asinus saccum salis portatum, cum in aquam lapsum liquefacto sale leviorem sensisset, sæpius*

idem faciens, id dedoctus est, sacco spongiis onusto, quæ in aquam lapsæ post graviores erant.

PROPRIO DELUDITUR ASTU.

In astutiam retortam.

CAPUT VII.

BISON.

* CLIII. *Bison Berchorio teste non cicuratur, nisi ferreo circulo naribus infixo.*

CICURATUR AB ORBE.

Eos apostatas à Religione symbolum exprimit, qui miseriis, quas in sæculo perpessi sunt, ad conversionem reducuntur.

* CLIV. *Ex Bisontum cornibus pocula Berchorio eodem teste conficiuntur, unde simile cornu lemma tenebit.*

TUNC FERIENS, NUNC VINA FERENS.

Christum Emblema exprimit, olim severius Judæos increpantem, in Epulo vero ultimo eis sanguinis sui potum offerentem.

* CLV. *Venatores scientes à bisontibus colorem rubeum horreri, se eo induunt, sicque facile eodem Berchorio teste capiunt.*

CAPIUNTUR, UT HORRENT.

Scrupulosorum imago est, quos cum dæmon alio modo cassibus suis concludere nequeat, id excessivâ peccatorum apprehensione consequitur.

* CLVI. *Bison ita indomitum animal est, ut præ feritate omnis jugi impatiens sit.*

NEC JUGUM DIDICERE PATI.

Ferocis & indomitæ indolis imago.

* CLVII. *Bison ita asperam linguam habet, ut eadem lædat.*

AS-

ASPERA RES LINGUA EST.

In vitia linguæ.

* CLVIII. *Biſon dum arborem ferit, cornu eidem inhærens capitur.*

FERIRE, PERIRE EST.

In damna iracundiæ, quâ multi æternum pereunt.

* CLIX. *Biſon linguâ exſertâ attrahens, ac dein hominem cruentans.*

TRAHIT, INDE CRUENTAT.

Ea mundi, carnis, & Dæmonis indoles eſt, ut, quos blandè ad ſe attraxit, demum æternis ſuppliciis cruentet.

* CLX. *Biſontes à venatoribus rubro colore veſtitis capiuntur, dum præ ejus coloris horrore venatorem impetituri cornibus arbori infixis hærent.*

ALIOS VIRIDI, ME RUBEO CAPIT.

Ingenium Dæmonis eſt, hos honorum purpurâ, illos voluptatibus ſibi captivare.

* CLXI. *Biſon, quos linguâ ſuâ lambit, eoſdem & eadem attrahit.*

DUM LAMBIT, ATTRAHIT.

Manſuetæ linguæ vis eadem ineſt, hominum ad ſe animos attrahendi.

* CLXII. *Biſon rubeo colore indutis venatoribus interimitur.*

DAT PURPURA LETHUM.

Honorum purpuræ multis ſempiternum animæ ſuæ lethum adduxerunt.

* CLXII. *Biſontis lingua Appiano teſte tam aſpera eſt, ut ferrum limare poſſit.*

ET FERREA FRANGIT.

In vim orationis, quæ cœlum nobis ferreum effringit.

Eadem vis eloquentiæ eſt in emolliendis ferreis animis.

* CLXIII. *Bisontes captu difficiles, non nisi in locis deviis capiuntur.*

PER DEVIA LETHUM.

In communem viam ubique tutiorem.

* CLXIV. *Bisontis sanguis adeo fervens, ut ferro emolliendo par sit, unde eidem sanguini lemma.*

DURISSIMA MOLLIT.

Sanguis Christi in passione idem fecit, emolliendo plures ex Crucifixoribus, qui revertebantur percutientes pectora sua.

CAPUT VIII.

BOS. VACCA.

* CLXV. *Bos ferox absque cornubus.*

MAXIME FEROCES, MINIME CORNUTI. *Vel,* MAXIME FURENTES, MINIME POTENTES.

Adagium Belgicum est in eos, quibus animus nocendi proximo amplus est, facultas nulla.

* CLXVI. *Idem.*

VANA EST SINE VIRIBUS IRA.

In idem.

* CLXVII. *Bos ante pugnam cornuum vires ad arborem prætentans.*

QUID VALEANT VIRES.

In nil aggrediendum quod supra vires est.

* CLXVIII. *Bòs in viridi prato lasciviens.*

OTIA LASCIVOS FACIUNT. *Vel,* CEDIT LASCIVIA REBUS.

Libidinis quippe mater, otium est.

* CLXIX. *Bos ferox aratri laboribus domitus.*

FERUM DOMUERE LABORES.

Spiritui carnem rebellem laboribus recte subjicies.

Bos

* CLXX. *Bos pro exiguo pabulo immanes in aratro labores tolerans.*

QUAM GRAVE SERVITIUM EST, QUOD LEVIS ESCA PARIT?

Paucula quæ mundus nobis præbet, alimenta graviori longe servitio compensat.

* CLXXI. *Bos cornubus hominem è terrâ elevans, ut eum allidat.*

QUOS LEVAT, ALLIDIT.

Mundi mos est, suos ad honores breves elevare, ut graviori lapsu eos allidat.

CLXXII. *Bos culicibus exagitatus à P. Masenio inscribitur.*

HOSTEM NE SPERNE MINOREM.

In cavenda etiam minora & venialia peccata.

* CLXXIII. *Bos fistulis ac tympanis, ac corallis redimitus, deauratis cornubus ad victimam ductus.*

IGNORANS, QUOD AD VICTIMAM DUCITUR.

Ita multos divitiis ac honoribus in speciem ornatos, ad sempiternam animæ suæ victimam ignaros adducit mundus & dæmon.

* CLXXIV. *Bos ab aratro ad macellum ductus.*

MORS META LABORUM.

* CLXXV. *Bos ex florido prato ad macellum ductus.*

POST VERNUM VICTIMA RISUM.

Post mundi gaudia victimæ mortis sumus.

* DLXXVI. *Idem.*

VICTIMA POST PASTUM.

In damna gulæ, quâ multi prœmaturæ mortis, & demum dæmonis victimæ evadunt.

* CLXXVII. *Bos, postquam plurimas flagellationes in aratro perpessas, demum ad macellum ducitur.*

POST

POST FLAGRA MACELLUM.

In Christum post crudelissimam flagellationem morti adjudicatum.

* CLXXVIII. *Bos in arâ in victimam oblatus.*

FORTES SIBI VENDICAT ÆTHER.

Nempe in iis, qui Deo se per Religiosum sacrificium immolant, fortitudinis Christianæ specimina Deus expetit.

CLXXIX. *Vacca impinguata recalcitrans.*

JUGUM IMPINGUATA RECUSAT.

Conformiter illi, quod in Cantico deplorat Moyses. *Incrassatus est dilectus & recalcitravit, incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum.* Deut. 32.

* CLXXX. *Bobus ex flagellatione ad aratrum velocioribus lemma.*

PER FLAGRA VELOCES.

Adversitatum flagris suos Deus velociores efficit, trahendo mandatorum suorum jugo.

* CLXXXI. *Boves ex flagello recalcitrantes.*

PER FLAGRA FEROCES.

In eos, quos immissa à Deo flagella calamitatum non emendant, sed exasperant.

* CLXXXII. *Bos ad flagellum Domini sui.*

IN FLAGRA PARATUS.

Christum in flagella in Passione suâ pro nobis paratum sic exprimes.

CLXXXIII. *Batillus bovem cum ephippio, & equum ad aratrum, inscriptum habet sequenti lemmate.*

NOSTRI NOSMET POENITET.

In paucos sorte suâ contentos.

* CLXXXIV. *Ex bove mortuo apes enascentes.*

UNIUS OCCASU PLURES.

In mortem Filii Dei, quâ omnes vivimus.

* CLXXXV. *Vacca vas lactis, quod dederat, evertens.*

QUÆ

QUÆ DEDIT, ERIPIT.

Ita mundus, quæ tribuit, intendit rapere.

* CLXXXVI. *Bos cum tympanis & fistulis ad victimam ductus.*

AD FUNERA GAUDENS.

In eos, qui in deliciis & bonis dies suos ducentes in puncto ad inferos descendunt.

Imago resignato animo morientis.

* CLXXXVII. *Bos junior adhuc taciturnus.*

MUGIET OLIM.

In S. Thomam Aquinatem, quem Condiscipuli Theologiæ studentem, BOVEM MUTUM nominabant.

* CLXXXVIII. *Bos in florido prato pastus demum occiditur, dum alter in aratro laborans servatur.*

EXITUS IMPAR.

Suos hoc in mundo durius tractat Deus, ut eos saluti æternæ servet, dum eos, quos deliciose habet, morti æternæ destinat.

CAPUT IX.

BUCEPHALUS.

* CLXXXIX. *Bucephalus ante indomitus lenibus Alexandri imperiis emollitur.*

LENIBUS IMPERIIS. *Horat.*

Vel, MOLLI DIDICIT PARERE MAGISTRO. *Claud.*

Idea Regularis subditi.

* CXC. *Bucephalus soli Alexandro serviens.*

UNI SERVOR, UNI SERVO, UNI SERVIO.

Religiosa imago ea est, quæ uni sponso Deo servata, ei suam integritatem servat, ac fideliter servit.

Bu-

CXCI. *Bucephalus alium sessorem excutiens.*

LEGITIMUM TANTUM PATIUNTUR HABENÆ.

Factum fuit in Regnum Neapolitanum (cui pro insigni equus) quando Ao. 1503. ex eo excedere cogebantur Galli.

Prælaturos Illegitimos natales minimè patiuntur.

CXCII. *Bucephalo lemma.*

PARET ALEXANDRO.

In Hannoveranum Principem (cui pro insigni equus) factum fuit, quando Alexandri VII. tempore Religionem Catholicam amplectebatur.

CXCIII. *Bucephalus ad ascensum faciliorem Alexandro M. genu flexus.*

UNI MEA GENUA FLECTO.

In varios Sanctos cultum idolorum respuentes.

* CXCIV. *Lunæburgicorum Ducum gentilitio equo liceat mihi adhuc sub hoc Titulo sequens lemma ponere.*

HIC MELIOR PEGASUS.

Inclytam Domum eandem bonis artibus Patronam Emblema docet.

CAPUT X.

CAMELUS.

CXCV. *Camelo gravissima pondera ad remotissima loca ferenti, apud Verienum inscribitur.*

NEC ONUS, NEC META GRAVABIT.

In Ministrum quendam in senio adhuc indefessum.

Idea etiam est variorum Sanctorum, in decrepitâ ætate nil intermittentium de primævo suo rigore.

CXCVI. *Bononiæ Sepulchro cujusdam Camelo inscribitur.*

MUL-

MULTA TULIT. *Virg.*

Idea viri variorum officiorum pondere, dum viveret, gravati.

Patientis quoque animi idea.

* CXCVII. *Camelorum pulli ad onera ferenda ſingulariter inſtruuntur.*

AD PONDERA FORMOR.

In eos, qui ſe ad recipienda gratiarum actualium pondera diſponunt.

* CXCVIII. *Camelus junior verberibus exceptus ut flectat ad pondera recipienda; tum demum flectit, cum parentem flectentem videt.*

DOCENT MELIUS EXEMPLA PARENTUM.

In vim paternorum exemplorum.

* CXCIX. *Camelus ad ſarcinam recipiendam genu flexus.*

VIS PONDERA, FLECTE.

Optima ad gratiarum pondera diſpoſitio eſt humilis ſubmiſſio.

* CC. *Camelus à Jove cornua petens, in pœnam temerariæ petitionis etiam auribus mulctatus eſt.*

PRO MUNERE POENAM. *Vel.*

TANTI REFERT, QUID EXPETAS.

In inconſultam petitionem earum à Deo rerum, quæ ſaluti noſtræ obfuturæ ſunt. Vere ait Chriſtus: *Neſcitis quid petatis.*

* CCI. *Camelus pede aquam turbans, ne in eâ ſe reſpiciat, & deformem gibbum.*

SIBI PLACERE DESINIT, QUI SE IPSUM RESPICIT.

Cognitionem ſui Emblema commendat.

* CCII. *Camelus robuſtiſſimum animal ſub nimio onere fatiſcens.*

PROPTER ONUS SEGNES. *Horat.*

Idea eorum, qui impoſitis ſibi honorum oneribus,

fegniores funt, in incedendâ irâ perfectionis vel mandatorum Dei.

* CCIII. *CAMELUS aquam pede turbans, ne deformem gibbum fuum videat.*

ABSCONDIT NÆVOS TURBATA.

Turbatus animus confcientiæ fuæ nævos minimè valet infpicere.

CCIV. *Vefpafianus, Dux Sabionedæ Camelo (ut videtur) illi, qui Meccam munus Mahometi detulit, ac propterea ab omnibus impofterum oneribus liber, Turcis in magno honore eft, infcribit.*

JUVAT EMPTA LABORE GLORIA.

Quod pati durum eft, meminiffe dulce.

* CCV. *Camelus fub onere fibi impofito affurgens.*

GRAVOR, ET ASSURGO.

Idea viri inter adverfa infracti.

* CCVI. *Camelus erectâ cervice faftuofus.*

ERECTA CERVICE TUMET.

Idea faftuofi cujufdam.

* CCVII. *Camelus poft verbera ad farcinam genu flectens.*

POST VERBERA PONDUS.

In Chriftum gravi Crucis farcinâ, poft acerbiffimam flagellationem oneratum.

* CCVIII. *Camelus verberibus edocetur ad flectendum.*

PER FLAGRA DOCENTUR.

Adverfitatum flagris fuos erudit Deus.

* CCIX. *Camelus (Plinio tefte) ultra fpatium confuetum nunquam vadit.*

NON ULTRA CONSUETUM.

In quendam confueto vivendi modo nil unquam fuperaddentem.

* CCX. *Camelus animal ruminans.*

RUMINAT SUB PONDERE.

In examen Confcientiæ, fuper peccatis inftitutum.

Ca-

* CCXI. *Camelus, cum exoneratur, genu flexus.*

FLEXUS, UT EXONERER.

In Confessionem humilem.

* CCXII. *Camelus vetere pondere exoneratus, novo mox succedente.*

SUCCEDENTIBUS ALIIS.

In recidivas peccatorum, mox post deposita priora peccatorum onera per Confessionem.

* CCXIII. *Camelus sub Sarcinis diuturnam sitim tolerans.*

SUB PONDERE SITIM.

In Christum Crucis ponderi affixum, & clamantem SITIO.

* CCXIV. *Camela (Avicenna teste) ad congressum genu flexa.*

AD LUBRICA FECTOR.

Imago hominis ad obscœna proclivis.

* CCXV. *Camelus post pondera plurimis annis portata demum moriens.*

POST PONDERA FUNUS.

In Christum post portatum Crucis pondus in ea morientem.

* CCXVI. *Camelus cum gibbo suo erectâ cervice fastuosius.*

MAXIME GIBBOSI, MAXIME ELATI.

* CCXVII. *Camelo lemma.*

SUB PONDERE GIBBUS.

Imago hominis est, sub amplâ honorum sarcinâ, gibbum plurium defectuum abscondentis.

* CCXVIII. *Camelo pondus utrimque pari libramine adaptatum.*

UTRIMQUE PARI LIBRAMINE PONDUS.

In pondera Religiosa, ita in Communitate adaptanda, ne unus plus altero ferre cogatur.

* CCXIX. *Camelus à puero minatus.*

QUIDLIBET INNOCUUS SUBIGET.

In Dominium, quod multi Sancti habuere in ferocissima animalia.

* CCXX. *Camelus genuflexus.*

DOCTUS SUBMITTERE GIBBUM.

Idea hominis, defectuum suorum correctionem patienter sufferentis.

* CCXXI. *Camelus erectâ sub pondere cervice.*

ERECTA SUB ONERE CERVIX.

In erectum calamitates inter animum.

* CCXXII. *Camelus libris & scriptis oneratus.*

QUI ADDIT SCIENTIAM, ADDIT LABOREM.

* CCXXIII. *Camelo cum sarcinâ lemma.*

MAXIME ONUSTI, MAXIME GIBBOSI.

Maxime honorati, maxime quandoque defectuosi.

* CCXXIV. *Camelus junior.*

AD PONDERA CRESCO.

Imago Christi pueri est, portaturi in provectâ ætate Crucis suæ pondus.

* CCXXV. *Camelus cum Gibbo suo.*

GIBBUS UBIQUE COMES.

In defectus nostros nos ubique comitantes.

* CCXXVI. *Camelus sarcinam suam in itineribus nocte, dieque portans.*

NOCTU PORTANDO, DIUQUE.

In conscientiæ pondera, seu peccata noctu, diuque eam aggravantia.

* CCXXVII. *Camelus oneratus in montem enitens.*

PONDERE SURSUM.

In eos, qui immissis à Deo gratiarum actualium ponderibus ad profectum suum utuntur.

CAPUT XI.

CANIS.

CCXXVIII. *Justus Montisferrati Marchio cani ad palum alligato inscripsit.*

FIDE ET PATIENTIA.

Idea cujusvis boni Christiani, & Aulici.

*CCXXIX. *Canis cum frusto carnis in ore ad novum hians.*

RES IMMODERATA CUPIDO EST. *Ovid.*

Avaritiæ & libidini id proprium est.

* CCXXX. *Canis frusto carnis devorato, alterum à Domino suo avidè exspectans.*

AD NOVA SEMPER HIANS.

In irascibilem & concupiscibilem appetitum.

CCXXXI. *Canis feram exagitans, à Zinckgresio inscribitur.*

AGITAS, AGITARIS AT IPSE.

Hoc pro solatio spiritui est, quem dum rebellis caro exagitat, ipsa vicissim ab eodem affectuum mortificatione supprimitur.

* CCXXXII. *Canis pro domino amissa requirens.*

NON QUÆRIT QUÆ SUA SUNT.

Charitatis id elogium est.

S. Antonii quoque Paduani Imago.

CCXXXIII. *Eidem cani lemma.*

AMISSA REQUIRO.

S. Antonio Paduano emblema applicabis, singulari Patrono in recuperandis amissis.

CCXXXIV. *Simili cani baculum Domino ex aquâ referenti, P. Engelgrafe inscribit.*

ACCEPTUMQUE REFERT DOMINO.

In eundem S. Antonium.

In eum itidem, qui immissas sibi calamitates Deo in acceptis refert.

* CCXXXV. *Cani ante gregem vigilanti lemma ex Virgilio.*

PECUDUM CUSTODIA SOLERS. *Virg.*

Vigilis pro grege suo Prælati imago.

CCXXXVI. *Camerarius cani leporem illibatum tenenti inscripsit.*

GLORIA FINIS. *Vel.*

TANGIT HONOS ANIMUM.

Militis generosi, cui magis gloria, quam præda pro scopo est, hæc idea est.

* CCXXXVII. *Canis ad domus portam vigilans.*

FIDUS AD LIMINA CUSTOS. *Virg.*

In sedulam sensuum custodiam.

* CCXXXVIII. *Eidem cani ad domus ostium excubanti lemma.*

NE MALI QUID INGREDIATUR.

Timorem Dei expressum habes, qui cordis nostri ostium si custodierit, salva ab invasoribus & furibus animæ domus permanebit.

* CCXXXIX. *Canis venaticus domi deses esse ægre sustinens.*

A TENERIS ASSUESSCERE MULTUM.

CCXL. *Molossus pluribus aliis catellis allatratus, à Burgundiâ inscribitur.*

DESPICIT HÆC GENEROSUS.

Contemptum injuriarum sic exprimes.

* CCXLI. *Canis artes aliquot coram Domino exercens, ut ab eo panis frustum recipiat.*

PROPTER RETRIBUTIONEM.

Mercenarii amoris, seu servitutis imago.

* CCXLII. *Canis alias vigil, in somnum prolapsus.*

QUANDOQUE BONUS DORMITAT.

In inadvertentiam justis, etiam quandoque in Horis Canonicis obrepentem.

Canis

CCXLIII. *Canis quietum Leonem allatrans, eum minime aggredi ausus, Hispanicum lemma recepit.*

MUCHAS PALABRAS, POCAS OBRAS.
CLAMOR, PRÆTEREAQUE NIHIL.

Thrasonis militis Imago.

* CCXLIV. *Cani quiescenti lemma.*

DANT OTIA VIRES.

In quietem, seu recreationem ac vacationem quandam, Prælatis minimè invidendam.

CCXLV. *Cani alligato apud Verienum inscribitur.*

DUM LAXER IN HOSTEM.

Imago cujusdam, cui voluntas erat nocendi, deerat autem facultas.

CCXLVI. *Cani ad ossa P. Masenius inscribit.*

JEJUNUS FERT OMNIA VENTER.

Jejuniis disponimur ad aspera quævis perferenda.

CCXLVII. *Cani odoratori & Vertago Thesaurus inscribit.*

ALTER FERAM DEBLATERAT, ALTER CAPIT.

Quadrat miseris in Germaniâ Vicariis, integris diebus in choro clamantibus, dum otiosi alii pingues præbendarum portiones percipiunt.

CCXLVIII. *Eidem cani odoratori lemma.*

ALITER LEPOREM DEBLATERAT, ALITER APRUM.

Concionatorum est, plures invectivas, easque acriores facere in mortalia, quam venialia peccata.

CCXLIX. *Apud Auctorem Colloquiorum, cani, qui detectis perdicibus sese occultat inscribitur.*

ABSTINET INVENTIS.

Fidelis Ministri, inventa ditescendi arte in solum Principis sui commodum usi imago.

CCL. *In Conclavi quodam Regiarum ædium Sabaudiæ Ducis, integræ canum cohorti inscribitur.*

NON OMNI OPERI, NATUS EST OMNIS CANIS.

Nempe non omnia possumus omnes.

In delectum Ministrorum habendum.

CCLI. *Caphali canis quotidianum Domino tributum ferens in iisdem Regiis ædibus inscribitur.*

NUNQUAM SINE PRÆDA.

Imago Confessarii seu Missionarii, quotidianum tributum animarum conversarum Deo afferentis.

* CCLII. *Canis latrans ab offâ taciturnus.*

MUNERE PLACATUR.

Advocatum corruptionibus taciturnum sic exprimes.

* CCLIII. *Canis od domini mensam quotidianus.*

MENSÆQUE ASSUETUS HERILI. *Virg.*

Frequentem Communionem sic exprimes.

Parasiti etiam idea.

* CCLIV. *Canis prædam à vertagis miserè dilaniatam, eis abripiens, eamque integram Domino servans.*

MISERIS SUCCURRERE DISCO.

Misericordis in afflictos idea.

* CCLV. *Canis ad portam domus excubans.*

DOMINUMQUE, DOMUMQUE.

In quendam, qui Ecclesiam, ejusque summum caput Romanum Pontificem defendendum susceperat.

Reginaldum ex S. Ordine nostro Doctorem pro Primatu Sedis Apost suspensum, expressum habes.

* CCLVI. *Quinque qualitates Confessario admodum necessarias, in cane explicatas habe: Cani ergo Odoratori feram investiganti, ac olfactu exploranti lemma.*

SAGACITER.

Idea Confessarii pœnitentem examinantis.

* CCLVII. *Canis cervum laboriosè insequens.*

DILIGENTER. *Vel*, OPEROSE.

Imago Confessarii, sedulis admonitionibus insequentis consuetudinaria pœnitentis peccata.

Ca-

CCLVIII. *Canis aprum generose aggrediens.*

INTREPIDE.

Imago Confessarii intrepide & sine ullo respectu increpantis pœnitentem suum, in quavis etiam dignitate constitutum.

* CCLIX. *Canis feram captam fideliter custodiens.*

FIDELITER.

Idea Confessarii, eam, quam Deo lucratus est, animam fideliter à relapsu servantis.

* CCLX. *Canis dum perdicem detegit secrete consistens & taciturnè.*

SECRETE.

Imago Confessarii, in servando Confessionis secreto exacti.

* CCLXI. *Canis ad catenam alligatus.*

DE MEA FIDE, MEA VINCULA.

Ministrum depictum habes, qui ob singularem suam, quam certo Principi servaverat fidelitatem, missionem impetrare non poterat.

* CCLXII. *Canis præ fame in rabiem actus*

RABIDA RES FAMES EST.

In avaritiam.

CCLXIII. *Canis ad gregem quiescens, apud Verienum inscribitur.*

GREX ME VIGILANTE QUIESCET.

Prælatorum vigilantia gregi suavem quietem tribuit.

* CCLXIV. *Canis apri dentibus undique dilaceratus & sanguinolentus.*

CUM MULTO GLORIA VENIT SANGUINE.

Idea Belliducis multis ex prælio reportatis vulneribus gloriosi: Christi quoque Resurgentis imago.

CCLXV. *Canis amissum Dominum requirens apud Fævilleum inscribitur.*

QUÆRIT HERUM.

Imago pœnitentis animæ, amissum per peccata Dominum verâ contritione requirentis. *Ca-*

* CCLXVI. *Canis captam ab aliis prædam defendens, & servans ne ab iisdem dilaceretur.*

PARTA TUEBOR.

Imago Christi reprimentis insidias Dæmonis ab iis, quos sanguine suo mercatus est.

CCLXVII. *Canis ab apro interfectus à Masenio inscribitur.*

MAJOR AMOR PRÆDÆ, QUAM VITÆ.

Vel.

PRÆDÆ TAM COECA CUPIDO. *Ovid.*

Idea prædonis Militis.

* CCLXVIII. *Canis ab inflato cornu animatus.*

ANIMATUR AD AURAM.

Eos emblema spectat, quos adulatio auraque popularis extollit.

CCLXIX. *Canis in diebus canicularibus à calore efferatus à Masenio inscribitur.*

CALOR EFFERAT.

Æstus libidinum, homines feris assimilant.

CCLXX. *Canis promiscue quemcunque aggrediens à Masenio inscribitur.*

HOSTI RABIDUS, NEC PARCIT AMICO.

Idea detractoris.

CCLXXI. *Canis lapidem, quo projectus est, morsu dilaceraturus.*

ALIUS PECCAT, ALIUS PLECTITUR.

Hoc frequenter innocentes experiuntur.

* CCLXXII. *Canis post prædam captam à venatoribus iterum constringitur.*

VINCIOR, UT VICI.

Imago Belliducis, post victoriam in vincula conjecti, aut votis Religiosis sese innodantis.

CCLXXIII. *Cani Hesperidum Horti Custodi inscriptum aliquando fuit.*

ET ARCET, ET ABSTINET.

Imago fidelis in bonis pupilli sui Tutoris.

Mor-

* CCLXXIV. *Morsus à cane causatos, impositis ejusdem canis pilis curari volunt nonnulli.*

VULNERAT, ET SANAT.

Imago D. Dei, qui *mortificat & vivificat.*

Imago calamitatum animam ſanantium, quam feriunt.

* CCLXXV. *Canis ad catenam alligatus.*

NEC FIDEM VINCULA TOLLUNT.

In Miniſtrum poſt perpeſſos carceres, Domino ſuo adhuc fidelem.

In plures SS. Martyres, quos à verâ fide vincula & carceres deterrere non potuerunt.

CCLXXVI. *P. Maſenius cani claudicanti inſcribit.*

ETIAM QUATERNIS.

In optimos quoſque defectibus ſubjectos.

CCLXXVII. *Cani odoratori feram olfactu ſuo exploranti, in Theſibus nonnemo inſcripſit.*

CONCLUDIT INFALLIBILITER.

Naturam Demonſtrationis exprimere volebat.

CCLXXVIII. *Duobus canibus inter ſe lupo adveniente digladiantibus, Zinckgrefius inſcripſit.*

QUIN IRAS VERTAMUS IN ILLUM.

In mutuas Chriſtianorum Principum diſcordias, quibus ſatius eſſet ſuas inter ſe iras in Chriſtiani nominis hoſtem convertere.

CCLXXIX. *Canis clunibus inſiſtens, prioribus pedibus ad modum manuum complicatis, à Domino fruſtum panis exſpectans, in Imagine I. Sæculi inſcribitur.*

NON CAPIT ANTE CIBUM.

In benedictionem menſæ, cibis præmittendam.

Ca-

* CCLXXX. *Canes Venatici cum multo clamore ſylvam ſine prædâ percurrentes.*

CLAMANTES NIHIL COEPIMUS.

Idea plurium Concionatorum ex ingentibus laboribus ac clamoribus exiguum animarum fructum reportantium.

Imago etiam eorum Religioſorum ſeu Clericorum, qui diſtractè horas ſuas decantantes, nullum inde meritum apud Deum reportant.

* CCLXXXI. *Canis conſtrictus ad prædam exardeſcens.*

CUPIO DISSOLVI.

Votum hoc Juſtorum eſt, & Animarum purgantium, cupientium carnis, & carceris ſui vinculis exſolvi, ut Deo potiantur.

* CCLXXXII. *Canis per ſylvarum devia prædam ſcrutatus.*

PER DEVIA PRÆDAM.

Imago S. Huberti aut S. Euſtachii, qui per devia prædas ſcrutantes, Chriſtum inter Cervi cornua invenerunt.

* CCLXXXIII. *Canes, qui maximè latrant, minimè mordent.*

MAXIME LOQUACES, MINIME MORDACES.

In minas Thraſonicas.

* CCLXXXIV. *Canis cornu inflato in feram involans.*

DUCTUS A SPIRITU.

In Concionatorem, qui agente ipſum Spiritu S. in vitia detonat.

* CCLXXXV. *Canis, dum feras in retia acturus erat, ipſe præ nimio fervore in eadem inſiliens.*

ALIOS PERSEQUENDO.

Imago S. Pauli Apoſtoli, qui perſequens Chriſtianos, ipſe in caſſes incidit à Deo comprehenſus.

Ca-

* CCLXXXVI. *Canis venaticus cornu inflato ad Dominum revocatus.*

REVOCATUS A SPIRITU.

Idea hominis Spiritus Sancti inſpirationibus à viis malis revocati.

* CCLXXXVII. *Canis duos lepores inſectatus juxta adagium.*

NEUTRUM CAPIT.

In ſtudia non diſtrahenda.

* CCLXXXVIII. *Canis funi alligatus Dominum ſuum cœcum ducens.*

COECUM DUCIT HERUM.

Fidei id proprium eſt, cœcos nos ducere.

* CCLXXXIX. *Canes odoratores feras non mordent.*

MAXIME SAGACES, MINIME MORDACES.

Prudentiſſimos ordinarie manſuetiſſimos videas.

* CCXC. *Canis odorator prædam non ſibi ſed aliis canibus, & Domino ſuo explorans.*

ALIIS NON SIBI SAGAX.

Plures videas, aliis optimè, ſibi peſſimè conſulentes.

* CCXCI. *Canis de nocte vigil domum Domini ſui circumiens.*

CIRCUIT VIGIL.

Idea ſeduli Viſitatoris.

* CCXCII. *Canis ſanguine & ſudore madidus feram ſcrutatus.*

SANGUINE, ET SUDORE.

Imago Chriſti in amariſſimâ Paſſione ſuâ ſanguineo ſudore ſuo perpluti oviculam perditam quærentis.

* CCXCIII. *Canis indefeſſe latrans.*

NOCTU LATRANDO DIUQUE.

Malæ conſcientiæ latratus ſymbolum exprimit.

* CCXCIV. *Canis ad petram alligatus.*

EXCUBAT AD PETRAM.

In Prælatum pro Juribus Rom. Eccleſiæ tuendis vigilem.

Ca-

* CCXCIV. *Canes de die ſtertentes, de nocte maximè vigiles ſunt.*

DESIDES DIE, EVIGILANT NOCTE.

Oculi mentis in pleno proſperitatis die clauſi aperiuntur in nocte adverſitatis.

* CCXCV. *Canes venatici domi otioſi, in ſylvis maximè operoſi ſunt.*

DESIDES DOMI, FORIS OPEROSI.

Imago eorum, qui examen propriæ conſcientiæ negligentes aliorum defectus oneroſe ſcrutantur.

* CCXCVI. *Moloſſi minores feras uti lepores, cuniculos &c. tranſiliunt.*

TRANSILIUNT PRÆDAS HUMILES.

Dæmonum ingenium emblema repræſentat, quibus proprium eſt, humilibus minimè inſidiari.

Idea etiam generoſi animi, mundanis bonis minimè inhiantis.

* CCXCVII. *Canes poſt innocentium ferarum perſecutiones clamantes & exultantes.*

LÆTANTUR CUM MALE FECERINT.

Peccatorum eorum imago, qui gloriantur in malitiâ propriâ.

* CCXCVIII. *Canis in domunculâ concluſus latrans.*

ET LATRAT, ET LATITAT.

In occultos conſcientiæ latratus & remorſus.

* CCXCIX. *Canis in domunculâ ſuâ contra aggreſſorem latrans & ſe defendens.*

PRO DOMO MEA.

Idea hominis, propriis comodis addicti.

* CCC. *Canes odoratores aliis taciturniores.*

MAXIME SAGACES, MINIME LOQUACES.

Prudentiores taciturniores experieris.

* CCCI. *Canis percuſſus nil de priſtinâ fide amittit.*

ETIAM POST VERBERA FIDUS.

In juſtum inter calamitatum plagas Deo adhuc fideliter ſervientem.

Ca-

* CCCII. *Canis ad demortui Domini cadaver decumbens,*

ETIAM POST FUNERA FIDUS.

Imago Josephi ab Arimathia, sepelientis Christum Dominum.

CCCIII. *Canis Ulyssis reversum ab Ilio Dominum ex Domesticis solus agnoscens.*

REVERSUM NOVIT HERUM.

S. Mariæ Mag. aliorumque Christum post Resurrectionem agnoscentium imago.

CCCIV. *Anubis canis, ab Æpyptiis adoratus, quod Isidem & Osiridem eorum Regem, summa vigilantiâ custodiisset.*

FECIT VIGILANTIA NUMEN.

In honorem debitum Prælatis impendendum.

* CCCV. *Canis eandem viam sæpius currens & recurrens.*

MILLE PER AMBAGES.

Hominis vagi idea.

* CCCVI. *Canis feram persequens, ne à vertagis capta dilaceretur, sed ut hero servetur integra.*

PERSEQUOR, UT SERVEM.

Imago Dei suos calamitatibus ut ita dicam persequentis, quatenus eos æternæ beatitudini servet.

Correctionis quoque idea.

Corporis quoque à spiritu mortificati imago.

CAPUT XII.

CAPER. CAPRA.

* CCCVII. *Caper juvenis.*

FERIET OLIM.

Indolem malæ spei expressam habes.

Co-

CCCVIII. *Capras gemellos fœtus eniti quidam dicunt.*

OMNES GEMELLIS FOETIBUS.

Lepidam explicationem & applicationem lemmatis vide apud Theophylum Raynaudum in *Centuriâ Hist.*

CCCIX. *P. Masenius capræ in editâ rupe consistenti inscribit.*

TUTA LICET SPECTATA.

Imago hominis in dignitate constituti, atque omni invidiâ majoris: Audi eundem Masenium.

Cum tenet excelsos, spectatrix caprea montes,
Ridet ad instantum, vimque minasque canum.
Invidia oblatret, centum stipata ministris,
Qui te perstringat vulnere; nullus erit.

CCCX. *Capra Indica, quæ ex comestis serpentibus animosior est, à Camerario inscribitur.*

VIRES, ANIMOSQUE MINISTRANT.

In diversos Sanctos à propinato veneno innoxios.

* CCCXI. *Caper ovium gregem præcedens.*

PRIMOS AFFECTAT HONORES.

Maximè indignos maximè ambitiosos videas.

CCCXII. *Caper ovium gregi âdjunctus.*

TUTIUS ARCETUR.

In proscribendos à Communitatibus venereos.

CCCXIII. *Capra vas à se dati lactis pede evertens à Schonhovio inscribitur.*

EXITUS ACTA PROBAT.

Beneficium sincero animo minimè datum sic exprimes.

CCCXIV. *Capreæ in edito monte constitutæ, P. Masenius inscribit.*

ET INCULTÆ SUUS INCOLA RUPI EST.

Applicationem ex sequenti ejusdem carmine accipe.

Extra hominum, mundique vias, mens insidet astris,
Quæ tamen est capreis, non inamœna quies.
Sit mundo contempta licet, quâ proxima cœlum.
Virgo subit, sedes est tamen apta Deo.

Ca-

* CCCXV. *Capra Capro in angusto ponte obviam facta, inclinato corpore alteri locum facit.*

SUPPORTANTES INVICEM. *Coloss.* 3.

Idea boni & pacifici conjugis.

CCCXVI. *Verienus capræ lupum, à quo demum devoranda erat, pascenti inscriptum habet.*

SIBI DAMNA PARABIT.

In parentes & altores ingratorum.

* CCCXVII. *Capra gustans Pulegium herbam, ad balatum provocatur.*

GUSTATA BALATUM.

Imago eorum Prædicatorum, qui suavitate divinâ degustatâ peccatorum conversionem concionando curant.

* CCCXVIII. *Caper Indicus in vita serpentes comedit, post mortem vero eosdem producto intra se lapide Bezoar fugat.*

HIS VIVENS, MORIENSQUE TIMENDUS.

Imago Sancti cujusdam, in vitâ & in morte mirum in Dæmones imperium exercentis.

* CCCXIX. *Idem Caper Indicus, serpentes comedens, lapidem Bezoar intra se generat.*

IN PHARMACA TOXICA VERTIT.

Idea ejus, qui ex aliorum peccatis resipiscit.

Idea quoque ejus, qui calamitates in bonum animæ suæ convertit.

CAPUT XIII.

CAPREOLUS.

* CCCXX. *Capreolus inter asperrima saxa semper exiliens.*

INTER SALIT ASPERA GAUDENS.

Imago hilaris inter adversa & aspera animi.

CCCXXI. *Eidem capreolo lemma.*

AD ARDUA SALTU.

Imago hominis ad ſummam quandam dignitatem per ſaltum promoti.

Imago promptæ in re difficili obedientiæ.

* CCCXXII. *Capreolus in aſperam rupem enitens.*

AD ASTRA PER ASPERA.

Hæc nempe ad virtutem & cœlum via eſt.

CCCXXIII. *Ex Capreolorum cornibus arcus fiunt, quibus dein feriuntur, ſimili proinde cornu lemma eſt.*

CREVIT IN EXITIUM.

Idea eorum, qui propriorum malorum ſibi fabricatores ſunt.

* CCCXXIV. *Capreoli à naturâ ſuâ editiſſimis rupibus aſſueti, nihilominus herbam quandam comedunt, quâ ſe contra vertiginem præmuniunt, teſte Stephano Pighio in ſuo Hercule Prodicio.*

NEC TEMERE, NEC TIMIDE.

Ita procedendum cuivis in aſperis & dubiis negotiis.

* CCCXXV. *Capreolus mox à nativitate ſuâ exiliens.*

MOX EXILIT ORTU.

S. Joannem Baptiſtam emblema reſpicit, qui in utero matris ſuæ exultavit infans.

* CCCXXVI. *Capreolus in aſperrimis montium jugis alimenta ſua habens.*

ASPERRIMA PASCUNT.

Imago hominis mortificationes in deliciis computantis.

CA-

CAPUT XIV.

CAPRICORNUS.

* CCCXXVII. *Capricornus Rupicapræ ſpecie cornibus ſeſe ad petram firmans, corpus ingenti ſaltu ſurſum librare novit.*

PER CORNUA SURSUM.

In quendam, qui patiendo adulteram uxorem promotionem inde ſortitus fuerat.

* CCCXXVIII. *Capricornus cornibus ſe ad rupem firmans facturus ſaltum ſeſe præcipitat.*

PER CORNUA PRÆCEPS.

In iræ damna, quæ multos agit præcipites.

* CCCXXIX. *Capricornus in terris feriens, in Cœlo inter rigidiora Zodiaci ſigna eſt.*

ET RIGIDUS IN SUMMO EST.

Imago hominis in dignitate rigidi.

* CCCXXX *Capricornus inacceſſa aliis loca adiens.*

INACCESSA ALIIS.

In quendam, qui primus difficultatem quandam ab aliis adhuc intentatam ſuperabat.

* CCCXXXI. *Capricornus è rupe præceps.*

PER ARDUA PRÆCEPS.

Idea hominis in rebus arduis multum præcipitis.
Idea item hominis ex honoribus dejecti.

CAPUT XV.

CASTOR ſeu FIBER.

* CCCXXXII. *Caſtor animal in terrâ & aquâ vivens.*

TERRA LACUSQUE.

Dominium amplum Regis Hispaniæ sic exprimes.
Imago gulosi terrâ marique ventri delicias quærentis.

* CCCXXXIII. *Castor à venatoribus non tam ob carnes, quam ob pellem insidias patitur.*

DE PELLE PERICLUM.

In multa divitum pericula.

* CCCXXXIV. *Castori eadem de causâ inscribes.*

DE VESTE PERICLUM.

In eos, qui ex luxu vestium æternæ damnationis pericula subeunt.

* CCCXXXV. *Castori ob pellem magis, quam carnes expetito, lemma est.*

DAT VESTIS HONOREM.

Applicationem dabit sequens carmen.

Vir bene vestitus, pro vestibus esse peritus
Creditur à mille, quamvis idiota sit ille.

* CCCXXXVI. *Castor ab apprehenso semel animali non recedit, nisi ossibus ejusdem comminutis.*

FRACTO DEMUM OSSE RECEDET.

In quendam non desistentem, nisi re ad usque ossa examinatâ, & difficultate exhaustâ.

* CCCXXXVII. *Castor odoratu pisces explorans, & capiens in alimentum.*

NON ALIIS, SED SIBI SAGAX.

Ordinatæ prudentiæ est, prudentiorem esse in propriis, quam aliorum negotiis.

* CCCXXXVIII. *Castor locum ubi moratur, sordibus nequaquam inficit.*

MUNDA VULT ÆDE MORARI.

Animæ nostræ mundum in carne hospitium debemus.

Spiritus S. imago, qui malevolam animam non inhabitat.

CA-

CAPUT XVI.

CERVUS.

* CCCXXXIX. *Cervus canem insequentem fugiens.*
HIC SPE CELER, ILLE TIMORE. *Ovid.*
Idea vitæ aulicæ.

* CCCXL. *Cervæ femellæ cornua non crescunt.*
NULLA ARMA FEMELLÆ.
Indignum quippe natura judicat, arma à fœminis tractari.

CCCXLI. *In Sacristiâ S. Joannis Varsaviæ, cervi fluvium tranaturi, prioris corpori caput imponentes lemma habent.*
ALTER ALTERIUS ONERA PORTATE.
Monitum Sancti Pauli est, cuilibet Christiano factum.

CCCXLII. *Cervus sagittis confixus, atque ad fontem properans, apud P. Abrahamum à S. Clarâ inscribitur.*
PROSPERE, SI PROPERE.
In differendam minimè pœnitentiam.

* CCCXLIII. *Cervus canem insequentem fugiens.*
PAR LABOR, ATQUE METUS.
Ideam iterum hic habes vitæ aulicæ.

* CCCXLIV. *Cervus cornibus amissis.*
DEPOSITIS ARMIS, NON ANIMIS.
In Belliducem sepositis belli curis, adhuc de pristino animo nil remittentem.

* CCCXLV. *Cervus cornibus depositis.*
ARMA SI DEPONO, BREVI REASSUMO.
Idea hominis in iram mox proclivis ex reconciliatione.
In mortificationes, si forte ad breve tempus positæ fuerint, mox reassumendas.

CCCXLVI. *Cervus amissis cornibus.*

SUCCRESCENT NOVA.

Factum fuit in adulteræ uxoris virum, quando priori adultero amoto, novum admittebat.

CCCXLVII. *Cervus vulneribus saucius aquæ immersus à Verieno inscribitur.*

SOLATIUM, NON AUXILIUM.

Ita plerumque humana solatia, exiguum ea quærentibus auxilium præstant.

* CCCXLVIII. *Cervus pluribus canibus succumbens.*

PLURIBUS IMPAR. *Vel,* SUCCUMBIT NUMERO.

Nec Hercules contra duos.

* CCCXLIX. *Cervo cornua in ornamentum, non in arma sunt.*

ORNANT NON ARMANT.

In quendam, cui in cellâ magnus disciplinarum, ciliciorum &c. apparatus, usus vero nullus erat.

* CCCL. *Cervus in vivario servatur, qui in sylvâ forte interemptus fuisset.*

CLAUSURA SERVATUR.

Idea multorum, quos in Religionum claustris servat Deus, qui alias forte æternum perituri fuissent in mundo.

CCCLI. *Cerva Dianæ floribus redimita, in Aulide pro Virgine Iphigeniâ immolata, à Thesauro inscribitur.*

HEU! MORS COROLLAS INTER, ET FLORES LATET.

Imago mortis media inter gaudia quandoque obrepentis.

CCCLII. *Cervus omni exitu à canibus sibi præcluso ad eorundem exitium ferociens à Thesauro inscribitur.*

FORMIDO DESPERATA FIT TANDEM FUROR. *Vel, ut Chovayno placet.*

AU-

AUDACEM FECIT TIMOR.

In vim desperationis, quæ extrema semper suadet.

* CCCLIII. *Cervus, qui persequentibus venatoribus ad sinum S. Catharinæ Suecæ, casu sylvam transeuntis confugiebat lemma tenebit.*

VIRGINEO SECURUS ASYLO. *Vel*, VIRGINEO SE CREDIT AMORI.

Idea Sodalis Mariani, in angustiis omnibus ad B. V. Mariam confugientis.

Imago Incarnati in Virgineo utero verbi.

CCCLIV. *Cervus halitu suo serpentes interficiens, apud Chovaynum inscribitur.*

SPIRITU ORIS SUI INTERFICIT IMPIUM.

Expressam habes ultimam Christi Judicis contra impios in extremo Judicio sententiam.

* CCCLV. *Cervus junior sine cornuum suorum acuminibus seu apicibus.*

APICES DAT ADULTIOR ÆTAS.

Religiosum emblema exprimit, cui cum tempore rerum minimarum spiritualium cura accrescet.

CCCLVI. *Cervus defunctum suum hinnulum lambens apud Chovaynum inscribitur.*

AMOR EST MENSURA DOLORIS.

Matrem dolorosam Christum de Cruce depositum in sinu gestantem, sic depinges.

* CCCLVII. *Cervus Plinio teste cornibus amissis latet non nisi nocte prodiens.*

ARMA PUDET POSUISSE.

Imago verecundi ob intermissas mortificationes animi.

* CCCLVIII. *Eidem cervo lemma.*

NON PRODIT INERMIS.

In quendam, qui ad publicas Disputationes prodibat optimis semper argumentis instructus.

* CCCLIX. *Cervus cum cornibus suis etiam maximè timidus.*

MAXIME ARMATI, MAXIME TIMIDI.

Militis meticulosi imago.

CCCLX. *Camerarius cervæ, quæ infixis sibi adhuc sagittis ad fontem properat, inscribit.*

NIL FUGA COMITANTE MALO.

Nempe remorsus conscientiæ locorum mutatione, minimè sopiuntur.

CCCLXI. *Eidem Cervæ idem Camerarius inscribit.*

HINC DOLOR, INDE FUGA.

Imago peccatoris peccatorum jaculis confixi, de peccatis dolentis & celeri fugâ ad Deum reversi.

* CCCLXII. *Cervus fronte acuminatâ cornua habens.*

MULTUM FRONS GESTAT ACUMEN.

Imago ingeniosi hominis.

CCCLXIII. *Cæsareorum Vratislaviæ veredariorum Magister, D. Sebastianus Peschel, cervum Cæsaris pingit, cum iis in colari litteris C. S. N. M. T.*

CÆSARIS SUM, NOLI ME TANGERE.

Exprimere vir Clarissimus volebat Veredariorum Cæsareorum immunitatem.

Idea etiam & vox hæc est, Deo sacratæ Virginis.

* CCCLXIV. *Idem Julii Cæsaris Cervus lemma recte sustinebit.*

HOC NOMINE TUTUS.

Virtutem SS. Nominis JESU sic exprimes. Illud enim est in quo nos salvos fieri oportet.

* CCCLXV. *Cervus cornua sua ponens.*

DEPONI FACILES IRÆ.

Idea animi facile reconciliandi.

* CCCLXVI. *Cervus à filo extenso, cui variæ pennæ alligatæ, in fugâ territus à viâ in retia abstrahitur.*

PEN-

PENNA SEDUXIT.

Eorum imago eſt, qui turpium librorum ſeu amaſiarum litteris in retia carnis abducti ſunt.

* CCCLXVII. *Cervus aliorum animalium inſtar cornibus ſe nunquam defendit.*

NIL CORNU, SED USUS.

Nempe irritæ vires ſine uſu ſunt.

* CCCLXVIII *Cervus cornu inflato fugiens reti includitur.*

SPIRITUM FUGIENDO.

Eorum imago, qui inſpirationibus Spiritus S. non obediendo, in retia Dæmonis incidunt.

* CCCLXIX. *Eidem cervo lemma.*

IN CASSES COMPULIT AURA.

Eorum imago, qui adulationibus ſeducuntur.

* CCCLXX. *Eidem cervo lemma.*

TERRITUS A SPIRITU.

Imago timentis Deum, qui timor Spiritus Sancti donum eſt.

* CCCLXXI. *Cervus venatorum & canum turbâ ſe perſequente, in editum montem enitens.*

PERSECUTUS ATTOLLOR.

Imago eorum, qui perſecutionibus clari fiunt.

* CCCLXXII. *Cervus inter ramos arborum cornibus implicatus à venatore capitur.*

PER CORNUA LETHUM.

Imago hominis iracundiâ ſuâ ſeſe in multa mala præcipitantis.

* CCCLXXIII. *Cervus à ſpiritu inflati cornu venatorii territus in montem enitens.*

SURSUM SPIRITUS URSIT.

Inſpirationes Sancti Spiritus in eminentem perfectionis apicem ſuos promovent.

* CCCLXXIV. *Cervus diverſa in cornibus aculeata ramenta gerens.*

IRA MULTIPLICI.

Idea hominis iracundi.

* CCCLXXV. *Cervo dictamno herbâ comestâ, tela ei infixa excidunt.*

CADENT HOC TELA COMESTO.

In vim SS. Euchariſtiæ, quâ ſumptâ Dæmonis tela contra nos nil proficiunt.

* CCCLXXVI. *Cervus à Venatoribus exagitatus, ut fervidus ſe refocillet ad flumen properans, ibidem inſidiis ſtructis capitur.*

UBI REFRIGERIUM SPERARAM.

Imago voluptatum, nos in extremum exitium adducentium, à quibus refocillari anima ſperabat.

* CCCLXXVII. *Cervus capite in cœlum elato rorem hauriens.*

UNDE HAURIT, EO SUSPICIT.

Idea grati Deo pro beneficiis cœlitus recepti animi.

* CCCLXXVIII. *Eidem cervo lemma.*

SUSPICIT, INDE CAPIT.

Imago hominis ante cibi ſumptionem menſæ benedictionem minime negligentis.

* CCCLXXIX. *Cervi cornua in fronte ejuſdem firmata lemma tenent.*

VERTICE FIRMANTUR.

Prudentiâ arma & militiam maximè ſtabiliri, experientiâ conſtat.

* CCCLXXX. *Cervi cornua utpote minime vacua inflari nequeunt.*

ARMARI, NON INFLARI.

Idea militis minime inflati.

* CCCLXXXI. *Cervæ aliquot in Principis cujuſdam vivario.*

DELICIÆ DOMINI.

Imago plurium in Religioſo clauſtro Deo ſacratarum Virginum.

Cervi

* CCCLXXXII. *Cervi quamdiu casti sunt, Masenio teste, cornua nunquam deponunt.*

ARMATI, DUM CASTI.

In castos, quibus se contra Dæmonem tuendis sufficientia media præbet Deus.

* CCCLXXXIII. *E contrario simili cervo lemma statuas.*

CASTUS, DUM ARMATUS.

Nempe optimum tuendæ castitatis medium mortificationum arma præbent.

* CCCLXXXIV. *Cervi cornua etiam in usus medicinales deserviunt.*

ARMA ATQUE MEDELA.

SS. Eucharistiæ vis est, & peccatis medendi, & contra Dæmonem nos armandi.

* CCCLXXXV. *Cerva fœtus suos juniores ad montium prærupta teste Berchorio ducit.*

AD PRÆRUPTA SUOS.

In eos parentes, qui suos lethalium peccatorum periculis non subtrahunt.

* CCCLXXXVI. *Cervus inter canes & venatores constitutus in sola fugâ præsidium habet.*

DAT FUGA PRÆSIDIUM.

In abjiciendis morosis delectationibus nullum expeditâ & celeri fugâ melius remedium.

* CCCLXXXVII. *Cervus secundum semper ventum in incedendo sequitur.*

QUO PRÆIT ILLE, SEQUOR.

Idea hominis Spiritus Sancti inspirationes jugiter sequentis.

* CCCLXXXVIII. *Cervus tam attentè in equum oculos figit, ut venatorem non advertens transfigatur.*

UT VIDI, UT PERII.

Damna noxiæ curiositatis sic rectè exprimes.

Cer-

* CCCLXXXIX. *Cervus quolibet anno novum in quolibet cornu aculeum recipit.*

CRESCUNT IRÆ, CRESCENTIBUS ANNIS.

Idea appetitus iraſcibilis continuo in nobis excreſcentis.

* CCCXC. *Cervus cornua amittens, ut meliora recipiat.*

UT MELIORA RECIPIAM.

Idea paupertatis voluntariæ, ſua omnia elargientis, ut centuplum à Deo promiſſum recipiat.

CCCXCI. *Cervi lachryma miram vim medicinalem habens.*

ET LACHRIMÆ SUA VIRTUS INEST.

In vim & efficaciam pœnitentium lachrymarum.

CAPUT XVII.

CUNICULUS.

* CCCXCII. *Cuniculi in antris ſuis mirè in procreandis fœtibus fertiles.*

ADAMATI LUCRA RECESSUS.

In Commendationem Religioſæ ſolitudinis, in quâ ſpiritualiter Deo & nobis fructificamus.

* CCCXCIII. *Cuniculus exiturus receſsum ſuum, obducto ejuſdem oſtio, reti mox concluditur & capitur.*

DOMUM DESERENDO. *Vel,*
DERELICTI DAMNA RECESSUS.

In damna nimiarum excurſionum ſeu Viſitationum Religioſis obvenientia.

CCCXCIV. *Cuniculis pluribus è latebris ſuis prodeuntibus imago I. ſæculi inſcribit.*

UBERIOR LATEBRIS VENATIO.

Exprimere volebat fructus, quos eadem Societas in Miſ-

Missione Hollandicâ per suos in eâ sub sæcularibus vestibus latentes sacerdotes profert.

* CCCXCV. *Cuniculus orbe tergo sibi imposito, per subterraneos suos cuniculos discurrens inscriptum habet.*

SIC AMBULAT ORBIS.

In hodierni mundi ingenium tectè, & non nisi per fraudum & simulationum cuniculos incedentis.

* CCCXCVI. *Cuniculus fertilissimum inter quadrupedia animal recessus subterraneos amans.*

AMANT FOECUNDA LATERE.

Bonorum operum fœtu maximè fœcundi, maxime solitudinem quærunt.

* CCCXCVII. *Cuniculus fertilissimum & timidissimum animal.*

MAXIME FOECUNDI MAXIME TIMIDI.

Timores justorum sic exprimes.

CCCXCVIII. *Cuniculi P. Masenio teste aliquando civitatem integram subverterunt.*

ET PARVIS VIS MAGNA SUBEST.

Peccatorum venialium efficaciam sic exprimes, quibus sæpe in majora fit progressus.

* CCCXCIX. *Cuniculi antro egressuri venatoris retia, in eodem cum mustelis pugnas subeuntes.*

INTUS PUGNÆ, FORIS TIMORES.

Internas justorum cum carne luctas, & externas eis obvenientes calamitates, sic exprimes.

CAPUT XVIII.

CYNOCEPHALUS.

* CD. *Cynocephalus speciem caninam habens.*

SPECIEM, NON FIDEM.

Idea

Idea ſimulatoris fingentis ſe falſo fidelem.

* CDI. *Cynocephalus poſteriori parte ſimia, priori canis.*

SIMIA POST EST.

Idea hominis ex fideli amico demum in adulatorem transformati.

* CDII. *Idem.*

RESPICE FINEM.

Ex eo enim verus amicus ab adulatore diſcernitur.

* CDIII. *Cynocephalus etſi non latrat ut canis, ſummè tamen ſævus eſt.*

NON LATRAT, ET LACERAT.

Idea tacitæ vindictæ.

Imago in peccatis ſopitæ Conſcientiæ.

CDIV. *Idem.*

LATRANTE TACITUS EST PEJOR CANIS CANE.

In idem.

* CDV. *Cynocephalus cum luna mutatur modo lætus, modo triſtis.*

SIC MUTOR AD ILLAM.

Imago inconſtantis.

Imago cultoris Mariani, modo gaudia Paſchali tempore, modo dolores quadrageſimali B. Virginis colentis.

CAPUT XIX.

D A M A.

* CDVI. *Dama in editiſſimis rupibus.*

NIL ARDUA TERRENT.

Imago ingenii ad ardua & excelſa nati.

* CDVII. *Eidem Damæ lemma.*

PRÆRUPTA DELECTANT.

Contemptorem periculorum expreſſum habes.

Dama

* CDVIII. *Dama, ut cecidit, festina mox resurgit.*
FESTINA RESURGAM.
Imago festinatæ pœnitentiæ Justorum.

* CDIX. *Dama sæpe è rupibus altioribus ad inferiores concidens.*
IN ALTO PERICULUM.
Dignitatum & honorum pericula sic exprimuntur.

* CDX. *Dama, cum cadit, innoxia surgit.*
INNOXIA SURGO.
In lapsus veniales justorum.

CAPUT XX.

ELEPHAS. EBUR.

CDXI. *In morte Gustavi Adolphi Sueciæ Regis (Teste Auctore Colloquiorum) Elephanti mortuo, casu suo, serpentem seu Draconem obterenti inscribebatur.*
ETIAM POST VULNERA VICTOR. *Vel,* MORIENDO TRIUMPHUM.
Idea Christi morte sua infernalem serpentem proterentis.

* CDXII. *Elephas in bello currus falcatos, in pace currus Triumphales trahit.*
AD BELLI ET MUNIA PACIS.
Principem seu Ministrum in togâ & sago præclarum exhibitum habes.

CDXIII. *Elephas ad arborem quiescens, secatâ prius per venatores arbore, cum eâ concidens capitur.*
NUSQUAM TUTA FIDES.
In hodiernos mundi mores, quando omnis fides exulat.

CDXIV. *In justis Mareschalci Turenii elephas armis oneratus inscribebatur.*

NEC

NEC ME LABOR ISTE GRAVABIT.

Exprimebatur virilis ætas Mareſchalci ejuſdem ſemper ſub armis exacta

Idea Belliducis aut Miniſtri.

* CDXV. *Elephantes, Maſenio teſte, Ducem inter ſe robuſtiorem eligunt.*

DIGNIOR ELIGITUR.

Exemplum eligendorum digniorum ad Prælaturas.

* CDXVI. *Elephantes adulteria ſuorum morte puniunt.*

NEMO HIC IMPUNIS ADULTER.

Idea Reipublicæ, in quâ adulteria non tolerantur. Seu caſti conjugii idea.

* CDXVII. *Elephas è falcato ad Triumphalem currum tranſlatus.*

POST MUNIA BELLI.

Imago Miniſtri ex Bello ad togam tranſlati.

CDXVIII. *Elephas à mure laceſſitus à Burgundiâ inſcribitur.*

TANTAS RES TANTULA COGIT IN IRAS.

Iracundi cujuſdam leviſſimas ob cauſas Idea.

* CDXIX. *Elephas ab obvio putamine nucis impetitus, eodem putamine aſſervato, eundem dein ſibi obvium impetit, Acoſtâ Teſte.*

REDDERE SCIT VICES.

Imago vindicativi.

CDXX. *Elephas ingens ergaſtulo incluſus, apud Schonhardum inſcribitur.*

IN PARVO NEMO MAGNUS.

In hoc ergaſtulo corporis nemo magnus.

* CDXXI. *Elephanti parienti lemma.*

TARDE, SED ELEPHANTEM.

In dilationem rebus magnis indulgendam.

* CDXXII. *Elephans in ventre, qui ei mollis eſt, ſternitur.*

STER-

STERNITUR IN MOLLI.

Dæmon quos ſternere vult, per tentationes ventris gulæ & luxuriæ ordinarie invadit.

* CDXXIII. *Elephantes ſuos ex venatione vel pugnâ feſſos, in medium recipiunt.*

FRATREM NE DESERE FRATER.

Idea veri amoris in fratres.

* CDXXIV. *Elephas proboſcidem (quâ etiam ad iram utitur) flexilem habens.*

ET FLECTI FACILES IRÆ. *Claud.*

Idea animi reconciliabilis.

* CDXXV. *Elephas dentes ob quos inſidias patitur excutiens.*

PERDERE TUTUM.

In commendationem voti paupertatis Religioſæ, centuplum in cœlo remunerandi.

CDXXVI. *Elephas more militari antiquorum, turrim ligneam portans in quâ milites ſecuri decertant.*

TARDE SED TUTO.

In præfeſtinationem militaribus conſiliis ſemper noxiam.

* CDXXVII. *Elephas ingens.*

PAR MOLI VIRTUS.

Idea Miniſtri magnæ negotiorum moli quâ premitur paris.

* CDXXVIII. *Elephas dentes excutiens eiſdem timens, unde ipſe timebatur.*

TIMET UNDE TIMETUR.

Idea hominis divitis, qui divitiis ſuis timens aliis iiſdem timori eſt.

* CDXXIX. *Elephas alias indomitus, fame optime domatur.*

FAME DOMABIS.

Nimirum jejuniis, corpus petulans optimè coërcetur.

* CDXXX. *Elephas, varias artes edoctus.*

TEMPORE ET ASSIDUITATE.

 Nem-

Nempe omnes ſcientiæ ac artes ſic acquiruntur.

* CDXXXI. *Elephas muſcas corrugatâ cute premens, ac perimens.*

DUM PREMIT PERIMIT.

Idea auſterioris Prælati ſpiritualiter animas ſuorum nimiâ auſteritate perimentis.

* CDXXXII. *Serpens (prudentiæ ſymbolum) ab elephante corporis mole protritus.*

SUCCUMBIT PRUDENTIA MOLI.

Idea viri prudentis negotiorum mole ſuccumbentis.

CDXXXIII. *P. Abrahamus à S. Clarâ elephantem ad proboſcidem majora alia animalia admittentem, culices vero & mures repellentem cum lemmate ſiſtit.*

MAJOR CONCEDITUR, MINOR NEGATUR.

Imago Purgatorii minora ſola peccata expiantis, majoribus ad infernum remiſſis.

* CDXXXIV. *Elephas inconſulto in hoſtem irrumpens ſternitur.*

MOLES SINE MENTE FATISCIT.

Sine conſilio & prudentiâ integra Regna fatiſcunt.

* CDXXXV. *Elephas in aquis Lunæ imaginem ſpeculatus.*

DELECTAT IMAGO.

Idea Filii Dei delectati B. V. Mariâ.

* CDXXXVI. *Elephas ad arborem inclinans cum eâ corruit & capitur.*

EX LIGNO LETHUM.

Expreſſum hic habes primorum Parentum lapſum.

* CDXXXVII. *Elephas ingentem muſcarum turmam cutis ſuæ corrugatione perimens.*

NEC PLURIBUS IMPAR.

Idea infracti erga quoſcunque calumniatorum morſus animi.

Ele-

* CDXXXVIII. *Elephas viſo agno manſueſcit.*
TANTI REFERT, CUI TE SOCIES.
In commoda bonæ Societatis.
* CDXXXIX. *Elephas turrim ad inſtar militaris propugnaculi portans.*
DANT PROPUGNACULA PONDUS.
In Inſpectorem Generalem Propugnaculorum Regni, aut Reip. cujuſdam.
* CDXL. *Elephas mole turritâ ſibi impoſitâ, in hoſtes irruens.*
POST PONDUS IN HOSTES.
Imago hominis gratiarum actualium ponderibus utentis, contra Dæmonum inſultus.
* CDXLI. *Elephas Lunam adoraturus ſe prius abluens apud Fevillæum inſcribitur.*
PURA PLACET PIETAS.
Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. Eccleſiaſtici. 15. Cap.
* CDXLII. *Elephas ob ingentem corporis molem, nullâ corporis parte flexilis.*
INDOCILIS FLECTI.
Imago obſtinatæ & cervicoſæ indolis.
* CDXLIII. *Elephas currum falcatum in hoſtes ducens militibus inſtructum.*
ARMA VIRUMQUE. *Virg.*
Imago Auctoris ſua gravibus argumentis & auctoritatibus fulcientis.
* CDXLIV. *Idem Elephas.*
FALCE TIMENDUS.
Imago mortis.
* CDXLV. *Elephas cum turre ſua.*
DANT PROPUGNACULA FAMAM.
In famoſum Propugnatorem urbis cujuſdam, qualem noſtris temporibus in Viennenſi obſidione egit Illuſtriſſimus Comes Erneſtus Rudigerus De Stharrenberg.

* CDXLVI. *Elephas ingenti dente minime mordax.*

NIL DENTE TIMENDUS.

Idea hominis minime mordacis.

* CDXLVII. *Elephas proboscide simul pro manibus & armis utitur.*

IRA, MANUSQUE SIMUL.

Idea hominis conceptam iram mox deducentis ad effectum.

* CDXLVIII. *Elephas verbis blandis atque apposito cibo exutâ feritate capitur.*

BLANDITIIS CAPIES.

In vim mansuetudinis.

* CDXLIX. *Elephas proboscidem retrahens.*

CONDERE PRÆSTAT.

Exemplum moderandæ iræ.

* CDL. *Elephas ad immanissima pondera paratus, quibus tamen ferendis impar est.*

SUPRA VIRES, NON SUPRA ANIMOS.

Idea animi ad quævis onera subeunda parati.

* CDLI. *Elephantem propriâ imagine in aquis spectatâ terreri quidam scribunt.*

TERRET IMAGO.

Imago hominis propriâ conscientiâ inspectâ remorsu peccatorum ducti.

* CDLII. *Elephas femellâ suâ odore illitâ singulari à venatoribus arte capitur.*

FERT FOEMINA CASSES.

Imago hominis per fœminas seducti.

* CDLIII. *Elephas sagittis confixus nil inde læditur.*

TANGUNT, NON ANGUNT.

Infracti inter adversa animi idea.

* CDLIV. *Elephas sub mole turriti sui, quod fert, propugnaculi corruens.*

PER

PER PROPUGNACULA LETHUM.

Imago Gubernatoris urbis cujuſdam, eidem defendendæ immortui.

EBUR.

* CDLV. *Ebur uſu paulatim flaveſcere incipit.*

CANDOR MINUETUR AB ANNIS.

Imago adoleſcentiæ, innocentiam ſuam paulatim amittentis.

* CDLVI. *Idem.*

CANDOR DEFICIT USU.

Innocentia multâ hominum converſatione diminuitur.

* CDLVII. *Ebori elaborato lemma.*

MULTUS AB ARTE DECOR.

Idea artificis famoſi.

* CDLVIII. *Ebori ab uſu ſplendor nonnullus accedit.*

SIC EXPOLIT USUS.

In vim experientiæ, qua animi excoluntur & expoliuntur.

* CDLIX. *Ebur exterius nigrum, interius totum candidum eſt.*

INTIMA CANDOR HABET.

Imago innocentis animi in deformi corpore.

* CDLX. *Ex ebore combuſto pictores nigerrimum colorem formant.*

FOEDATUR AB IGNE.

In vim luxuriæ, quæ pulcherrimos in fœdiſſimos animos transformat.

* CDLXI. *Ebur artificioſe in varias imagines exſculptum.*

DAT PRETIUM VULNUS.

Idea vulnerati in Paſſione Martyris, aut in prælio militis.

Idea calamitatis utilis juſtis.

CAPUT XXI.

ERINACEUS.

CDLXII. *In funere Marechalci Turenii Erinaceus aculeis explicatis inscriptus fuit.*

OMNIS MIHI VITA SUB ARMIS.

Exprimebatur ejuſdem Turenii vita militaris. Idea etiam vitæ Chriſtiani cujuſlibet. *Militia enim eſt vita hominis ſuper terram.* Job. Cap. 7.

* CDLXIII. *Erinaceus ſuis aculeis involutus lemma ſuſtinet.*

MEA ME VIRTUTE INVOLVO. *Horat.*

Idea hominis à ſolâ virtute ſuâ præſidium quærentis.

* CDLXIV. *Erinaceo explicatis aculeis lemma eſt.*

SPICULA MILLE.

In cujuſdam Principis vel Reip. inſtructiſſimum armamentarium.

* CDLXV. *Eidem lemma.*

EXPLICAT ACULEOS.

Factum fuit in commendationem Scriptoris cujuſdam, qui Mortificationem Libro integro explicaverat.

* CDLXVI. *Erinaceus explicatis aculeis.*

ALIOS PUNGUNT, ME PROTEGUNT.

Imago hominis, in mortificationum aculeis præſidium quærentis contra mundum, carnem, & ſanguinem.

CDLXVII. *Erinaceo pluribus canibus infeſtato apud Fevillæum inſcribitur.*

TOT TELA QUOT HOSTES. *Vel.*

ARMA MEA MECUM PORTO.

Cuilibet tentationi expugnandæ ſufficientibus à Deo auxiliis inſtruimur, accedente uſu liberi arbitrii noſtri.

CDLXVIII. *Erinaceus explicatis aculeis apud Verienum inſcribitur.*

VI-

VIRES AGMINIS UNUS HABET.

Imago Eximii Belliducis.

* CDLXIX. *Eidem Erinaceo lemma.*

ALIOS PUNGUNT, ME VESTIUNT.

Imago S. Brunonis aſperrimum cilicium ſibi, & ordini ſuo pro veſte aſſumentis.

* CDLXX. *Erinaceus in ventre aculeis carens.*

VENTER INERMIS.

Contra ventris gulæ ſcilicet & luxuriæ tentationes minime nobis conſtamus.

CDLXXI. *In juſtis Philippi III. Hiſpaniarum Regis Mediolani factis, exprimendæ ejus in puniendis delictis ſeveritati Erinaceo à Theſauro inſcriptum fuit.*

SOLERTIA DESTINAT ICTUM.

Idea Principis debitè delictores caſtigantis.

* CDLXXII. *Erinaceus explicatis aculeis.*

ASPER UBIQUE.

Intractabilis & inclementis idea.

CDLXXIII. *In Tubo Ariſtotelico Theſauri, Erinaceo eminus aculeos ſuos evibranti lemma eſt.*

ERROR ABEST. *Vel,*

NIL SPATIO FALLENTE MODUM.

Principem è Longinquo exercitus ſuos ordinantem imago exprimit.

* CDLXXIV. *Erinacei ſpicula ſurſum omnia erecta.*

NULLA DEORSUM.

Idea Principis bella juſta & ſacra gerentis.

* CDLXXV. *Erinaceus coram canibus erectis aculeis in globum convolutus.*

CONTRACTUS TUTIOR.

Vis quippe unita fortior.

* CDLXXVI. *Erinacei aculei, pictoribus ad penicilla deſerviunt.*

PINGIT, QUI PUNXERAT OLIM.

Idea S. Pauli Apoſtoli, qui poſt multas in Chriſtianos perſecutiones, demum ſeſe alebat arte ſcenopegiæ.

* CDLXXVII. *Erinaceus aculeis explicatis.*

EXPLICAT ARMA.

In quendam de Re Militari Scriptorem.

* CDLXXVIII. *Idem Erinaceus.*

ACUMEN UBIQUE.

In acutum ingenium.

* CDLXXIX. *Erinaceus explicatis aculeis cum manu, quæ eum vult demulcere.*

NON BLANDIRI, AUT FERIRI.

Idea hominis adulationum inimici.

Mundus & caro cautè tractentur, neceſſe eſt.

* CDLXXX. *Erinaceus, explicatis aculeis intra porcos aliquot conſtitutus.*

PROCUL ESTE PROCACES.

Imago caſti animi.

* CDLXXXI. *Erinaceus explicatis aculeis.*

UNDIQUE TERRET.

In Dæmonem ſeu Tyrannum.

* CDLXXXII. *Erinaceus, qui cuti aculeatæ infixa poma habens, eadem cute armatur & paſcitur, cui proinde cuti lemma.*

PASCIT ET ARMAT.

Imago SS. Euchariſtiæ, quâ paſcimur, & contra Dæmonem armamur.

* CDLXXXIII. *Eidem Erinaceo lemma.*

VESTIT, ET ARMAT.

Cilicii mortificationem ſic exprimes.

* CDLXXXIV. *Eidem Erinaceo explicatis aculeis lemma.*

RERUM TUTELA SUARUM. *Juven.*

Imago hominis propriæ defenſioni ſufficientis.

* CDLXXXV. *Erinaceus in orbem explicatis ſuis aculeis convolutus.*

OR-

ORBIS UBIVIS IN ARMIS.

In hodierna Europæ bella.

* CDXXXVI. *Erinaceus aculeis explicatis inter canes innoxius.*

NON JUS HABUERE NOCENDI.

Imago S. Antonii, aliorumque Sanctorum, inter tot Dæmonum insultus innoxiorum.

CDLXXXVII. *Erinaceo contrectationis omnis impatienti Bruckius inscripsit.*

ERIGITUR VIRTUS TACTA.

Imago virtutis, quæ adversis erigitur.

* CDLXXXVIII. *Erinaceus mortuus.*

ET ADHUC POST FUNERA TERRET.

In Reliquias Variorum Sanctorum, Dæmoni etiam post eorum mortem terribiles.

* CDLXXXIX. *Erinaceus erectos aculeos remittens.*

ET PONI FACILES IRÆ

Imago hominis iracundi quidem, sed proni ad reconciliationem.

* CDXC. *Erinaceus explicatis aculeis à canibus tutus.*

COGNATIS TUTUS AB ARMIS.

Imago hominis potentiâ suæ Parentelæ nitentis.

CDXCI. *Erinaceo pomis aculeis infixis onusto, Fevillæus inscribit.*

MAGNUM VECTIGAL PARSIMONIA.

CDXCII. *In tubo Aristotelico Thesauri Erinaceo aculeos suos explicanti lemma est.*

SERVANDÆ IMPENDERE VITÆ.

Justæ defensionis imago.

* CDXCIII. *Erinaceus erectos aculeos iterum demittens.*

REPOSITIS ARMIS, NON DEPOSITIS.

Imago Principis honestam pacem ineuntis, ad bellum tamen nunquam imparati, si cogatur.

* CDXCIII. *Erinaceus callide ſpiculis ſuis poma infigens.*

ADDITUR ARMIS CALLIDITAS. *Claud.*

Stratagemata Belliducis cujuſdam ſic rite exprimes.

* CDXCIV. *Erinaceus Erinaceo gravidus.*

PLENA DOMUS SPINIS.

Imago hominis, multis ſive conſcientiæ ſive ſæcularium difficultatum ſpinis circumvoluti.

* CDXCV. *Erinaceus ſpiculis ſuis poma infixa gerens.*

VICTUM PROVIDET ARMIS.

Imago Generalis annonæ militaris Commiſſarii.

CDXCVI. *Erinaceus ſpinâ emiſſâ aliam illi ſuccreſcentem habet.*

ALTERA SUCCESSIT.

Imago hominis continuo proximis injurii.

CAPUT XXII.

FELIS.

* CDXCVII. *Felis fame minime coacta petulanter murem diſcerpens.*

NECESSITATEM NON HABENS.

Imago hominis non ex fragilitate humanâ, ſed ex merâ malitia peccantis.

* CDXCVIII. *Felis murem occidens, poſtquam diu cum eo luſerat.*

QUONIAM MORS ULTIMA POENA EST. *Luc.*

Poſt multos mundi luſus & delicias demum mors ultima linea gaudiorum eſt.

* CDXCIX. *Felis cum mure ludens eum demum devorat, ut ſupra.*

HABET SUA QUISQUE PERICULA LUSUS.

In

In pericula lusuum.

* D. *Felis cum cane decertans.*

HOS INTER PRÆLIA SEMPER.

In concupiscentias carnis adversus spiritum.

DI. *Feli ad antrum muri invigilanti P. Masenius inscribit.*

ET VENTER VIGILARE DOCET.

Mundi curas ventri plerumque deservientes Emblema pingit.

* DII. *Felis lapsu in pedes erecta nunquam læditur.*

LABITUR, NON LÆDITUR. *Vel,*
LAPSIBUS ILLÆSA.

Imago viri in adversis infracti.

* DIII. *Idem.*

CASIBUS ERECTA.

In erectum inter adversos casus animum.

* DIV. *Felis candelabrum lambens, ut sebo ejusdem pascatur.*

BLANDIOR UT PASCAR.

Idea parasiti & amici mensæ.

DV. *Felis caseo custos constituta, eundemque arrodens, à P. Masenio inscribitur.*

METUENDUS AMICUS, ET HOSTIS.

Militiam defensivam raro innoxiam expertam habes.

* DVI. *Felis candelabrum allambendo simul illud emundat.*

BLANDIOR, ET MUNDO.

In vim mansuetudinis, quâ dum Confessarius pœnitentem suum tractat, simul à peccatis emundat.

DVII. *Felis cum mure apud Aresium inscribitur.*

DISSIMILIUM INFIDA SOCIETAS.

In quærenda parium consortia.

* DVIII. *Feli jugiter venationi murium intentæ lemma.*

NOCTU CAPIENDO, DIUQUE.

Imago hominis avari lucris semper intenti.

Feli

DIX. *Feli Zibethicæ ex agitatione copiosum muschum exsudanti P. Masenius inscribit.*

TRIBULATIO DITAT. *Vel,* AGITATA FRAGRAT.

In Commendationem tribulationum, quæ spiritualia animæ incrementa præbent.

DX. *Feli in tenebris captum murem ore gestanti P. Engelgrafe inscripsit.*

PRUDENTIORES FILIIS LUCIS.

Politicæ prudentiæ imago.

* DXI. *Feles in alias domos translatæ semper priora tecta repetunt.*

AD TECTA PRIORA.

Imago hominis priores suspectas domos repetentis.

DXII. *Felis elephantis proboscidem custodiens ne eam mus ingrediatur.*

MINOR MAJOREM.

Præceptorem quendam Regium sic exprimes.

CAPUT XXIII.

GLIS.

* DXIII. *Gliri lemma.*

NOCTU STERTENDO, DIUQUE.

Imago hominis otiosi.

* DXIV. *Glis ruituram domum deserens.*

PRÆSAGA RUINÆ.

Imago hominis mundo valedicentis, quod sciat præterire ejus figuram.

* DXV. *Glis libros arrodens.*

VOLUMINA RODIT.

Imago Zoili & Cavillatoris bonorum Auctorum.

* DXVI. *Glires capiuntur veneno indito ficubus, uvis passis. &c.*

PER

PER DULCIA LETUM.

Ingenium Mundi, carnis & dæmonis eſt, per delicias nos ad exitium ſempiternum adducere.

* DXVII. *Glis quiete impinguatur.*

IMPINGUATA QUIETE.

In commendationem exercitiorum ſpiritualium, quibus anima mirum impinguatur, & proficit.

CAPUT XXIV.

HYÆNA.

* DXVIII. *Hyæna ſingultum hominis fingens, ut occurrentem devoret.*

DOLUS NON DOLOR.

EVOCAT, UT LACERET.

Imago fictæ pœnitentiæ.

Imago mundi, ſuos ad æternum exitium vocantis.

* DXIX. *Hyæna inſatiabilis.*

REPLEOR NON EXPLEOR.

Idea avari & guloſi.

* DXX. *Hyæna Berchorio teſte ſexum mutans, & è mare fit femella.*

FOEMINA POST EST.

Imago hominis è cordato in meticuloſum transformati.

* DXXI. *Hyænæ umbra canes obmuteſcere facit.*

UMBRA SISTO LATRATUM.

In vim patrocinii cujuſdam, qui protectionis ſuæ umbra calumnias aliorum finiebat.

CAPUT XXV.

I C T I S.

* DXXII. *Ictis ovo vacuo dentatæ decipulæ imposito capta.*

SPE PERDOR INANI.

Idea multorum inani mundanarum rerum ſpe deceptorum.

* DXXIII. *Ictis ovo, unde pulli vita ſperabatur, capta.*

ALTERIUS VITÆ SPE CAPTA.

Idea Miſſionarii carceres libenter ſubeuntis ſpe melioris in cœlo vitæ.

* DXXIV. *Ictis ſerpentes comeſtura oris amaricandi cauſa rutam geſtat.*

MEDICAMEN AB ORE.

Peccatoris confitentis imago.

* DXXV. *Ictis de die inter ſtrues lignorum, alioſque receſſus latens maxime ſecura eſt.*

TUTA RECESSU.

In Commendationem ſolitudinis Religioſæ.

CAPUT XXVI.

L E O.

DXXVI. *Leo vulpem comedens à Meneſterio lemma habet.*

FRAUS VIRTUTE PERIT.

Fraudis generoſè retortæ imago.

* DXXVII. *Leo ex ungue quidem, ſed melius ex exuviis cognoſcendus.*

EXUVIIS MELIUS. *Vel*, NOSCITUR EXUVIIS.

Ima-

Imago Sancti, cujus apud Deum Sanctitas cognoscitur ex miraculis, ad ejus Reliquias patratis.

* DXXVIII. *Leoni generoso lemma.*

SPIRANT PRÆCORDIA PUGNAM.

Idea Belliducis generosi.

DXXIX. *Leo ad ignis conspectum fugiens apud Verienum inscribitur.*

TOTUS IGNIS LUCEM FUGIT.

Idea hominis amore Dei ardentis, ac dignitates mundanas respuentis.

* DXXX. *Leo ad ignes elementares fugiens in ignem solis irretortis oculis intuens.*

NON QUOSVIS ABHORRET.

Imago hominis terrenis amoribus puri, dum totus Deo ardet.

* LXXXI. *Leo Zelandicus dimidio corpore è fluctibus marinis eminens in monetâ ejusdem Provinciæ inscribitur.*

LUCTOR, ET EMERGO.

Hominem medias inter adversitatum tempestates, colluctantem sic exprimes.

* DXXXII. *Leo irritatus tarde iras concipit.*

LENTUS IN IRAS.

Imago D. Dei, qui lentus est in vindicandis hominum peccatis.

DXXXIII *Leæna in fugâ gravitatis pristinæ nihil oblita à Zinckgrefio inscribitur.*

NEC TUNC OBLITA DECORI.

Imago Belli Ducis decoro receptui studentis.

DXXXIV. *Leo caute manu attrectatus lemma tenet.*

CAUTE, ET PAULATIM.

Exemplum qualiter ferox indoles ad obsequium & mansuetudinem sit reducenda.

DXXXV. *Leo gallum perhorrescens.*

INFIRMIS FORTIA CEDUNT.

Infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia. 1 Cor. 1.

Amu-

* DXXXVI. *A muliere Getulâ obvius Leo rogatus ut parceret, innoxiam mulierem dimisit.*

PARCO ROGATUS. *Vel, ut Chovayno placet.*

FACILES MOTUS MENS GENEROSA CAPIT.

Imago Leonis de Tribu Juda, qui orationibus justorum ad misericordiam flectitur.

DXXXVII. *Leoni inter latratus canum immotâ semper mente Camerarius inscripsit.*

MENS IMMOTA MANET.

Idea viri inter varias fortunæ revolutiones semper imperterriti.

* DXXXVIII. *Leo Samsonis cum examine apum in ore.*

MILLE ANIMAS UNA NECATA DEDIT.

Imago Christi (qui Leo de Tribu Juda est) morte sua vitam omnibus proferentis.

DXXXIX. *Leoni velo oculis objecto mansuefacto, apud Verienum inscribitur.*

IRAM PRUDENTIA SISTIT.

DXL. *Imperialis Urbs Agrippina Colonia testatura antiquam süam erga Imperatorem fidem, Leoni aliquando inscripsit.*

QUALIS OLIM, TALIS ADHUC. *Vel,* ANTIQUA VIRTUTE, FIDEQUE.

Idea constantis animi.

DXLI. *Leoni una cum vulpe currum trahenti, Bruckius inscripsit.*

VIRTUTE, VEL ASTU.

Imago hominis aulici.

* DXLII. *Leoni XI. Innocentio (apud quem Cardinalis GYBO primarius Minister erat) inscripsi aliquando.*

NON VULGARI PASCITUR ILLE CIBO.

Allusio erat ad ejusdem Cardinalis nomen, & virtutes.

* DXLIII. *Leo horrorem pullis suis rugitu incutiens.*

INCUTIT HORROREM TENERIS.

Imago eorum parentum, qui in juventute prolibus suis Dei timorem, & peccati horrorem incutiunt.

DXLIV. *Apud Fevillæum dormienti Leoni inscriptum est.*

COR VIGILAT. *Vel*, PARS EXCUBAT OPTIMA.

Ita se Sponsus depingit *Cant. 5. Cap.*

* DXLV. *Leo igne in retia agitur, & velatis oculis capitur.*

UMBRIS CAPIENDUS ET IGNE.

Exemplum ejusmodi, quo Dæmon alios libidinum ignibus, alios honorum mundanorum umbris in retia agit.

DXLVI. *Leo ab homine ad catenam alligatus circumducitur.*

FORTEM VIS FORTIOR URGET.

Imago Dæmonis à forti Dei manu constricti.

DXLVII. *Maxim. Emanuele Bavariæ Electore, in sponsam sumente Theresiam Cunigundam Joannis III. Poloniæ Reg. filiam, allusura ad Leonem Bavarorum, & scutum Sobieskiorum Posnaniensis Urbs, Leoni cui scutum ad collum appensum inscripsit.*

FORTIOR INDE.

Impavidum quamvis finxit natura leonem,
Fortior at clypeo, cogitur esse Leo.

Sanctissimos quosvis timor Dei, tanquam scutum unde plus firmentur in Sanctitate, comitetur necesse est.

DXLVIII. *Rege Sueciæ (cui Leo pro insigni) Electoralibus ditionibus pulso, in numismate Brandenburgico, Leo oriente sole aquilæ nidum invadens inscribebatur.*

QUEM DIES VIDIT, VENIENS SUPERBUM.

Ab altero latere Leo ab Aquilâ ad solis occasum fugæ datus.

HUNC DIES VIDIT FUGIENS JACENTEM.

Imago superbiæ castigatæ. (*Sen.*

* DXLIX. *Leo Samsonis cum favo mellis in ore.*

SED PECTUS AMARUM.

Imago personati amici & adulatoris.

* DL. *Leo satur pugnæ parum ineptus.*

PLENUS VENTER NON PUGNAT LIBENTER.

Imago gulosi inepti ad spirituales cum mundo, carne & dæmone pugnas.

* DLI. *Leo non nisi prædas & pugnas cum majoribus animalibus affectans.*

NON NISI PRÆDA MAJOR.

Idea magni animi.

DLII. *Anno* 1588. *in quadam Fœderati Belgii monetâ, Leo vinculis sibi injectis ferociens, eandemque disrumpens inscribebatur.*

VINCIRI LEO PERNEGAT.

Idea animi omnis subjectionis impatientis.

Idea animi peccati jugum abhorrentis.

* DLIII. *Leo quem manus demulcet, nil demulcenti nocens.*

VIS BENEFICII.

In vim & efficaciam beneficiorum, in ferocissimis etiam animis.

* DLIV. *Leo occisum cadaver deferens.*

CUM JAM SATIAVERIT IRAM. *Ovid.*

Imago vindicativi non abstinentis ab injuriis proximi, nisi animo expleto.

DLV. *Leonis cadaveri variis bestiis circumdato, Chovaynus inscribit.*

QUEM METUIT, QUISQUE PERIRE CUPIT.

Tyranni mortem ab omnibus expetitam, expressam vides.

* DLVI. *Idem Leo senio confectus.*

NEC ANNI DOMUERE FEROCEM. *Vel.*
INFRACTÆ IN PRÆLIA VIRES.

Idea

Idea Tyranni Senis, aut carnes in senectute adhuc rebellis.

DLVII. *Leo oculis semper apertis.*

VIGILES NOCTESQUE DIESQUE.

Imago vigilis Prælati, Belli ducis &c.

* DLVIII. *Leo canum aliquot victor.*

VICTOR TRIUMPHO NOBILI.

Imago Christi Resurgentis.

DLIX. *Wesaliâ (quæ ex Belgico idiomate Mustelam sonat) An. 1629. per Fœd. Belgii Status interceptâ, in nummo apparuit mustela, contra vulpem à Leone protecta, cum lemmate.*

REGIA RES, IDEOQUE MEUM EST, SUCCURRERE LAPSIS.

Protectorem oppressorum sic exprimes.

DLX. *Sigismundus Imp. Leonibus currum frumentarium trahentibus inscripsit.*

AD MESSEM GLORIÆ.

Animi gloriæ mundani cupidi idea.

* DLXI. *Leo in Vinculis adhuc generosus.*

SUPEREST ANIMOSA VOLUNTAS. *Ovid.*

Imago imperterriti inter carceres Martyris.

* DLXII. *Exuviæ Leonis.*

ET SUUS EXUVIIS TERROR.

In vim Reliquiarum Sanctorum, quæ Dæmonibus ingenti horrori sunt.

* DLXIII. *Catulus Leonis jam generosus.*

NON ANNI SED ANIMI.

Nempe spectanda plus in homine virtus, quam ætas.

* DLXIV. *Leo inter canes, multis vulneribus confectus, de generositate suâ nil remittens.*

NIL VULNERA TERRENT.

Imago variorum SS. Martyrum, qui post plurima virgarum, forcipum ignitorum, scorpionum &c. plagas constantes pro Christo mansere.

* DLXV. *Leo catulos suos rugitu è somno excitans, ut eos prædâ suâ pascat.*

PASCIT QUOS TERRUIT.

Imago D. Dei recreantis eos consolationibus suis quos ante terruerat desolationibus.

DLXVI. *Apud Auctorem Colloquiorum, Leo in cavernâ suâ quiescens inscribitur.*

ET DUM TENET OTIA TERRET.

Idea Principis etiam in pace, hostibus suis formidabilis.

* DLXVII. *Leo à Samsone devictus, cum favo mellis in ore.*

PUGNÆ PRETIUM VICTORIA DULCIS.

In suavitatem devictarum post ingentem luctam tentationum.

* DLXVIII. *Leo post commissum adulterium, flumine sese abluens.*

SE FLUMINE PURGAT ADULTER.

Imago adulteri pœnitentis.

* DLXIX. *Leones in amphitheatris cum feris decertantes.*

PRÆBENT SPECTACULA CAPTI. *Ovid.*

Imago SS. Martyrum ad feras pro Deo damnatorum.

DLXX. *Leo à Gallo cantante in fugam actus, à Chovayno lemma recepit.*

VIGILI CUSTODE FUGATUR.

Dæmonem aut seductorem quemvis, Prælati vigilis curâ à grege Dominico repelli, documento esse Emblema poterit.

DLXXI. *Ludovicus Bavarus Leoni, cujus fauces ab homine constringebantur inscripsit.*

IRÆ MODERERIS ET ORI.

DLXXII. *Verienus caudæ Leoninæ inscribit.*

FLECTITUR ET RIGET.

Imago Judicis, qui rigorem suum mansuetudine attemperat.

* DLXXIII. *Leo impastus canibus aliisque feris terrori est.*

IMPASTUM METUUNT.

Dæmonibus justorum jejunia terrori sunt.

* DLXXIV. *Leonis ab Hercule devicti exuviæ, eidem Herculi in vestem cedentes.*

ET SUUS EXUVIIS HONOR EST.

In Reliquias Sanctorum.

* DLXXV. *Leo ab oculis velo dimisso, libertatem recipiens.*

CUM LUCE LIBERTAS.

Imago peccatoris qui cum luce gratiarum actualium, se in libertatem filiorum Dei asserit.

DLXXVI. *Clarissimus Wagenseilius, Leoni Gentilitio Max. Emanuelis, Bavariæ Electoris inscripsit.*

FREMIT HORRIDUS ORE CRUENTO.

Imago Principis & Belliducis generosi.

Imago Christi cum valido in Cruce clamore alloquentis cœlestem Patrem.

* DLXXVII. *Leo rugitu catulos suos exterrens.*

PROPRIOS EXTERRET ALUMNOS.

Imago Dæmonis cultores suos magos, aliosque miris modis exterrentis.

DLXXVIII. *Anno* 1581. *in nummo Belgico, Leo ab equite irritatus, in eumque ferociens, inscribebatur.*

VALET IRRITATUS.

Domini Dei cum à peccatoribus concitatus, ad pœnas infligendas procedit imago.

DLXXIX. *Leo & Leæna, sibi blandi apud Chovaynum inscribuntur.*

HOS QUOQUE JUNXIT AMOR.

Vim amoris expressam vides, ferocissimo cuivis, etiam dominantis.

* DLXXX. *Leo beneficii ejus, quo olim ægro spina è pede detracta fuerat, in amphitheatro memor.*

MANET ALTA MENTE REPOSTUM.

Imago hominis ſuo benefactori grati.

DLXXXI. *Leo (majeſtatis ſymbolum) velatis oculis.*

MAJESTAS SUB METU.

Idea terrenorum Regnorum, quorum ſine metu nullum eſt.

* DLXXXII. *Leo hinc cum gallo, inde cum igne.*

NUSQUAM SECURA MAJESTAS.

* DLXXXIII. *Leo ſtrato hoſti parcens.*

MAXIME POTENTES, MAXIME CLEMENTES.

Hoc in D. Deo quam maximè patet. De quo Eccleſia. *Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miſerando manifeſtas. Dom. x. Poſt. Pent.*

* DLXXXIV. *Leo quadrupedum Rex ſtrato hoſti parcens.*

REGNI CLEMENTIA CUSTOS.

DLXXXV. *Leoni C. Mauolet Gallus Calcographus inſcripſit.*

NEC VIRTUS CITRA GENUS EST.

In indolem excelſæ ſuæ familiæ minimè degenerem.

* DLXXXVI. *Leo velato capite manſueſcens.*

VELATUS MANSUESCIT.

Imago Chriſti Domini ſub velo ſpecierum Euchariſticarum mitis & manſueti. Idem de Chriſto incarnato dices.

* DLXXXVII. *Leo ad larvam minime territus.*

NON TERRET LARVA LEONEM.

Idea animi imperterriti contra dæmonis fraudes.

* DLXXXVIII. *Leo catulos ſuos exterrefaciens rugitu, deinde eis blanditur.*

TERRORI SUCCEDIT AMOR.

Imago Principis aut Prælati, in eos demum clementis, quos per rigorem pœnarum aut diſciplinæ, neceſſe fuerat terrere.

Con-

Consolationes justorum scrupulis succedentes etiam expressos habes. uti & legem novam veteri.

* DLXXXIX. *Leo altorem suum discerpens.*

NOXIUS ALTORI.

Imago ingrati animi, aut indignæ Communionis.

* DXC. *Leæna velum oculis suis injectum excutiens.*

EXCUTIT INJECTUM.

Idea Virginis Religiosæ velum suum Religiosum, ad quod malè coacta fuerat, rejicientis.

* DXCI. *Leænæ lemma.*

REGINA FERARUM.

Imago animæ malis suis affectibus dominantis.

DXCII. *Leo in cavernâ, ad quam omnia ferarum vestigia antrorsum, nulla retrorsum.*

VESTIGIA TERRENT.

Omnia se antrorsum spectantia, nulla retrorsum.

Nempe terreri nos par est, tot funestis vestigiis eorum qui fraude dæmonis allecti æternum perierunt.

* DXCIII. *Leo in pluribus spectaculis victor.*

PRÆBENT SPECTACULA FAMAM.

In insignem comœdum.

* DXCIV. *Leo animalium Rex.*

PER FORTIA REGNUM.

In cœlorum Regnum per fortia heroicæ & Christianæ fortitudinis specimina promerendum.

* DXCV. *Idem Leo.*

PER FORTIA FAMAM.

Imago Martyris & Celebris Belliducis.

* DXCVI. *Leo apertis oculis dormiens.*

COR DORMIT.

Imago hominis inter multas corporis vigilias Deo tepidè servientis.

* DXCVII. *Idem Leo apertis oculis dormiens.*

MENTITUR VIGILEM.

Factum fuit in quendam multarum vigiliarum simulatorem.

* DXCVIII. *Leæna in spectaculo occisa.*

PRÆBENT SPECTACULA LETHUM.

Imago Virginis, quæ occasione cujusdam Comœdiæ ad turpia seducta fuerat.

* DXCIX. *Leo in caveâ inclusus, multos spectatores habens.*

PROCUL, SI SOLVERER ESSENT.

Imago Captivi inter hostes Belliducis.

* DC. *Leo Samsonis.*

POST MELLA PUTRESCIT.

Hujus mundi delicias fœtidi corporis putrefactio subsequitur.

Idea animæ per mundi delitias in peccata prolabentis.

* DCI. *Leo apertis oculis dormiens.*

DORMIT IN EXCUBIIS.

Imago S. Petri in horto dormientis.

Imago Prælati desidis.

* DCII. *Leo in deserto vivens.*

DESERTA DELECTANT.

Imago solitarii.

DCIII. *Leoni excubias agenti, Auctor Peristromatum Regis Galliæ inscribit.*

QUIS HUNC IMPUNE LACESSET ?

Regis sui ingentes animos, impunè minimè lacessendos, exprimebat auctor.

CAPUT XXVII.

LEOPARDUS.

DCIV. *Leopardus blandis hominum vocibus magis efferatus.*

EFFERAT HANC VOX BLANDA FERAM.

Imago hominis, per blanda verba asperioris.

Ex

* DCV. *Ex Leopardis fœmina crudelior est quam masculus.*

MAS MINUS IN RABIEM.

Nihil super iram mulieris. Eccli. C. 25.

* DCVI. *Leopardus sub variegatâ maculis cute ferox.*

FERITATE ET VARIETATE.

Imago ferocis & versipellis Tyranni.

CAPUT XXVIII.

LEPUS.

* DCVII. *Lepus à cane infestatus, repente se ad terram deprimendo canes transilientes evadit.*

DEPRESSUS EVADAM.

Imago eorum, qui adversis depressi laqueos dæmonis evadunt.

Imago etiam eorum qui humilitate dæmonis persecutionibus majores sunt.

* DCVIII. *Lepus posterioribus pedibus contractus, seu claudicans.*

POSTERIORIBUS CLAUDICAT.

Imago eorum qui ad mundana tardi sunt.

DCIX. *Lepori apud Verienum inscribitur.*

IN CURSU SOLUM AUDAX.

Imago fugitivi militis.

* DCX. *Lepus in medio cursu humiliando se, persequentem canem decipit, dum eum canis transilit.*

PERSECUTORE DELUSO.

Imago S. Athanasii Episcopi, & Ecclesiæ Doctoris, persequentes sese Arrianos, artificiosè illudentis.

* DCXI. *Lepus ad quemcunque strepitum terrefactus.*

AD STREPITUM PAVIDUS. *Vel,* OMNIA TUTA TIMET.

Imago scrupulosi.

* DCXII. *Lepus fiſtulâ inflatâ aures erigens, ac corpus à venatore trajicitur.*

AUDISSE PERISSE EST.

In pericula eorum, qui obſcœnos cantus audiunt.

* DCXIII. *Lepus de hyeme in rigoribus nivium ex veſtigiis facile capiendus.*

PER RIGIDA LETHUM.

Imago eorum, quos indiſcretis rigoribus ad caſſes diabolus trahit.

* DCXIV. *Lepores cubilia ſua ſaltu repetunt.*

CUBILIA SALTU.

Imago eorum Martyrum, qui ad æternam requiem tranſmiſſi ſunt, cum ex ſcalis patibularibus ſaltu quaſi dejici ſe paſſi ſunt pro Deo.

* CDXV. *Lepus ſinuoſis flexibus canem exagitans.*

AGITATUS EXAGITO.

Eorum Martyrum imago, qui in Martyriis ſuis Tyrannos mirè exagitarunt.

Spiritus carnem exagitantis imago.

* DCXVI. *Lepores oculis apertis ſemper dormientes.*

MAXIME VIGILES, MAXIME TIMIDI.

Prudentiores plerumque timidiores videas.

* DCXVII. *Lepus à canibus perſecutus celerrimus eſt.*

PERSECUTUS AGILIOR.

Imago plurium, qui perſecutionibus excitatiores facti ſunt.

* DCXVIII. *Lepus multis canibus obſeſſus.*

VIRIBUS IMPARIBUS. *Virg.*

Imago hominis poſt dilatam diu pœnitentiam moribundi, quando tantis dæmonum tentationibus impar eſt.

* DCXIX. *Lepus poſterioribus pedibus claudicans.*

MAXIME CLAUDI, MAXIME AGILES.

Adagium eſt, *Claudos ordinario chorœdos eſſe velle.*

* DCXX. *Lepus femella per diverſa loca fœtus ſuos ſpargit, ne omnes ſimul amittat.*

SPAR-

SPARGERE LUCRUM.

Imago voluntariæ paupertatis.

Imago parentum filios Religioni permittentium.

* DCXXI. *Lepus è vestigiis suis nivi vel luto impressis capitur.*

MEA PER VESTIGIA LETHUM.

Imago eorum, qui mala aliis exempla præbendo pereunt.

CAPUT XXIX.

LUPUS.

DCXXII. *Lupus inter oves sive signatas, sive non signatas à Zinckgrefio inscribitur.*

NULLO DISCRIMINE.

Imago Dæmonis minimè parcentis etiam iis, qui charactere sacro notati sunt.

* DCXXIII. *Lupus juxta adagium pilum mutat, non animum.*

MENS PRISTINA MANSIT. *Ovid.*

Imago hominis cum Religioso habitu mores minimè mutantis.

DCXXIV. *Lupo capram, à quâ enutritus fuerat, devoranti Camerarius inscribit.*

NULLO FLECTITUR OBSEQUIO.

Imago Ingrati hominis.

DCXXV. *Lupa Remum & Romulum ad ubera habens.*

BINOS ALIT UBERE FOETUS.

Factum fuit in fundatorem Collegii Germanicæ & Hungaricæ nationis Romæ.

* DCXXVI. *Lupus, uti quidam volunt, si primo ab homine videatur, minimè ei nocet, secus si ipse primo hominem videat.*

SI VIDEAS, MINUS ILLE NOCET.

In-

Innuit Emblema Prælatorum vigilantiâ, feductorum fraudibus optimè obviari.

DCXXVII. *Lupus Matri S. Andreæ Corsini in somno objectus, ad fores templi, in agnum transmutari visus.*

QUANTUM MUTATUS AB ILLO.

In repentinam cujusdam peccatoris conversionem.

DCXXVIII. *Allusurus ad Familiæ Metternichianæ gentilitium lupum aliquis, quando ex eadem in Episcopum promotus fuerat quidam, lupo ad ovile excubanti inscripsit.*

NIL OPUS EXCUBITORE CANE.

S. Lupum Trecensem in Galliâ Episcopum sic rectè exprimes.

DCXXIX. *Honori ejusdem Episcopi, Lupæ Remum & Romulum ad ubera habenti, inscriptum fuit.*

PLUS PASCENTE LUPO.

In eundem S. Lupum Episcopum.

DCXXX. *Lupus oves rapturus, in paratam sibi decipulam incidit.*

INIQUITATES SUÆ CAPIUNT IMPIUM. *Prov. 5. Cap.*

* DCXXXI. *Lupus oviculam vorans.*

VORAT QUAM TERRUIT.

Imago Dæmonis quem prius scrupulis exterruit, demum in æternam perniciem adducentis.

* DCXXXII. *Lupus in rigore hyemis prædis inhians.*

DANT RIGIDA PRÆDAS.

In militaria hyberna.

* DCXXXIII. *Lupus primo ab homine visus feritate depositâ mansuescit.*

MANSUESCIT VISUS.

Imago S. Pauli, qui veluti rapax gregis Dominici lupus, mox mansuevit ut à Deo oculis gratiæ respectus fuit.

Imago

Imago itidem S.Petri, à Christo in Passione aspecti, indeque conversi.

DCXXXIV. *Lupo quod non solum fame coactus, sed etiam ex merâ rabie oves discerpat, nullâ fame coactus à Chovayno lemma habet.*

RABIEQUE FAMEQUE.

Dæmonis manifestum simulachrum.

DCXXXV. *Lupo cum Leone congresso, & discerpto P. le Moyne inscripsit.*

PUGNA CONGRESSUS INIQUA.

In certamina supra vires tentata.

DCXXXVI. *Lupus ex discerptâ mox ove adhuc sanguinolentus, aliam nihilominus adhuc discerpturus, à Chovayno inscribitur.*

ET NUNC QUOQUE SANGUINE GAUDET.

Tyranni simulachrum uni martyrio, alterum substituentis.

CAPUT XXX.

LUTRA.

* DCXXXVII. *Lutra amphybium in terrâ & aquâ vivens, à Petra Sanctâ inscribitur.*

IN UTRUMQUE PARATUS.

Imago adulatoris omnibus sese accommodantis.

CAPUT XXXI.

LINX.

* DCXXXVIII. *Linx adeo perspicacis visus, ut ipsos muros visu penetret.*

QUEM NULLUM LATET SECRETUM.

Divinam perspicaciam sic exprimes.

* DCXXXIX. *Linx animal viſu perſpicax, pelle variis maculis variegatâ.*

PERSPICACIA, ET VARIETATE.

Perſpicacis rerumque varietate inſignis ſive Hiſtorici, ſive alterius Miniſtri ea imago eſt.

* DCXL. *Linx prædam captam relinquit amore novæ cui inhiat.*

FUTURIS INHIAT, PRÆSENTIA LINQUIT.

Imago eorum, qui relictis mundanis æterna ſectantur.

CAPUT XXXII.

MANTICHORA.

* DCXLI. *Mantichóra parvæ molis, ſed magnæ ferociæ animal.*

NON MOLE, SED INDOLE TERRET.

Dæmonis imago.

Peccati venialis horrorem ſic exprimes.

CAPUT XXXIII.

MELIS SEU TAXO.

* DCXLII. *Melis unum anteriorem ac poſteriorem expedibus minorem habens venatore perſequente, ſulcos aratri aut rotarum quærens, ut eorum clivo elatiore defectum eorum ſupplendo elabatur.*

DEFECTUM INDUSTRIA SUPPLET.

CA-

CAPUT XXXIV.

MONOCEROS.

* DCXLIII. *Monocerotem compare visâ protinus mansuescere scribunt quidam.*

COMPARE MITESCIT.

Imago eorum, qui salutaribus uxorum moribus & monitis mansuefiunt, & convertuntur.

* DCXLIV. *Monoceros, antequam cornu suo feriat, prævie minatur.*

MINATUR ANTEQUAM FERIAT.

Imago D. Dei, qui pœnis minas Concionatorum, Confessariorum, &c. præmittit.

DCXLV. *Monoceroti cornu aquam ante potum exploranti Camerarius inscribit.*

NIL INEXPLORATO.

Prudentis viri imago ea est, præmeditantis prævie ac scrutantis omnia, antequam aggrediatur quidpiam.

DCXLVI. *Ad mentem eorum, qui volunt monocerotem sine compare esse, & generari, rectè ei inscribes.*

GENERATIONEM EJUS QUIS ENARRABIT.

In generationem utramque Secundæ in Trinitate Personæ.

* DCXLVII. *Monoceros aliis animalibus se mitem præbet, minimè vero suis.*

ALIIS MITIS, GREGALIBUS ASPER.

Idea Prælati in suos asperi, in alios benigni.

* DCXLVIII. *Monoceros equi formam habens.*

SPECIEM, NON INDOLEM.

Imago hominis generositatem præ se ferentis, minimè vero eâ præditi.

*DCXLIX. *Monoceros cornu rectum, quo feriat, habens.*

REC-

RECTUS IN IRAM.

Imago iracundi qualem David deſcribit.
Iraſcimini & nolite peccare. Pſalm. 4.

* DCL. *Monoceros cornu in aquam immiſſo, veneno ejuſdem aquæ minimè læditur.*

NIL NOXIA LÆDUNT.

In variorum SS. poteſtatem, venenis medendi. *Si mortiferum quid biberint, non eis nocebit.* Marci C. 16.

* DCLI. *Monoceros cornu ſuo recto, quo pro iræ inſtrumento utitur, etiam venena pellit.*

QUÆ RECTA EST, IRA MEDETUR.

In vim juſtæ & moderatæ correctionis.

* DCLII. *Monoceros ſemper in oculis ſuis cornu rectum habens.*

RECTUM IN OCULIS.

Imago hominis oculis ſuis, ad malum minimè abutentis

* DCLIII. *Monoceros animal maximè robuſtum, quodque cornu ſuo venena provide explorat.*

FORTITER ET PROVIDE.

Imago fortis & providi Miniſtri, Belliducis &c.

* DCLIV. *Monoceros fronte pretioſum cornu gerens.*

FRONS PRETIOSA GERIT.

Imago frontis cui ſignum S. Crucis impreſſum eſt.

* DCLV. *Idem.*

FRONTE TIMENDUS.

Imago hominis prudentis.

* DCLVI. *Monoceros cornu ſuo ſerpentes fugans.*

SERPENTIBUS IRA LETHALIS.

Imago ſeveri in malos Prælati.

* DCLVII. *Monoceros longum cornu gerens.*

LONGAM FERT PROVIDUS IRAM.

Imago hominis diuturno tempore ſapienter iracundi.

* DCLVIII. *Monoceros rectum in fronte cornu habens.*

RE-

RECTI SIBI CONSCIA FRONS EST.

In consilia bonâ intentione suscepta.

* DCLIX. *Monoceros cornu feriens & medelas adferens.*

MEDICAMEN ET ARMA.

In vim S. Crucis fronti impressæ.

* DCLX. *Monocerotem, qui unicum esse volunt, recte ei inscribi dicent.*

ABSQUE SECUNDO.

Imago rari ingenii.

* DCLXI. *Monoceros cornu suo aquam feriens, ut ab eâ venena tollat.*

UT MEDEAR, FERIO.

Imago D. Dei ferientis nos calamitatum suarum cornu, ut peccatorum veneno medeatur.

CAPUT XXXV.

MULUS.

* DCLXII. *Mulus ad portandas Principum sarcinas, & phaleras deputatum animal.*

AD ONUS, ET PHALERAS.

Imago indocti Aulici.

CAPUT XXXVI.

MUSTELA.

* DCLXIII. *Mustela omnis munditiei studiosa.*

MENS MUNDIOR.

Imago hominis sub externo vestium cultu, mundiorem animam circumferentis.

* DCLXIV. *Mustela candidi semper coloris.*

SEMPER ET HOC UNO.

Imago candidi animi, omnis fraudis expertis.

* DCLXV. *Muſtela omnem immunditiem abhorrens.*
NE FOEDA SIT, VEL LUBRICA. *Ex Hym.*
Idea caſti animi.

* DCLXVI. *Muſtela pariens ea, quæ aure conceperat, dicitur enim aure concipere.*
AUDITA REVELAT.
Imago hominis minime ſecreti.
Imago B. V. Mariæ parientis Chriſtum.

* DCLXVII. *Muſtela coloris candidi & ſagaciſſimi odoris eſt.*
CUM CANDORE SAGAX.
Imago ſagacis, & conſcientioſi Politici.

DCLXVIII. *P. Nieſporkowitz, in ſuis de B. Virgine elogiis, muſtelæ inſcribit.*
INNOCUO CANDORE NITESCIT.
Imago B. Virginis ſine labe conceptæ.

CAPUT XXXVII.

OVIS.

DCLXIX. *Ovis à bono Paſtore, in humeris portata.*
TANTÆ MOLIS ERAT.
Nempe tantæ molis erat generis humani redemptio, ut ipſi filio Dei moriendum fuerit.

DCLXX. *Ovis ſpeciali ſigno notata à Zinckgrefio inſcribitur.*
NOTOR UT NOSCAR.
In vim Sacramentalis characteris.

DCLXXI. *Ovi perditæ Chovaynus inſcribit.*
RECUPERATA, QUAM CONTINUATA POSSESSIO DULCIOR.
Gaudium quod in cœlo eſt, ſuper peccatore pœnitentiam agente expreſſum habes.

DCLXXII. *Ovi lupum lactanti P. Maſenius inſcribit.*

MOR-

MORTIS ALIMENTA MINISTRAT.

Idea indignè communicantium.

DCLXXIII. *Idem P. Masenius, Pastori ingentem ovium gregem ducenti inscripsit.*

MAXIMUM DOMINIUM, MAXIMA SERVITUS.

DCLXXIV. *Ovis absynthium decerpens.*

NON CUIVIS PALATO, SED MEO.

Imago cujusdam, qui mortificationum absynthium in deliciis computat.

Singularitatis imago.

DCLXXV. *In Thesibus Illmo. Andreæ Chrysostomo Zaluskio Plocensi Episcopo dicatis, ejusdem gentilitia ovis tonsa inscribebatur.*

NON SIBI SED POPULO.

Ea obligatio Episcoporum est, ut magis gregis, quam proprio commodo studeant.

DCLXXVI. *Ovis à P. Masenio inscribitur.*

ET CANDORE PLACET.

B. V. Mariam immaculatè conceptam, exprimebat.

* DCLXXVII. *Ovium integer grex, unâ præeunte, ex ponte præceps.*

UNIUS EXEMPLO.

Vim malorum exemplorum expressam habes.

DCLXXVIII. *Eadem quæ supra gentilitia ovis, Episcopi Plocensis integrum ovium gregem præcedens, in iisdem Thesibus inscribebatur.*

HOC DUCE, FAUSTA VIA EST.

In vim exemplorum.

Alludebatur ad ejusdem Illmi. Legationem, quando Sermam. Thereſiam Cunigundam Joannis III. Poloniæ Regis filiam, in Belgium ducebat, futuram sponsam Sermi Electoris Bavariæ.

* DCLXXIX. *Grex integer ovium, à lupo uno interfectus.*

UNIUS INGLUVIE.

Perditionem humani generis ex lapſu Adæ. Infanticidium item Herodis ſic exprimes.

DCLXXX. *D. Areſius ovium gregi inſcripſit.*

FOVEBUNTUR MUTUO.

In commoda bonæ ſocietatis, ac matrimonii.

DCLXXXI. *Ovi in faucibus lupi apud D. Areſium inſcribitur.*

INNOCENTIA NULLIBI TUTA.

* DCLXXXII. *Oves cane vel Paſtore minus vigile à lupo diſcerptæ lemma eſt.*

UNO MINUS VIGILE.

Damna negligentis Prælati ſic exprimes.

DCLXXXIII. *Ovis in mediis pratis à lupo diſcerpta.*

MEDIIS ETIAM PRATIS.

Idea eorum, quos in mediis deliciis Dæmon rapit aut mors.

DCLXXXIV. *Ovibus intra ſepimentum à lupo tutis in Sacriſtiâ S. Joannis Varſaviæ inſcribitur.*

CUSTODIT, ET ARCET.

Idea Clauſtri Religioſi.

CAPUT XXXVI.

PANTHERA.

DCLXXXV. *Henricus Farneſius Pantheræ alia animalia odore ad ſe allecta diſcerpenti inſcribit.*

EMPTA DOLORE VOLUPTAS.

Imago voluptatum noxiarum mundi.

DCLXXXVI. *Pantheræ, quæ exſpirato odore alia ad ſe animalia trahit, Areſius inſcribit.*

ALLICIT INTERIUS.

Imago ejus, qui odore virtutum alios Deo attrahit.

Pan

* DCLXXXVII. *Panthera variis, iisque pulcherrimis maculis aspersa, suavissimum odorem exhalans.*

VARIETATE, ET SUAVITATE.

Idea hominis, quem morum suavitas, & rerum variarum cognitio commendabilem faciunt.

* DCLXXXVIII. *Pantheræ vox odorifera.*

VOX SPIRAT ODOREM.

Imago hominis sermonibus suis mirum ubique virtutum odorem spirantis.

* DCLXXXIX. *Panthera odoriferâ voce alias feras attrahens.*

VOCE FERAS TRAXIT.

Imago facundi Concionatoris, & Confessarii peccatores summos convertendo ad Deum attrahentis.

* DCXC. *Panthera odore suo alias ad se feras trahit, solus draco ejus odore quasi veneno in fugam agitur teste Masenio.*

ALIOS TRAHO, HUNC FUGO.

Imago Christi Domini, qui dum alios Apostolos verborum suorum suavitate & efficaciâ ad se traxit, solum Judam iisdem nil emendavit, quin potius obstinatiorem reddidit.

* DCXCI. *Panthera somnum sibi ingenti rugitu excutiens.*

RUGIT, UT EXCUTIAT.

Idea Concionatoris, qui concionum suarum rugitu etiam sibi acediæ veternum excutere nititur.

* DCXCII. *Panthera maculis ubique oculorum instar plena.*

PLENA OCULIS. *Vel,* OCULOS MULTOS, LINGUAM UNAM.

Imago hominis providi & circumspecti.

CAPUT XXXIX.

PORCUS.

* DCXCIII. *Porco jam jam jugulando abblandiens lanio.*

BLANDITUR UT PERIMAT.

Ita Mundus, Caro & Dæmon.

* DCXCIV. *Porcus è luto ad macellum ductus.*

POST MULTUM VICTIMA LUTUM.

Imago eorum, qui poſt libidines ſuas, in victimam Dæmoni cedunt.

* DCXCV. *Porcus in macello clamoroſus.*

CUM MULTO VICTIMA FLETU.

Eorum imago qui mortem aut mortificationes impatientiſſimè ferunt.

* DCXCVI. *Porcus è vermibus quos roſtro è terrâ eruit, ſaginatus.*

DE VERME SAGINA.

Eorum imago, quibus in patratis peccatis delectatio eſt.

* DCXCVII. *Porcus inter paſcendum ſemper grunniens.*

PASCITUR ET GRUNNIT.

Imago murmuratoris, communi menſâ minimè contenti.

DCXCVIII. *Porcus in luto dormiens.*

IN LUTO REQUIES.

Imago hominis, in luxuriæ luto cauteriatam conſcientiam habentis. Imago quoque eorum qui immaculatum thorum non ſervant.

CA-

CAPUT XL.

RHINOCEROS.

DCXCIX. *Rhinoceros maxime ferocissimum animal, cum ad iram provocatur, à Camerario lemma habet.*

VIM SUSCITAT IRA.

Vindicantis Dei imago.

DCC. *Rhinoceroti lemma.*

AUT MORS CITA, AUT VICTORIA LÆTA.

Imago pugnantis Belliducis.

DCCI. *Rhinoceros maxime deforme animal à Verieno inscribitur.*

DAT VIRTUS, QUOD FORMA NEGAT.

Imago pulchri animi, in deformi corpore latentis.

Imago S. Mariæ Ægyptiacæ in cute Æthiopissæ, speciosæ.

* DCCII. *Rhinoceros obliquum cornu quo feriat habet.*

NIL RECTUM IN IRA.

In damna Iracundiæ.

* DCCIII. *Rhinoceros quo in iram tardior est eo ferocior.*

MORAM FERITATE REPENDET.

Imago D. Dei, qui quo diutius peccatores tolerat, quo eos postea acrius punit. *Cornua Rhinocerotis, cornua illius.* Deut. 33.

* DCCIV. *Rhinoceros potius mori, quam subdi paratus.*

LIBERA MENS, SERVIRE NEQUIT.

Imago hominis magis mori parati, quam jugo dæmonis, per peccatum subdi.

DCCV. *Rhinoceros cornu in fronte nullum habens.*

SED FRONS IGNARA NOCENDI.

Prudentiæ omnibus innoxiæ imago.

* DCCVI. *Rhinoceros, dum propositæ in deserto à venatoribus virgini sese in sinum inclinat, à venatoribus capitur.*

DE VIRGINE LETHUM.

Imago seductionum fœminearum.

* DCCVII. *Rhinoceros, cum irascitur, multum deformatur.*

DEFORMIOR IRA.

Imago Iracundiæ humanum animum plurimum deformantis.

CAPUT XLI.

RUPICAPRA.

DCCVIII. *Rupicapra à P. Engelgrafe inscribitur.*

DAT IN AERE SALTUS.

Imago S. Joannis Baptistæ, qui *exultavit in utero Matris suæ.*

DCCIX. *Rupicapræ rectè inscribes.*

TRANSILIENS COLLES.

Imago D. Dei transilientis gratiarum suarum donis superbos, & reservantis ea humilibus.

* DCCX. *Rupicapra cum canibus colluctata in montem enititur.*

LUCTOR, ET ENITOR.

Imago hominis è persecutionum suarum luctâ ad dignitates altiores enitentis.

DCCXI. *Rupicapra in montis apice vix apparens.*

APICES FECERE MINOREM.

Imago hominis in diginitate humilis.

Imago etiam eorum, quos minimorum cura humiles reddidit.

Ru-

* DCCXII. *Rupicapra in montis apice contra canes ſecura.*

APICES FECERE SECURAM.

Imago Religioſi de obſervatis in vitâ ſuâ minimis ſecurè viventis & morientis.

CAPUT XLII.

SCIURUS.

DCCXIII. *Sciurus nucem laborioſè rodendo, eam demum aperit, inſcribente Fevillæo.*

ABSQUE LABORE NIHIL.

Nempe *Dii laboribus omnia vendunt*, juxta adagium.

DCCXIV. *Sciurus editiſſimas arbores conſcendens.*

QUO NON ASCENDES?

In excelſam indolem & ingenium.

Inſcripſerat hoc olim ſciuro ſupra aquilæ caput enixo, in caſtro ſuo Fouquetius Gallicus Miniſter, illuſurus Auſtriacorum aquilis, ſed Deum hominem illuſorem impune non habuiſſe, notum omnibus eſt, ex indecoro & inglorio ejuſdem fine.

* DCCXV. *Sciurus aquam tranaturus ligno innixus explicata in altum caudâ, pro velo uſus epigraphen ſuſtinet.*

DEDUCET ME SPIRITUS.

Spiritus Sancti eſt, bonarum inſpirationum auxiliis, ad immenſæ æternitatis littus nos ſiſtere.

* DCCXVI. *Sciurus in caveæ ſuæ rota ſemper agilis.*

AGILES IN CARCERE CURÆ.

In Miniſtrum in carceribus nil de priſtinâ curâ remittentem.

Imago S. Pauli in carcere non deſiſtentis docere.

DCCXVII. *Sciurus, cum in domunculâ ſuâ latet, quietus eſt, ſecus ſi ex eâ exeat in caveam è filis ferreis contextam, in quâ circumagitur.*

INTRA DOMUM QUIES EST.

Optimum quietandæ conſcientiæ medium, eſt ſolitudo.

CAPUT XLIII.

SIMIA.

DCCXVIII. *Simia paludamento regio induta.*

CLARO DEFORMOR AMICTU.

Imago eorum, quos dignitates cum malâ vitâ plus deturpant quam ornant.

DCCXIX. *Otto Vænius in ſuis Horatianis Emblematibus, ſimiæ paludatæ quam Fortuna ducebat inſcribit.*

NON MUTAT FORTUNA GENUS.

Cæca fove indignos Sors, ut lubet, at tua dona,
Simia ne maneat ſimia, non facient. Lamp.

DCCXX. *Simia ad utricalem tibiam ſaltans, projectis in medium nucibus aliquot, mox eas apprehendit.*

FURENTEM, QUID DELUBRA JUVANT?

DCCXXI. *Simia pede felis, caſtaneas è calentibus cineribus apprehendens, à Maſenio inſcribitur.*

QUOD TIBI NON VIS FIERI, ALTERI NE FECERIS.

* DCCXXII. *Simia catulum humeris ſuis portans.*

ONUS LEVE.

In facilitatem, eorum defectus ſupportandi, quos diligimus.

* DCCXXIII. *Simia ex Regionibus exteris ad nos tranſlatas.*

COELUM NON ANIMUM MUTANT.

In inutiles multorum peregrinationes.

* DCCXXIV. *Simia capitur dum imitari vult venatorem, pedicas ſibi imponentem.*

FAL-

FALLITUR EXEMPLO. *Vel,*
ALIOS IMITANDO.

Imago eorum, qui alienis exemplis pereunt.

* DCCXXV. *Simia defformem catulum & se ipsam excessivè amans.*

TANTUS TENET ERROR AMANTEM.
Ovid.

NULLI NON SUA FORMA PLACET.

Philautiam ejusdemque errores, expressos habes.

* DCCXXVI. *Simia populo jocos & risus faciens, ad catenam alligata.*

DE MEIS JOCIS, MEA VINCULA.

Imago eorum, quos mundanæ deliciæ, ad æterna in inferno vincula transmisere.

* DCCXXVII. *Simia ad lunæ mutationem modo læta modo tristis.*

VARIATUR IMAGINE LUNÆ.

Imago hominis inconstantis.

* DCCXXVIII. *Simia quem ex filiis charissimum habet, dorso imponit fugiens, cujus pondere pressa, à venatoribus capitur teste Berchorio.*

AMANDO PERDITUR.

Imago eorum parentum, quos excessivus in prolem amor, in Dæmonis casses egit.

* DCCXXIX. *Simia amplexu prolem enecans.*

OFFICIT OFFICIO.

Imago noxii adulatoris.

CAPUT XLIV.

TAURUS. TAURUS PERILLI.

DCCXXX. *Taurus ferox ficus sylvatici foliis ad collum appensis mansuescens, ab Aresio inscribitur.*

NO-

NOSTRI MEDICINA DOLORIS.

Imago ferocioris animi manſuetudine ad obſequium reducti.

* DCCXXXI. *Taurus Perilli eos, qui intra viſcera ejus latent, torquens.*

SUA VISCERA TORQUET. *Vel.* TORQUET INTIMOS.

Imago Dæmonis amiciſſimos ſibi torquentis.

* DCCXXXII. *Idem Taurus Perilli.*

NECAT, QUOS ACCIPIT.

Ita mundus & Dæmon. Prælatus ſeductor &c.

* DCCXXXIII. *Idem Taurus Perilli.*

INGRESSUS, NON EGRESSUS.

Imago Inferni, ex quo nulla Redemptio.

* DCCXXXIV. *Taurus in viridi prato.*

PRATUM UNA VOLUPTAS.

Imago hominis gulæ, ſeu mundanis deliciis dediti.

* DCCXXXV. *Taurus ad aratrum.*

TEMPORE FIT PATIENS. *Ovid.*

Imago animorum ferocium, qui labore & tempore manſuefaciendi.

* DCCXXXVI. *Taurus inter aram & aratrum medius.*

NATUS UTRIQUE.

Imago boni Religioſi ad aras & labores communes Religionis ſuæ nati.

* DCCXXXVII. *Taurus, antequam feriat, caput prius ad terram deprimit.*

HINC FORTIOR ICTUS.

Imago ſimulatæ humilitatis, ut plus proximo damni inferatur.

DCCXXXVIII. *Duobus ad aratrum tauris in pluribus Fœderati Belgii monetis lemma eſt.*

TRAHITE ÆQUO JUGO.

Duobus in matrimonio conjugibus id proprium.

* DCCXXXIX. *Taurus Perilli mugiens.*

MU-

MUGIT AB IGNE.

Imago Apoſtolorum, & Prædicatorum, qui igne Spiritus S. ſuccenſi magnalia Dei intonant.

Imago quoque infernalium ululatuum damnatorum.

* DCCXL. *Perillus Tauro à ſe parato impoſitus.*

FACTO TORQUEOR IPSE MEO. *Ovid.*

In remorſus Conſcientiæ.

* DCCXLI. *Duo tauri pauperis agricolæ (cui equi non ſunt) aratrum trahentes.*

SPES PAUPERIS UNA COLONI.

Spem Chriſtiani cujuſlibet in divinis auxiliis repoſitam exprimit Emblema.

CAPUT XLV.

TIGRIS.

* DCCXLII. *Tigridi lemma.*

MACULIS NEMO SINE NASCITUR.

In communem naſcendi ſortem, quâ in iniquitatibus omnes concipimur.

DCCXLIII. *Tigris venatorem inſequens, objecto ſpeculo, dum in eo ſe reſpicit, urgere venatorem ceſſat, proinde à Theſauro inſcribitur.*

CESSAT ALIOS URGERE, QUI SE RESPICIT.

DCCXLIV. *Tigris piſcatores aggreſſura, oblatis piſcibus innoxia abiit, ac acceptâ quotidianâ piſcium portione piſcatoribus amicè convixit, cui Theſaurus inſcripſit.*

FERINUS EST EX UTILI NASCENS AMOR.

Charitas enim non quærit, quæ ſua ſunt.

* DCCXLV. *Tigridem ſe perſequentem evadit venator ſi ereptos ei catulos in viâ ſpargat.*

PRÆSTAT REDDERE, QUAM PERIRE.

Reſtitutionem bonorum injuſtorum ſymbolo hocce ſuadebis. *Ti-*

* DCCXLVI. *Tigris junior.*

CRESCENT MACULÆ, CRESCENTIBUS ANNIS.

Imago peccatoris quotidie in pejus vergentis.

* DCCXLVII. *Tigris maculoso sibi corpore in speculo complacens.*

EST AMOR AD MACULAS.

Complacentiam in propriis peccatis exprimit symbolum.

Eas etiam puellas symbolum exprimit, quæ nigris in facie maculis se magis deturpant quam ornant.

* DCCXLVIII. *Venator insequenti se tigridi, raptos catulos spargens evadit.*

LIBERALITATE SECURUS.

Imago Eleemosynarii, quem eleemosynæ securum faciunt felicis mortis.

DCCXLIX. *Tigridis catuli capiuntur, cum Tigris è speluncâ egressa.*

CAPIUNTUR EGRESSA.

Filiarum in matrum præsentiâ tutarum à seductionibus imago.

* DCCL. *Tigris maculosos suos catulos diligens.*

NESCIT AMOR MACULAS.

Delicta operit charitas. Prov. C. 10.

CAPUT XLVI.

URSUS.

DCCLI. *Ursus vi magneticâ linguæ muscas attrahens, easque interficiens ab Aresio inscribitur.*

RAPERE DUM ATTRAHIT.

Idea Dæmonis allicientis ut perdat.

DCCLII. *Ursus pedes subinde lambens, à Meisnero inscribitur.*

NON SEMPER DULCIA.

In

In adverſa proſperis ſuccedentia.

* DCCLIII. *Urſi linguam formicæ ſubeuntes, ab eodem devorantur.*

LINGUAM SUBIISSE PERISSE EST.

In linguas detrectorum.

DCCLIV. *Urſo in quæſiti mellis foveâ ſubmerſo, P. Maſenius inſcripſit.*

IN MELLE MORS.

In damna voluptatum mundanarum.

* DCCLV. *Catuli urſorum cum naſcuntur imperfecti.*

NAM VITIIS, NEMO SINE NASCITUR. *Horat.*

Peccatum originale Emblema exhibet.

* DCCLVI. *Urſo apum morſus ſuſtinenti, ut melle potiatur, Verienus inſcribit.*

PATIOR UT POTIAR.

Imago juſtorum, hoc in ſæculo perſecutiones pro Regno Dei, patienter tolerantium.

DCCLVII. *Henricus Farneſius urſam, quæ fœtum lambendo perficit, iſthoc lemmate donavit.*

DEO MAGISTRO.

Innuere volebat Principem, non humanæ ſed divinæ ſapientiæ diſcipulum eſſe.

DCCLVIII. *Urſa apud Verienum inſcribitur.*

STIMULATA FEROCIOR.

Imago animi omnis correctionis impatientis.

* DCCLIX. *Urſus amplexu priorum pedum, hominem enecans.*

AMPLEXATUR UT PERIMAT.

Sic mundus, caro & Dæmon.

* DCCLX. *Urſus hominem jam jam moriturum adhuc diſcerpens.*

MORIENTIBUS INSTANT.

Imago Dæmonum agonizantibus ſummè infeſtorum.

DCCLXI. *Urso in gulâ vulpem tenenti in vexillo quodam inscriptum me legisse memini.*

FORCE FAIT PLUS QUE LA FINESSE.
NON EST ASTUTIA, QUÆ VI RESISTAT.

* DCCLXII. *Ursus apum aculeos in linguâ patitur, ut iisdem vitiosum sanguinem extrahentibus visui restituatur.*

PATIOR, UT VIDEAM.

Imago justorum, hujus mundi calamitates amore visionis beatificæ in cœlo patienter tolerantium.

* DCCLXIII. *Ursus post certamina cum canibus choreas edoctus.*

POST BELLA CHOREÆ.

Imago militis generosi demum ad delicias deflectentis.

* DCCLXIV. *Ursus in vinclis circumductus ad choreas faciendas.*

DE MEIS CHOREIS MEA VINCULA.

Imago eorum, qui ob excessum in choreis factum vincula æternæ damnationis nunc patiuntur.

* DCCLXV. *Ursus solutis vinclis saltans.*

POST VINCLA CHOREÆ.

Imago earum Virginum, quæ carceres & vincla hoc in orbe pro Christo perpessæ demum ad nuptias & choreas Agni in cœlo transierunt.

CAPUT XLVII.

URUS.

DCCLXVI. *Uro Camerarius inscribit.*

VIRES SINE MENTE FATISCUNT.

* DCCLXVII. *Uro Lemma.*

ESCAM ET SPECTACULA CAPTI.

Imago SS. Martyrum inter mortis suæ spectacula escam spiritualis doctrinæ præbentium suis spectatoribus.

* DCCLXVIII. *Urus in ſpectaculo in medios homines irruens.*

MEDIOS MORITURUS IN HOSTES. *Virg.*

Imago generoſi militis.

DCCLXIX. *Uro corollâ ficulneâ ad collum appenſâ cicurato Theſaurus inſcribit.*

SUAVITATE VINCITUR CRUDELITAS.

CAPUT XLVIII.

VULPES.

DCLXX. *Vulpi ſomnum ſimulanti, ut aves ad ſe advolantes capiat, Fredro inſcribit.*

NON AUCEPS, NISI DORMIAT.

In Commoda ſimulationis politicæ.

DCCLXXI. *Vulpeculæ, quæ à muſtelâ exterrita laqueum induit, Theſaurus inſcribit.*

MINORA VITANS, MAXIMA INCURRIT MALA.

Imago ſcrupuloſi.

DCCLXXII. *Vulpes glaciei ſeſe non credens ab Areſio inſcribitur.*

IGNOTO NON ME CREDAM.

Documentum cautè aliorum converſatione utentis.

* DCCLXXIII. *Vulpes cicurata ad ſua antiqua gallinarum, anſerum &c. furta revertens.*

FACILIS NATURA REVERTI. *Claud.*

Recidivarum pericula in peccatis ſic exprimes.

* DCCLXXIV. *Vulpinæ caudæ abjectæ aliquando inſcripſi.*

SED IN HOC TAMEN UTILIS ÆVO. *Luc.*

Imago adulatorii hujus ſæculi.

* DCCLXXV. *Vulpes gallinam fraudulenter in decipulâ captura eidem includitur.*

FRAUDIBUS IPSE MEIS. *Claud.*

Malum in auctorem ſic exprimes.

* DCCLXXVI. *Vulpes inter canes concluſa.*

NULLA FUGAM REPERIT FALLACIA. *Virg.*

Imago peccatoris in agone inter dæmones concluſi.

* DCCLXXVII. *Vulpecula junior paternarum artium imitatrix.*

PATRIÆ NON DEGENER ARTIS.

Imago filii paternæ politiæ æmuli.

* DCCLXXVIII. *Vulpecula recenter nata.*

FRAUDIS ADHUC EXPERS. *Claud.*

Innocentiam minimè diuturnam ſic exprimes.

* DCCLXXIX. *Vulpes titione in foveam immiſſo fugiens.*

PRÆSTAT FUGERE, QUAM URI.

In libidinoſas delectationes fugâ celeri vincendas.

LIBER VI.

PISCES.



CAPUT I.

PISCES IN GENERE.

I. *Pisces mortui aquæ supernatantes.*

MORTUUS EMERGET.

Imago hominis post vitæ calamitates emergentis ad præmia cœlestia.

II. *Pisces in naßâ conclusi exitum, alii ingreßum in eam optantes.*

SUÆ QUEMQUE FORTUNÆ POENITET.

Imago paucorum ſorte ſua contentorum.

* III. *Piſces in mari.*

IN IPSO VIVIMUS, MOVEMUR, ET SUMUS.

Hominum Deo immenſo ubique comprehenſorum imago.

* IV. *Piſces tempeſtuoſo mari.*

TEMPESTAS NULLA FATIGAT. *Vel.* MEDIIS TRANQUILLUS IN UNDIS.

Imago hominis inter tot rerum mundanarum tempeſtates ſemper conſtantis.

V. *Piſci hamo intercepto, P. Maſenius inſcripſit.*

POST VULNUS CAUTIO SERA EST.

Maturitatem remediorum ſpiritualium Emblema docet.

VI. *Piſcibus captis herbæ cujuſdam littoreæ contactu exilientibus Abbas Theſaurus inſcripſit.*

DESIDES DOMI, EVIGILANT FORIS.

Imago eorum, qui peregrinationibus emerſere.

VII. *Piſcibus in naſſâ aliis extra eandem conſtitutis apud Verienum inſcribitur.*

VELLE SUUM CUIQUE EST. *Perſius.*

Imago diverſitatis humanorum judiciorum.

* VIII. *Piſces varii hamo intercepti.*

CREDULITAS SUA QUEMQUE REDEGIT IN HAMOS. *Ovid.*

Imago eorum, qui nimiâ credulitate ſeſe in exitium adduxerunt.

* IX. *Puſilli piſciculi ad fluminum littora colludentes.*

LITTUS TENUERE PUSILLI.

Imago eorum, qui humilitate ſuâ cœleſtis patriæ littora adepti ſunt.

* X. *Piſcis cum ferreo hamo effugiens.*

NIL FUGA COMITANTE MALO.

Imago remorſuum conſcientiæ ubique ſequentium.

Pi-

* XI. *Pisces aquam turbidam fugiunt, cum limpidam adipisci possunt.*

TURBATIS PROFUGI REBUS.

Imago amici in adversis minime fidi.

* XII. *Pisces aquâ turbatâ expansis ad limpidam aquam retibus capiuntur, dum eam quærunt.*

TURBATIS CAPIMUR REBUS.

Imago eorum, quos Dæmon scrupulis in casses ducit.

XIII. *Pisces in nassâ conclusi apud Verienum inscribuntur.*

NON AMORE, SED ERRORE.

Imago multorum, qui eodem plane modo in Religioso, aut matrimoniali statu hærent.

* XIV. *Piscis aurâ sereniori ad aquæ summitatem se soli exponens.*

SERENIOR EXTULIT AURA.

Imago hominis inter prospera elati.

* XV. *Piscis hamo captus.*

ESCAM QUÆRENDO.

Imago eorum, qui pabula carnalium voluptatum quærendo interierunt.

Imago eorum, quos gula perdidit.

* XVI. *Piscis turbatâ aquâ limpidam quærendo in expansa ad eam retia concluditur.*

LIMPIDAM QUÆRENDO.

Imago cujusdam, qui speciosam uxorem quærendo deceptus fuerat.

* XVII. *Piscis in littore emoriens.*

POST LITTORA LETHUM.

Imago hominis cujusdam obtento divitiarum aut dignitatum voto emorientis.

Imago mortis impiorum.

* XVIII. *Vivario piscium, in quo selecti tantum servantur.*

TANTUM PROBATOS.

Imago Cœli aut Religionis.

* XIX. *Pisciculi ad littus colludentes.*

IN LITTORE LUSUS.

Imago gaudiorum post obtentum æternæ beatitudinis littus.

* XX. *Piscis ex arido, vel reti in aquam iterum injectus lemma tenet.*

NIL AMPLIUS OPTET.

Imago Religiosi è missione ad claustrum revocati, cum gaudio eam revocationem suscipientis.

* XXI. *Pisces semper contra torrentem incedentes.*

SEMPER IN ADVERSUM.

Imago hominis singularis judicii, & opinionis contra torrentem.

CAPUT II.

ANGUILLA.

* XXII. *Anguilla sola ex piscibus mortua profundum petit.*

MORIENDO PROFUNDUM.

Imago insignis in agone vel mortificatione humilitatis. Imago quoque impii morientis.

XXIII. *Anguillæ Zinckgrefius inscribit.*

CITIUS CAPIAR, QUAM TENEAR.

Imago bonorum mundanorum, quæ capi, asservari nequeunt.

XXIV. *Anguillæ, quæ manu cujusdam tenetur, in fronte domus cujusdam Coloniæ Agrippinæ inscribitur.*

SI LAXES, EREPIT, SI STRINGAS ERUMPIT.

Imago Prælati cujusdam, qui nec nimium laxam, nec strictam disciplinam servet necesse est.

XXV. *Jacobus Catzsius dissectæ anguillæ partibus, quasi sese iterum unituris inscribit.*

QUOD PERDIDIT, OPTAT.

Exprimere volebat inclinationem ad matrimonium ex costâ Adamo subtractâ, & efformatâ ex eâ Evâ, masculis nasci.

XXVI. *Idem Catzsius dissectæ & mirum in modum se torquenti anguillæ inscripsit.*

NIL JUVAT OBNITI.

Nempe omnis impatientia in adversis frustranea est.

* XXVII. *Anguilla nullis funibus constringenda.*

NIL VINCULA PROSUNT.

Imago multorum Sanctorum miraculosi è carceribus liberatorum.

XXVIII. *Anguillæ Batillus inscribit.*

VIX BENE CAPTA FUGIT.

In fugaces voluptates mundi.

XXIX. *Anguillæ dissectæ, & mirum se torquenti apud Bood inscribitur.*

DUM SPIRO SPERO.

Imago firmæ in adversis spei.

* XXX. *Anguilla.*

MINUS CONSTRICTA TENETUR.

Imago tractandorum laxius animorum à Prælatis, Principibus, Confessariis. &c.

* XXXI. *Anguilla non recto corporis sui impulsu, ut alii pisces natans, sed tortuosè corpus inflectendo.*

PLUS TORTA, PLUS EFFEROR ULTRA.

Innuit Emblema, corporis torturâ & mortificationibus plus animam in viâ Dei proficere.

CAPUT III.

A Q U I L A.

* XXXII. *Aquila avis prædatrix, uti & aquila marina piscium.*

TERRIS PRÆDATUR ET ALTO.

Imago Prædatoris, & Piratæ aut Dæmonis, summis & infimis insidiantis.

* XXXIII. *Aquila constellatio piscis & avis.*

COELO, SALOQUE, SOLOQUE.

Immensitatem D. Dei sic exprimes.

CAPUT IV.

A S E L L U S.

* XXXIV. *Asellus arefactus tum demum usualis est, cum aquis maceratur.*

MACERATUS PRODEST.

Imago carnis, quæ per pœnitentias macerata spiritui adjumento est saluti consequendæ.

* XXXV. *Idem.*

MACERATUR AD ESUM.

Imago Concionatoris seu Confessarii se macerantis, ut escam spiritualem præbeat suis Auditoribus.

* XXXVI. *Asellus contusus.*

MITESCIT AB ICTU.

Imago hominis correctionis sive divinæ sive humanæ ictibus mansuefacti.

CA-

CAPUT V.

BALÆNA.

XXXVII. *Balæna junior majoris comes, quæ grandior sola incedit, à Verieno lemma habet.*

SOLUS JAM GRANDIOR ERRAT.

Imago perfecti Ascetæ nullius amplius directoris egentis.

XXXVIII. *Balæna ejectis è navi vasculis colludens navi sic servatâ Mauritio Electori Saxoniæ pro symbolo fuit cum lemmate.*

HIS ARTIBUS.

Sic servandam à dæmonibus animam Emblema docet, superfluas in nobis levitates ejiciendo.

Paupertatem etiam Emblema commendat.

XXXIX. *Balæna è mari ad littus ejecta lemma sustinet.*

TRUCULENTO NE FIDE HOSPITI.

Imago Dæmonis in proprios alumnos desævientis.

* XL. *Balæna vacuis vasculis colludens.*

SPES PASCIT INANES.

Imago spei humanæ sæpius delusæ.

XLI. *Balæna in aridis locis præeuntem sibi parvum pisciculum habens.*

QUALIS QUANTUSQUE MINOREM?

Imago plurium Ascæticorum, qui minoribus sese regendos tradidere.

Imago Christi Nutritio suo obsequentis.

* XLII. *Eadem Balæna parvum pisciculum sequens.*

HOC DUCE TUTA VIA.

Tutissimam in hoc periculoso mundanorum fluctuum mari viam præbet humilitas.

CAPUT VI.

BARBUS.

* XLIII. *Barbus ore suo suavem gustum præbens, inde piscatorum insidias habet.*

EX ORE INSIDIÆ.

Expressum hic habes S. Joannem Chrysostomum & ipsum Christi Præcursorem.

CAPUT VII.

LUCERNA.

XLIV. *Lucerna piscis lucentem in tenebris linguam habens, inscriptus à R. P. Alberto Bartochowski Societatis JESU fuit.*

NON HABET UMBRA LOCUM.

Imago hominis, qui minimè duplice linguâ est.

CAPUT VIII.

CAMMARUS.

* XLV. *Cammarus modo plenus, modo vacuus, inconstantis etiam & vagi gressus est.*

ET VAGUS, ET VARIUS.

Imago vagi & inconstantis ingenii.

* XLVI. *Cammarus coctus erubescit.*

ALIQUANDO RUBEBO.

Ea vox erit Martyrii spem concipientis.

Applicavit sibi hoc quispiam Cardinalitiæ purpuræ candidatus.

* XLVII. *Cammarus in plenilunio repletur.*

PLENA REPLET. *Vel,*

HÆC

HÆC SOLA REPLET.

Imago eorum, qui omnibus bonis à B. Virgine Mariâ (quæ gratiâ plena eſt) cumulantur.

* XLVIII. *Cammarus Lunam imitatus modo plenus, modo vacuus.*

ET ADAPTOR INANI.

Imago fidi in paupertate amici.

Imago Religioſi pauperis, pauperem Chriſtum ſequentis.

* XLIX. *Cammarus vacuâ Lunâ excoctus.*

RUBET INANIS.

Imago indocti inter dignitatum purpuras hominis.

* L. *Cammarus ex Lunâ decreſcente noſcitur, an inanis ſit.*

HAC NOSCAR INANIS.

Inconſtantia (Lunæ ſymbolum) hominem virtutibus maxime inanem oſtendet.

CAPUT IX.

ARANEA.

* LI. *Aranea piſcis, Iſidoro teſte, aculeos in auriculis habens, eiſdem appropinquantes ferit.*

NON ORE, SED AURE.

Imago hominis, benevolas aures detractori præbentis.

CAPUT X.

CANCER. CANCELLUS.

* LII. *Cancelli juniores parentum in retrocedendo imitatores.*

DIDICERUNT OPERA EORUM. *Pſal.* 105.

In vim paternorum Exemplorum.

Can-

* LIII. *Cancer in coctione emoriens purpuram assumit.*

DE MEA PURPURA MEA MORS EST. *Vel,* RUBET IN INTERITUM.

Imago eorum, quibus dignitates in interitum cedunt.

* LIV. *Cancer excoctione rubescens.*

EXCOQUAR, UT RUBEAM.

Imago ejus, qui per multas tribulationes ad martyrium disponi à Deo optat.

* LV. *Idem.*

AB IGNE RUBEBO.

Imago pœnitentis animæ, quæ ex igne contriti cordis ruborem de peccatis concipit.

* LVI. *Cancer crustam suam exuens.*

UT MELIOREM INDUAM.

In mortem justorum felici Resurrectioni præviam.

LVII. *Cancer de nocte faculæ luce captus.*

LUCE LETHUM.

Imago eorum, qui honorum luce lethum sibi adferunt æternæ damnationis.

* LVIII. *Cancer crustâ solum rubens.*

TANTUM EXTIMA RUBENT.

Imago hypocritæ verecundiam simulantis.

LIX. *Cancro procedenti lemma.*

TARDE, SED TANDEM.

Factum fuit in Nativitatem Principis cujusdam, diu exspectati, in signo Cancri nati.

* LX. *Cancer ex Ostrearum Conchis pascitur.*

E DURIS ALIMENTA MIHI.

Imago hominis arduis rebus delectati.

* LXI. *Cancer conchylium apertum solum invadit.*

INVADET APERTUM.

Imago Dæmonis cor & sensus minime custoditos invadentis.

Can-

* LXII. *Cancer ſepultus in ſcorpionem mutatur.*

DE PARTE SEPULTA SCORPIUS. *Ovid.*

Imago impiorum, quorum ſepulta corpora in fœdos & in Deum blaſphemos ſcorpiones in Reſurrectione univerſali immutabuntur.

* LXIII. *Cancer cruſtam ſuam aliquando, greſſum nunquam mutans.*

PELLEM SÆPIUS, GRESSUM NUNQUAM.

Imago hominis poſt frequentes Confeſſiones greſſum malarum ſuarum Conſuetudinum nunquam immutantis.

* LXIV. *Cancer octonis pedibus tardus.*

ET OCTONIS TARDUS.

Imago hominis, cum pluribus affectibus (quorum pedes ſymbolum ſunt) nil proficientis.

* LXV. *Idem Cancer octo pedibus regradus.*

REGRADUS OCTONIS.

Imago hominis cum multis inefficacibus affectibus & propoſitis in virtute deficientis.

* LXVI *Cancri alligatâ ad baculum ranâ capiuntur, dum ei adhærendo nimium baculum attractum ſequuntur.*

ET DUM CAPIUNTUR, ADHÆRENT.

Imago hominis divitiis ſuis etiam in morte ipſâ adhærentis.

* LXVII. *Cancer ad concham margaritiferam retrorſum accedens.*

AD PRETIOSA RETRORSUM.

Nempe pretioſa Regni cœleſtis margarita non niſi per viam retrogradæ humilitatis acquiritur.

* LXVIII. *Cancer, licet aliquando antrorſum accedat, ſæpius tamen retrorſum.*

RETRORSUM SÆPIUS.

Imago humanorum operum, quorum major pars (prô dolor) debitâ bonitate caret.

Can-

* LXIX. *Cancer ranâ ad baculum alligatâ captus.*

FERT GARRULA LETHUM.

Imago eorum, qui fœminarum garrulitate seducti sunt.

* LXX. *Cancer tutius antrorsum accedit, ut devitet videndo se capturos.*

TUTIUS ANTRORSUM.

Prudentiam sic rebus necessariam ducem describes.

* LXXI. *Cancer ex conchâ margaritiferâ solam ejus carnem unione intacto vorat.*

IGNOTI NULLA CUPIDO.

* LXXII. *Cancer scrupulum apertæ conchæ injiciens, ne claudi possit, ut eam devoret.*

FERIT, UT DEVORET.

Imago Dæmonis scrupulis eos ferientis, quos demum devorare nititur.

LXXIII. *Cancer carnem conchylii unione intacto devorans.*

UNIONE INTACTO.

Imago mortis, quam Christus Dominus sustinuit hypostaticâ *unione* intactâ, *Quod enim VERBUM semel assumpsit, nunquam dimisit.*

LXXIV. *Cancer Lunâ decrescente vacuus.*

VACUUM SINE LUMINE CORPUS.

Sine cœlestium gratiarum luce bonis vacuos manere nos, necesse.

CAPUT XI.

CONCHYLIUM, CONCHA MARGARITIFERA.

Vide etiam Tit. Margarita.

* LXXV. *Conchæ à cancro lapillus immissus, ne claudatur.*

NE

NE CLAUDAR.

Imago eorum, quos injectis scrupulis Dæmon à Religione remoratur.

* LXXVI. *Concha roris stillam intra se concipiens, in profundum mersa eam in unionem transmutat.*

DIVES AB UNDIS.

Imago pœnitentis animæ, ex lachrymis pœnitentiæ pretiosissimos meritorum uniones sibi apud Deum formantis.

Venetæ, Fœderatæ Belgicæ, ac Genuensis Reip. divitias sic etiam exprimes, uti & marini mercatoris.

* LXXVII. *Conchæ Margaritiferæ soli expositæ atque roris stillas haurienti, in receptione Joannis III. Poloniæ Regis, à Republicâ Gedanensi inscriptum fuit.*

SPES ET SOLATIA NOSTRI.

In solatia non aliunde, quam è cœlo haurienda.

* LXXVIII. *Conchyliorum utraque testa sibi sub sereno cœlo adhærens.*

PACE PROBATA FIDES.

Imago amicitiæ inter prospera constantis.

LXXIX. *P. Engelgrafe conchylii cujusdam testis æqualibus manu sibi adaptatis inscripsit.*

SI VIS NUBERE, NUBE PARI. *Vel,*
SI VIS JUNGERE, JUNGE PARES.

In sectandam in matrimonio æqualitatem.

* LXXX. *Concha margaritam pariens.*

NULLO FOECUNDA DOLORE.

Imago B. Virginis Mariæ Concipientis & parientis Christum Dominum.

* LXXX. *Conchylium informe & durum margaritam pariens.*

E DURIS PRETIOSA PETUNTUR.

E duro mortificationum & calamitatum cortice, pretiosi animæ fructus obveniunt.

Astrea

* LXXXII. *Oſtrea intra conchylii ſui teſtas immortua.*

CUNÆ, ATQUE SEPULCHRUM.

Imago primorum aliquot Chriſtianorum, qui martyrio ſanguinis mortui, ſpiritualiter eodem renati ſunt.

* LXXXIII. *Concha margaritifera intra ſe argenteum unionis colorem, & ſplendorem imitata.*

ET PRETIUM MATRI EST.

In S. Annam Matrem B. V. Mariæ.

Matrimonii dignitatem ſic etiam exprimes.

* LXXXIV. *Conchyliorum duorum teſtæ ſibi conjunctæ.*

PAR COMPARE GAUDET.

In Societatem parium quærendam.

LXXXV. *Conchylio cancro ſibi lapillum immiſſuro ſeſe occludenti, ne capiatur, in Theſibus quibuſdam Philoſophicis inſcriptum legi.*

VITAT FALLACIAS.

In devitanda hæreticorum Sophiſmata.

Prudentiæ imago.

* LXXXVI. *Conchylium, dum rorem exſpectat, apertum à cancro devoratur.*

ROREM QUÆRENDO.

Imago eorum, qui mundanarum deliciarum rorem quærendo Dæmoni in prædam ceſſerunt.

LXXXVII. *Expreſſurus quidam ſuam multos inter Religioſos vilitatem & tenuitatem, ſe conchæ margaritiferæ clauſæ comparavit, inter multas alias, cum ſingulis unionibus, lemmate adjecto.*

FORSAN INANIS.

In judicium humile de ſe capiendum.

* LXXXVIII. *Conchæ diverſicolores è mari ejectæ in littore leguntur.*

DESERTA LEGETUR.

Ita, quos juſtos hujus mundi tempeſtuoſum mare ejicit, Deus inter electos ſuos numerat.

Con-

* LXXXIX. *Conchæ margaritiferæ ſingulæ ſingulos uniones pariunt.*

JUS MATRIS AB UNO. *Ovid.*

Imago B. V. Mariæ, quæ MATER eſt Unigeniti à Patre.

Caſtæ quoque uni marito conjugis imago.

* XC. *Conchæ duæ ſibi junctæ.*

PAR BENE COMPOSITUM.

Imago feliciſſimi inter B. Virginem, ejuſque S. ſponſum Joſephum conjugii.

* XCI. *Conchylia emortua à mari ad littus ejecta.*

POST FUNERA LITTUS.

Imago mortis juſtorum, quâ ad æternæ beatitudinis littus deducuntur.

* XCII. *Conchylio pulchro, & vacuo ac variegato lemma.*

DECOR OMNIS AB EXTRA.

Imago hypocritæ.

* XCIII. *Conchylia Lunâ naſcente implentur.*

IMPLET CINTHIA NASCENS.

Imago hominis, cui fortuna proſpera ſuboritur.

B. V. Mariæ (quæ Luna myſtica eſt) Nativitati hoc etiam applicaveris, de qua Eccleſia canit. *Gaudium attulit univerſo mundo.*

* XCIV. *Conchylium extra pulchrum, intus turpem hoſpitem ferens.*

INCOLA TURPIS.

Ornatam puellam emblema exhibet.

Idea fœdæ in formoſo corpore animæ.

* XCV. *Conchæ vacuæ è mari rejectæ.*

EJICIMUR VACUÆ. *Vel.*

DESERTÆ DESERIMUR.

Ita, quos vacuos Deus bonis operibus reperiet, à conſpectu ſuo in extremo Die judicii dimittet.

Imago etiam eorum, qui prospera fortunâ deserti, protinus ab aliis deseruntur.

* XCVI. *Ros intra concham suam (quæ unionis mater dicitur) in gemmam mutatus.*

MATRIS SUB TEGMINE GEMMA.

Imago earum Virginum, quæ sub B. V. Mariæ patrocinio, aut matrum solitudine, in pulcherrimas spirituales gemmas excreverunt.

* XCVII. *Conchylium sub pulchrâ & speciosâ conchâ.*

SUB PARVO, SED PULCHRO.

Imago cujusdam, qui puerum Jesum sibi protectorem gloriatur.

* XCVIII. *Idem.*

SUB PULCHRO ET MEO.

Imago B. V. Mariæ gloriantis de pulchro, & unigenito filio suo sibi Protectore.

* XCIX. *Conchæ bivalves dum vivunt, non semper apertæ sunt.*

HAUD SEMPER APERTÆ.

Imago hominis politici in agendo raro aperti.

* C. *Concha è mari ejecta.*

EXILIIS QUÆSITA SUIS.

Imago exulis ab aliis recepti.

S. Alexii imago.

CI. *Conchylii cujusdam bivalvis testæ duæ in tempestate à se indivisæ.*

NON DIRIMIT FORTUNA FIDEM.

Imago firmæ in adversis fidei conjugalis.

* CII. *Conchæ in littore maris vacuæ.*

LEGUNTUR INANES.

Imago pauperum hoc in orbe, *quos Deus elegit hæredes.* Jacobi 2.

Imago eorum, qui meritis vacui ad honores assumuntur.

* CIII. *Conchæ lemma.*

EXUVIIS SPECIOSA SUIS.

Ima-

Imago beati in cœlo, cui accidentale gaudium, dotes gloriosi corporis conciliant.

* CIV. *Conchæ à mari ad littus ejectæ in littore in calcem concremari frequens est in Hollandiâ.*

POST LITTORA FLAMMÆ.

Imago animæ damnatæ, quæ post emensum mundi mare in mortis littore flammis æternis deputatur.

* CV. *Concha tortuosâ crustâ.*

EXTIMA TORQUENTUR TANTUM.

Imago infracti inter tormenta Martyris.

* CVI. *Concha ob tortuositatem suam rarior est.*

TORTA LEVATUR.

Imago animæ purgantis, quæ in purgatorio torta demum ad æterna gaudia elevatur.

* CVII. *Tortuosa concha ab initio sui tortuositatem induxit.*

TORQUEOR A TENERIS.

Imago B. Virginis, quæ S. Birgittâ in Revelationibus suis teste, ob prævisos Filii sui cruciatus, in continuo Martyrio vixit.

* CVIII. *Conchæ speciosæ lemma.*

SPECIOSA LEVATUR.

Imago animæ purgatorii, tum demum ad cœlum elevatæ, cum flammis purgatorii sufficienter mundata est.

* CIX. *Concha tortuosa.*

TORQUEOR ET NITEO.

In mortificatam animam, cui multum nitorem mortificationes conciliant.

* CX. *Concha post piscem suum demum ad pocula deputatur.*

POCULA POST PISCES.

Imago hominis post multa jejunia demum ad crapulam deflectentis.

* CXI. *Conchæ bivalvi testa par difficulter quærenda.*

EX MULTIS FORSITAN UNUS ERIT.

Diversitatem humanorum judiciorum & sensuum Emblema docet.

* CXII. *Conchis duabus margaritiferis lemma.*

INQUE SINU NATOS PIGNORA CHARA TENENT. *Ovid.*

Imago B. Virginis Mariæ, cum Cognatâ suâ S. Elisabethâ gerentis in utero suo Christum, & S. Joannem Bapt.

CXIII. *In pompâ solenni Canonisati (ut vocant) S. Francisci Salesii Gratianopoli exhibitâ, Conchæ Margaritiferæ clausæ inscribebatur.*

OPES OPERIT.

Imago S. ejusdem, ac cujuscunque alii bona sua occultare studentis.

* CXIV. *Concha tortuosa in acumen desinens.*

IPSA ACIEM TORTURA DEDIT.

Imago eorum, quibus *vexatio dat intellectum. Isa. Cap.* 28.

CXV. *In eadem solenni Canonisatione S. Salesii Concha margaritifera lemma tenuit.*

EX UTERO COELUM SENTIT.

Imago B. Virginis à S. Spiritu fœcundatæ.

CXVI. *Concha, quæ rore cæli sumpto mox mergitur margaritam generatura, à Verieno lemma tenet.*

MATURE MERGI PRODEST.

Imago eorum, qui vocatione cœlesti susceptâ, mature se Deo in Religione consecrant.

Pœnitentiam minimè procrastinandam expressam habes.

CXVII. *Concha in primis suis annis ad margaritas generandas aptior apud Verienum inscribitur.*

VIGOR ILLE JUVENTÆ EST.

Juveniles annos pariendis bonorum operum unionibus aptissimos Emblema exprimit.

* CXVIII. *Concha bivalvis.*

TO-

TOTA DOMUS DUO SUNT. *Ovid.*

In Sanctissimam familiam B.V. Mariæ, & S. Josephi, qui unionem pretiosissimum Jesum servabant.

* CXIX. *Concha è rore cœlesti in mari concipiens.*

IN SALO COELUM SENTIT.

Imago eorum, qui in tempestuoso hujus mundi mari cœlestibus gratiis confortantur & consolationibus.

* CXX. *Concha rorem, qui cœli Lachryma est, in gemmam transmutans.*

PER ME LACHRYMA GEMMA FUIT.

In vim Contritionis.

* CXXI. *Conchæ rorem cœli concipientes.*

CUM FOENORE REDDENT.

In eleemosynas, quæ æternæ vitæ margaritam reddunt. Idea etiam grati animi.

* CXXII. *Concha rore cœlesti gravida multas tempestates adhuc perpessura.*

DABIT PATIENTIA GEMMAM.

In fructum & utilitatem patientiæ.

* CXXIII. *Concha gemmam concipiens.*

NON GRAVOR, ET GRAVIDOR.

Imago B. Virginis uterum sine dolore gerentis.

* CXXIV. *Conchæ post conceptum rorem sese claudentes.*

CLAUDIMUR UNI.

Imago Religiosæ sponsæ, unius sponsi amore se clausuræ mancipantis.

* CXXV. *Concha grisei coloris.*

GRISEO SUB TEGMINE GEMMA.

Imago earum Religiosarum, quæ sub griseo instituti sui habitu pretiosissimas virtutum gemmas absconsas habent.

* CXXVI. *Conchis duris margaritiferis lemma.*

LATET UNIO DURIS.

Ita videas in austerioribus ordinibus, majorem animorum unionem esse, ac in iis, in quibus laxior disciplina est.

* CXXVII. *Conchæ margaritiferæ exterius sæpe deformes.*

MAXIME DEFORMES MAXIME VENUSTAS PARIUNT.

Ita sæpe videas fieri, & quo ad corpus, & quo ad animam.

* CXXVIII. *Concha in succo dulci pretiosam margaritam ferens.*

NIL VILE, NIL INTUS AMARUM.

Imago animæ gratiâ Sanctificante præditæ.

Imago pariter Religionis cujusdam, in summâ animorum unione viventis.

CXXIX. *Margaritifera concha è rore simul & nutritur, & unione ingravidatur.*

PASCOR, UT INGRAVIDOR.

In B. Virginis Annuntiationem, quæ ei & gaudium in animo, & Salvatorem in utero attulit.

* CXXX. *Concha mox post conceptum rorem profundum maris petit.*

GRAVIDATA PROFUNDUM.

Imago B. V. Mariæ summam in Annuntiatione humilitatem præferentis.

* CXXXI. *Concha rore concepto è maris imo non nisi cum margaritâ redux.*

NON NISI CUM GEMMA REDUX.

Imago Christi Domini ex amarissimo Passionis suæ mari reducis in Resurrectione cum gemma gloriosi corporis.

Factum à me fuit in Ser^mam^ Hedwigam Elisabetham Poloniæ Principem Regiam, quando ex eadem Poloniâ redux in Germaniam erat, cum filiâ Principe.

* CXXXII *Eadem Concha.*

UNIONEM FERO.

Idea Legati cujusdam ad Tractatus Pacis reducis, conclusâ jam pace ac unione animorum formatâ.

Ima-

Imago etiam Christi Domini, unionem Deum inter & homines mediando formantis.

* CXXXIII. *Gutta roris à conchâ suscepta, eique inclusa, in Gemmam transmutatur.*

CLAUSTRO GEMMA FIAM.

Vox ea Virginis est Religioso Claustro se mancipantis.

CAPUT XII.

CROCODILUS.

* CXXXIV. *Crocodilo ingenti apud Verienum inscribitur.*

SIC CREVIT AB OVO.

Imago eximii, sive in virtutibus, sive in vitiis, profectus.

* CXXXV. *Crocodilus flens hominem devoraturus.*

NULLA FIDES LACHRIMIS.

Imago fictæ pœnitentiæ.

CXXXVI. *Crocodilus è Nilo egressus in littore prædas exercet.*

AD LITTORA PRÆDO.

Ita, cum vitæ nostræ navicula in agone littori sistenda erat, sæpe dæmoni tentanti in prædam cedit.

* CXXXVII. *Crocodilus post prædas in littore actas fluvii profundum petit.*

POST FURTA PROFUNDUM.

Imago puniendorum in inferno furum ac prædonum.

* CXXXVIII. *Crocodilus ob pedum brevitatem admodum tardus eos solum assequitur, qui in fugâ ignavi sunt.*

OCCUPAT IGNAVOS.

Imago Dæmonis solum nocentis eis, qui ignaviter ei resistunt.

* CXXXIX. *Crocodilus durissimam & spiculis imperviam crustam habens.*

TEGMINE SECURUS.

Imago cujusdam sub certi protectione securi.

* CXL. *Crocodilus masculus & femella alternis vicibus ova sua fovent.*

ALTERNIS STUDIIS.

Imago educandæ à parentibus alternis curis prolis.

* CXLI. *Crocodilus nullos in profundo Pisces devorat.*

NULLOS IN IMO.

Imago humilitatis à Dæmonis invasionibus securæ.

* CXLII. *Crocodilus corde sublato adhuc vivit, Berchorio teste.*

SINE CORDE SUPERSTES.

Imago Religiosi sine propriæ voluntatis corde viventis.

* CXLIII. *Crocodilus Berchorio teste in aquis hebetem visum habens, in littore perspicax est.*

IN LITTORE CERNIT ACUTUM.

In littore æternæ felicitatis constitutis oculi primum illuminantur, ad videndum clarè Deum.

* CXLIV. *Crocodilus de die in terrâ, de nocte in fluminum aquis habitat.*

AD FLUMINA NOCTE.

Imago eorum, qui in adversarum rerum nocte ad pœnitentiæ flumina recurrunt.

* CXLV. *Crocodilus in hyeme latet, in vere prodit.*

AD RIGIDA CONDOR.

Imago Religiosi, qui primus erat in recreationibus, ultimus in mortificationibus.

* CXLVI. *Crocodilus minime clamat.*

SINE VOCE FEROCES.

Imago tacitæ vindictæ.

Imago Dæmonum tacitè justos persequentium.

* CXLVII. *Crocodili gingivas titillans trochilus, hiare eum facit sicque eundem ingrediens, ipsum necat, ventrem ejus morsu perforando.*

BLAN-

BLANDIOR, UT PERIMAM.

Imago adulatoris.

Dæmonis quoque imago iſta eſt.

CAPUT XIII.

CYPRINUS Seu CARPUS.

* CXLVIII. *Carpus retia piſcatorum evadit, fundi luto ſeſe immergendo.*

LUTO TUTUS.

Humilitate tuti à Dæmonis caſſibus ſumus.

CXLIX. *Carpus à linguæ ſapore plurimum commendatus.*

OPTIMA LINGUA TACENS.

In Commendationem Silentii.

* CL. *Idem.*

DAT PRETIUM LINGUA.

In facundum Oratorem, Concionatorem &c.

* CLI. *Idem ob linguam à Piſcatoribus quæſitus.*

LINGUA PARAT CASSES.

In loquacitatis damna.

CAPUT XIV.

DELPHINUS.

CLII. *Cuſtodes Corporis Sereniſſimi Delphini, Delphinos in tempeſtate ſibi colludentes hoc lemmate inſcriptos habent.*

PERICULA LUDUS. *Vel.*

NE CREDE LUDENTI.

Ita mundanæ deliciæ nunquam ſine ſecuturæ tempeſtatis periculo ſunt.

Ludenti ne crede, magis confide furenti,
Ludicra nam ſequitur ſerius iſta dolor.

CLIII. *Zinckgrefius Delphinis, qui, poſtquam mugiles in anguſtias redegerunt, eoſdem devorant, inſcribit.*

POST PRÆLIA PRÆDA.

Ita dæmones, quos hic in anguſtias redegerunt ſcrupuloſos, demum ſibi prædas faciunt.

CLIV. *Idem Zinckgrefius pluribus Delphinis ad captivum Delphinum accedentibus inſcribit.*

DOLOR UNIUS, TRANSFERTUR IN OMNES.

Ita in Communitate Religioſâ fiat, neceſſe eſt.

CLV. *Apud Verienum Delphino ad littus ejecto inſcribitur.*

QUEM GENUIT, PERDIT.

Imago S. Barbaræ à proprio Parente interfectæ.
Imago item Confeſſarii ſollicitantis.

CLVI. *Camerarius Delphino ſobolem ſuam præcedenti inſcribit.*

HÆC CURA PARENTUM.

Imago bonorum Parentum & Prælatorum, exemplo ſuo bono ſibi concreditos præcedentium.

CLVII. *Delphini juniores non abhorrentes, ſe à matre in tempeſtate abſorberi.*

TUTA FIDES, UBI CERTUS AMOR.

Charitas omnia credit.

* CLVIII. *Delphinus cum crocodilo decertans, ſubmittendo ſe infra ventrem ejus (qui mollis eſt) pinnis ſuis aculeatis eum diſcerpit.*

HUMILIANDO VINCITUR.

Ita plerumque de Dæmone triumphum agimus.

* CLIX. *Idem.*

ACUMINE VINCES.

Dæ-

Dæmonum insidiis mortificationum aculeos oppo-nere, consultissimum est.

CLX. *Cum Ao. 1662. Duinkerka (cui pro insigni Delphinus) Galliæ Regi ab Angliâ cederetur, plura in honorem Regis Galliæ symbola ex corpore Delphini sumpta apparebant. Delphino ergo Diis colludenti inscribebatur.*

CUPIT DELPHINUS AMORES.
LUDOVICO XIV. VERE AMABILI.

Imago Christi, cui in *deliciis est, esse cum filiis hominum.*

CLXI. *Delphinus capite è mari in altum elato.*

ALTA, POLUMQUE PETIT.
LUDOVICO XIV. EXCELSO ET MAGNANIMO.

Imago animi in Deum erecti.

CLXII. *Delphinus alios pisces præcedens.*

CURSU PRÆTERIT OMNES.
LUDOVICO XIV. VICTORI CELERRIMO.

Imago excellentis ingenii.

CLXIII. *Delphinus cytharæ pulsum auscultans.*

PETENTI DAT PROMPTAS, FACILESQUE AURES.
LUDOVICO XIV. BENIGNO ET AFFABILI.

Imago D. Dei prompti ad exaudiendas preces ad se clamantium.

Imago etiam Principis facilis in audiendis subditorum querelis.

CLXIV. *Delphinus post tempestatem mari supernatans.*

PACEM DELPHINUS NUNCIAT.
LUDOVICO XIV. PACIFICO.

Imago Christi Domini post Resurrectionem suam apparentis Discipulis, ac dicentis, *PAX VOBIS &c. Joan. Cap. 20.*

Del-

CLXV. *Delphinus Leoni junctus.*

NON MALE CONVENIUNT.

LUDOVICO XIV. PACEM CUM BELGIS FOVENTI.

CLXVI. *Delphinus in ſomno natans.*

AGILES NOCTESQUE, DIESQUE.

LUDOVICO XIV. IN AGENDO VIGILI.

Imago Principis ſeu Miniſtri circumſpecti atque vigilis.

CLXVII. *Delphinus Arionem ferens.*

SIC VATES DELPHINUS AMAT.

LUDOVICO XIV. ARTIUM FAUTORI.

CLXVIII. *Delphinus Crocodilum inſecutus.*

CRUENTA ARDEBUNT HOS INTER PRÆLIA SEMPER.

LUDOVICO XIV. HÆRETICOS PERSEQUENTI.

Idea Principis fidei defenſoris.

CLXIX. *Auctor Periſtromatum Regis Galliæ Delphino omnia monſtra marina ſubigenti inſcribit.*

HUNC ET MONSTRA TIMENT.

Exprimebat Regis ſui magnanimitatem, quâ nullam, quamvis monſtroſam potentiam timet, ipſe è contra terrori omnibus.

* CLXX. *Delphinus juniores ſuos præcedens.*

PRÆEUNDO DOCENTUR.

In efficaciam Exemplorum paternorum.

* CLXXI. *Delphinus in aquis ludens.*

MEDIIS ANIMOSUS IN UNDIS.

Imago hilaris inter adverſa animi.

CLXXII. *Delphinus os occultum habens in Lubomiriano prope Varſaviam balneo inſcribitur.*

MAGNIS MORSUM NATURA NEGAVIT.

Clementia vel maximè decet Principes, Prælatos &c.

* CLXXIII. *Delphini ſingulariter amant pueros, de quo varia vide in Berchorio.*

IN-

INNOCENTIA UBIQE DILECTA.

* CLXXIV. *Delphini soli inter pisces lac & mammas habent.*

NEC UBER MAGNIS NATURA NEGAVIT.

Clementia & benignitas virtutes Prælatis & Principibus maximè propriæ sunt.

CAPUT XV.

ECHINUS MARINUS.

CLXXV. *Echinus marinus à Burgundiâ inscribitur.*

SE PHARETRA, SESE JACULO, SESE UTITUR ARCU.

Explicare volebat linguæ maledicæ damna.

CLXXVI. *Camerarius Echinis eisdem inscribit.*

TUMIDIS NON MERGIMUR UNDIS.

Imago hominis inter adversarum rerum fluctus inconcussi.

CAPUT XVI.

LUCIUS SEU LUPUS.

* CLXXVII. *In Lucii capite omnia Dominicæ Passionis instrumenta (ut quidam volunt) asservantur.*

MANET ALTA MENTE REPOSTUM.

Jugem Dominicæ Passionis memoriam Emblema exprimit.

* CLXXVIII. *Idem.*

ISTI MECUM CREVERE DOLORES.

Imago hominis in meditatione Passionis ejusdem indies proficientis.

CA-

CAPUT XVII.

MONACHUS.

* CLXXIX. *Monstrum marinum monacho simile in solo mari, non aliis fluviis vivit.*

NON NISI IN ALTO.

Contemplativi monachi imago.
Idea quoque ambitiosi Religiosi.

* CLXXX. *Idem monstrum tempestate prodit.*

TEMPESTATE ATTOLLITUR. *Vel,* SERENO LATET.

Imago hominis in adversis ad Deum, quem in prosperis neglexerat, recurrentis.

* CLXXXI. *Idem piscis, cum à nautis conspicitur, tempestatis prænuntius est, (unde vulgi adagium est) Excurrentibus Monachis pluviam imminere.*

COELI NUNTIAT IRAS.

Imago Prædicatoris pœnas divinas peccatis imminentes annuntiantis.

CAPUT XVIII.

MURÆNA.

CLXXXII. *Muræna à sole in dorso adusta.*

ET IN ÆQUORE FLAMMA EST.

Libidinem mundo dominantem hinc disce.

CLXXXIII. *Camerarius Murænæ inscribit.*

BELLI DISCRIMEN UBIQUE.

Pugnas cum mundo, carne, & Dæmone, undique justis paratas Emblema exprimit.

CA-

CAPUT XIX.

PASTINACA.

CLXXXIV. *Pastinacæ, quæ piscatorum cantu capitur, Misander inscribit.*

DAT FUNERA LUSUS.

In mundi Delicias malo fine claudendas.

CAPUT XX.

PURPURA.

* CLXXXV. *Purpuræ sæpius immersæ lemma.*

PLUS MERSA, PLUS PURPURA.

Gratiores divinæ Majestati reddimur, quoties purpuræ Sanguinis Dominici in Sacramento pœnitentiæ nos immergimus.

* CLXXXVI. *Purpura ex succo, seu sanguine conchylii cujusdam enata.*

PRETIUM DE SANGUINE DUCO.

In purpuream Christi togam.

Imago hominis ex avorum sanguine æstimati.

* CLXXXVII. *Purpura ex certi conchylii sanguine tincta.*

SINE CÆDE, ET SANGUINE NULLA.

In aureolam Martyrii sanguine pro Christo profuso merendam.

* CLXXXVIII. *Ingens purpuræ volumen ad brevem ulnam expositum.*

METIRI RATIO NON BREVIS ULNA POTEST.

In purpuream Christi togam in Passione.

* CLXXXIX. *Purpura ex pressurâ torcularis plus splendens.*

PLUS

PLUS PRESSA, PLUS SPLENDIDA.

Tribulationis, quâ justi coram Deo & mundo illustrantur, imago.

CAPUT XXI.

RANA.

CXC. *Ranis turbato cœlo mirum coaxantibus Camerarius inscribit.*

COELO TURBATO ALACRIOR.

Imago eorum, qui turbidis delectantur.

Imago eorum quoque, qui adversitates hilari animo à Deo acceptant.

CXCI. *Ranæ ad Lumen obmutescenti idem Camerarius inscribit.*

PELLIT MENDACIA VERUM.

Veritatis demum contra detractores prævaliituræ imago.

* CXCII. *Rana in profundo puteo coaxans.*

DE PROFUNDIS CLAMAVI.

Imago hominis ex profundo adversitatum ad Deum recurrentis.

Imago humilis orationis.

CXCIII. *Ranæ garrulæ à serpente devoratæ Meisnerus inscripsit.*

LOQUACITAS SUCCUMBIT PRUDENTIÆ.

* CXCIV. *Rana tranquillo cœlo silet.*

TRANQUILLO SILET. *Virg.*

Imago hominis prosperis rebus negligentis ad Deum recurrere per orationem.

* CXCV. *Rana tranquillo cœlo ad aquæ summitatem prodit.*

SERENO PRODIT.

Imago amici in prosperâ fortunâ.

Rana

* CXCVI. *Rana Loquax.*

UT PLACEAS, TACEAS.

In garrulum.

* CXCVII. *Rana ex fœdo ſpermate aquis innatante procreata.*

QUA SIS AB ORIGINE PENSA!

In fœdam carnis noſtræ originem jugiter cogitandam.

* CXCVIII. *Rana in aquis & extra ſemper ſaliens.*

NOCTU SALTANDO, DIUQUE.

Imago ſaltatoris.

* CXCIX. *Rana deformis, & garrula.*

MAXIME DEFORMES, MAXIME GARRULI.

Imago eorum, qui pluribus defectibus ipſi deformes aliorum defectus maxime carpunt.

* CC. *Rana è paludis luto ad littus emergens.*

LITTORA POST LUTUM.

Imago hominis ex obſcœnitatum luto converſi.

CAPUT XXII.

REMORA.

* CCI. *Remora exiguus piſciculus ingentem navem ſiſtens, cauſâ hactenus incognitâ.*

CAUSA LATET.

In incognitam cauſam ſubitaneæ cujuſdam mutationis.

* CCII. *Remora navim ſiſtens.*

SATIS EST MIHI SISTERE CURSUM.

Dæmoni primus victoriæ gradus eſt, fervorem juſtorum ſiſtere & minuere.

* CCIII. *Idem piſculus navim ſiſtens.*

RES QUANTULA, QUANTUM!

Sanctiſſimis ſæpe viris vel minima etiam occaſio progreſſum virtutum ſiſtit.

* CCIV. *Idem pisciculus à Bovio inscribitur.*

NON MOLE, SED VI.

Exprimere volebat, Conversionem Judæi à S. Ignatio Lojolâ tribus verbis factam.

* CCV. *Remora sub aquis latens navi affixa eandem sistit.*

UT SISTAT, ADHÆRET.

Imago Tutelaris Angeli clienti suo adhærentis, ut à malæ vitæ cursu eum sistat.

CCVI. *Idem.*

SISTITQUE, LATETQUE.

Imago ejusdem Tutelaris Angeli.

CAPUT XXIII.

SALMO.

* CCVII. *Salmo Berchorio teste à cataractâ impeditus caudâ ori impositâ ingenti impetu transilit eam.*

NEGATA TENTAT ITER VIA.

Imago hominis obstacula progressus sui generosè transilientis.

* CCVIII. *Idem.*

NIL CLAUSTRA RETARDANT.

Imago plurium Sanctorum miraculosè sese è carceribus expedientium.

* CCIX. *Salmo in mari dulcior est, ac in aquis fluvialibus.*

IN ALTO DULCIOR.

Imago hominis in dignitatibus suaviorem indolem inducentis.

* CCX. *Idem.*

SUAVIOR IN SALSO.

Imago hominis adversitatibus ad mansuetiores mores reducti.

CA-

CAPUT XXIV.

SILURUS.

* CCXI. *Siluro mira circa ſobolem cura eſt, de quo vide Berchorium.*

PARTA TUERI.

Documentum inde parentes ſumant aſſumendæ curæ prolium.

CAPUT XXV.

SPONGIA.

* CCXII. *Spongia in marinis ſcopulis nata maris fluctus haurit.*

HAURIT INEXHAUSTUM.

Imago S. Communionis.

CCXIII. *Spongiæ P. Maſenius inſcribit.*

MUNDAT, ET INFICITUR.

Imago eorum Prælatorum, qui, quas in aliis mundant & corrigunt, culpas in ſe non raro admittunt.

CCXIV. *Spongiæ inani lemma.*

ET TUMET INANIS.

Imago faſtuoſi indocti vel pauperis.

CCXV. *P. Maſenius ſpongiæ inſcribit.*

PLENA EXPRIMITUR.

Imago eorum Miniſtrorum, qui, dum alios opibus emunxerunt, ipſi denique à Principe emunguntur.

* CCXVI. *Numeri aliquot arithmetici à ſpongiâ in tabula deleti.*

NOS ABLUENDO SUSTULIT. *Ex Hymno.*

Imago Chriſti Domini debita noſtra ſanguine ſuo eluentis.

Imago etiam veræ pœnitentiæ.

CCXVII. *Spongiæ ad tabulam plenam numeris inscripsit nonnemo.*

PRÆSTOLOR, UT DELEAM.

Imago B. Virginis summè anhelantis allaborare, debitorum nostrorum apud Deum expunctioni.

CCXVIII. *Fevillæus spongiæ inscripsit.*

ALIENA GRAVANT.

Imago eorum, qui aliorum peccatis sæpe damnantur, uti Superiores, Confessarii &c.

* CCXIX. *Spongiæ lemma.*

HAURIT UBIQUE LUEM.

Imago hominis ubique pharisaice scandalisati.

* CCXX. *Spongia aquam hauriens deorsum tendit.*

MADEFACTA PROFUNDUM.

Imago pœnitentiæ humilis.

* CCXXI. *Spongia aquis plena, deorsum tendit.*

PLENA DEORSUM.

Imago eorum, qui mundana prosperitate cumulati à Deo deficiunt.

* CCXXII. *Spongia ab acceptis aquis magis tumens.*

TUMET AB ACCEPTIS.

Imago hominis de concreditis sibi à Deo talentis inflati.

* CCXXIII. *Spongia piscis genus est, rupi marinæ affixa, à qua avulsa moritur.*

MORIETUR AVULSA.

Anima à Christo (qui *Petra* est) separata, Spirituali morti quantocius obnoxia est.

* CCXXVI. *Spongia scopulo affixa, & à marinis fluctibus impetita simul & repleta.*

IMPLENT, CUM IMPETUNT.

Calamitatum imago, quibus & impetimur, & bonis spiritualibus replemur.

* CCXXV. *Spongia aquæ imposita eandem haurit, & vicissim hauritur.*

HAURITUR, UT HAURIT.

Imago

Imago eorum, qui hauſtis immodicè divitiis æternum perierunt. Idem eſt de aliis voluptatibus.

CAPUT XXVI.

TESTUDO.

CCXXVI. *Teſtudo ſub domo ſuâ à Fevillæo inſcribitur.*

DOMUS FIDISSIMA CUSTOS.

Hoc Virginibus documento ſit.

* CCXXVII. *Eadem teſtudo domum ſuam portans.*

OMNIA MECUM.

Imago pauperis Religioſi.

* CCXXVIII *Idem.*

ONUS MEUM MECUM PORTO.

In defectus ubique comites.

* CCXXIX. *Teſtudo ab aquilâ elata ad petram allidenda.*

IN HUMILI TUTA. *Vel*, IN ALTO PERICULUM.

Humilitatis ſtatus tutiſſimus, ac ſecurus eſt honorum periculoſiſſimus.

* CCXXX. *Teſtudo ſemper ſub domo ſuâ.*

NUNQUAM DOMESTICA LINQUO.

Imago ſedulæ Matrisfamilias.

Imago etiam Religioſi parentelæ adhuc ſuæ affixi.

* CCXXXI. *Teſtudo ſemper in aquarum fundo.*

IN HUMILI SEMPER

Imago abjecti ingenii.

* CCXXXII. *Teſtudini contractæ domus ſua ſufficiens eſt.*

CONTRACTA SAT AMPLE.

Nempe rebus neceſſariis nullibi deſtituimur.

* CCXXXIII. *Teſtudo cum domo ſuâ ad inſtar loricæ.*

EXUO LORICAM NUNQUAM.

Imago Belliducis.

Imago S. Guilielmi Aquitaniæ Ducis, aut S. Dominici Loricati.

* CCXXXIV. *Testudini sese extendenti propria domus nequaquam sufficit.*

EXTENSÆ NUSQUAM SUFFICIT ILLA DOMUS.

Imago hominis, cui ob nimium luxum insufficiens patrimonium est.

* CCXXXV. *Testudo celeriter ingreditur, quoties carbo vivus crustæ ejus imponitur.*

CALOR ADDIDIT ALAS.

Imago hominis, quem amor erga Deum promptum reddit ad currendam viam mandatorum ejus.

* CCXXXVI. *Testudinis crusta adeo dura, ut rota currus eam innoxiam transeat.*

INNOXIA TRANSIT.

Imago S. Catharinæ Virg. & Martyris, cui mucronata Maximini rota minimè nocuit.

* CCXXXVII. *Idem.*

PREMI NON DEPRIMI. *Vel,*

MEA DOMUS NON DEPRIMITUR.

Inclyta Austriacorum Domus quampluribus hostibus sæpe pressa, depressa nunquam fuit.

* CCXXXVIII. *Testudo cum imposito crustæ suæ pondere.*

NIL PONDERA TERRENT.

Imago animi inter calamitatum pondera infracti.

Imago item obstinati peccatoris, quem immissa à Deo gratiarum actualium pondera nil ad pœnitentiam terrent.

* CCXXXIX. *Testudinis crusta, cum ab ejusdem carne probe depurata est, variis artium usibus deservit.*

ARTI SIC REDDITUR APTA.

Di-

Divinis rebus apti reddimur, cum per mortificationem à carne probè abſtrahimur, & depuramur.

CCXL. *Teſtudo ad ſolem ſplendente cruſtâ.*

NON SINE LUCE TEGIT.

Imago Tutelaris Angeli clientem ſuum protegentis, non ſine Gratiarum actualium luce, ei à Deo impetratâ.

* CCXLI. *Teſtudinis cruſta inſtar umbonis eidem adhærefcens.*

VITA SUB UMBONE EST OMNIS MIHI.

Quadrat hominibus, quorum omnis vita ſub umbone Angelicæ cuſtodiæ eſt.

* CCXLII. *Teſtudo à cruſtâ ſuâ contra omnia tela defenſa.*

CUSTODIT, ET ARCET.

Imago clauſuræ Religioſæ.

* CCXLIII. *Teſtudinis cruſta canum mordentium dentes effringens.*

SIBIMET INVIDIA VINDEX.

* CCXLIV. *Teſtudo tardè, ſed tandem ad locum perveniens.*

SAT CITO, SI SAT BENE.

In damna præmaturæ feſtinationis.

CCXLV. *In quodam Fœderatorum Statuum nummo, Anno* 1596. *cuſo Teſtudo, cujus cruſtæ culices vel apes inſidebant, inſcripta fuit.*

PERFER ET OBDURA.

Patientiæ virtutem Emblema docet.

* CCXLVI. *Teſtudo ſub onere cruſtæ ſuæ.*

ONUS LEVE.

Proprios defectus cuique leves ſic exprimes.

* CCXLVII. *Teſtudo contracto intra cruſtam ſuam, capite, caudâ & pedibus inter canes ſecura.*

CONTRACTA SECURA EST. *Vel,*
NIL CONTRACTA TIMET.

Solitudo contra dæmonis, ac mundi inſultus ſuos ſecuros reddit.

* CCXLVIII. *Teſtudo capite, pedibus, ac caudâ è cruſtâ extenſis.*

DOMIQUE, FORISQUE.

Imago hominis inter externas occupationes curam conſcientiæ minimè deponentis.

CCXLIX. *Teſtudini fugienti P. Maſenius inſcribit.*

FUGIENDO NON EFFUGIT.

Nempe, quocunque te ſubduces, pravas cum carne affectiones tecum circumferes.

* CCL. *Teſtudo in cruſtâ (quæ domus ejus eſt) crucem deſcriptam habens.*

CRUX SUA CUIQUE DOMI EST.

* CCLI. *Idem.*

PRO TEGMINE CRUX EST.

In commendationem Dominicæ Crucis, quæ fidelibus ejus pro ſcuto eſt.

* CCLII. *Idem.*

PRO CLIPEO DOMUS EST.

Virginibus firmiſſimus contra obſcœnos clipeus propriæ domus cuſtodia eſt.

CCLIII. *Idem.*

CRUCIS SUB PONDERE TARDA.

Imago eorum, quos adverſitates ſegniores in ſtudio virtutum reddunt.

* CCLIV. *Teſtudo cruſtâ ſuâ nemini noxia, uti Erinaceus eſt.*

IGNARA NOCENDI.

Idea manſueti, & nemini injurii animi.

* CCLV. *Teſtudo cum cruce ſuâ in cruſtâ.*

CRUCEM FERO.

Imago hominis jugem Crucifixi memoriam circumferentis æquè, ac in adverſis patientis.

* CCLVI. *Teſtudo in cruſtâ variis maculis notata.*

PARVA NEC SINE LABE DOMUS.

Imago

Imago Conſcientiarum, quarum paucæ omnis labis expertes ſunt.

* CCLVII. *Teſtudo in tergo cruſtam pro domo habens.*

DOMUM POST TERGA RELINQUET.

Imago negligentis patrisfamilias æquè, ac propriæ conſcientiæ inſpectoris.

CCLVIII. *Idem.*

CRUCEM POST HABET IPSA SUAM.

Imago hominis negligentis ex immiſſis ſibi à Deo adverſis, fructum ſpiritualem colligere, ſeu adverſa, animo infracto perferentis.

* CCLIX. *Teſtudo maculas cruſtâ ſuâ ferens.*

LABES POSTHABET IPSA SUAS.

Imago hominis propriorum defectuum curam negligentis æquè, ac peccata ſua flocci facientis.

* CCLX. *Teſtudo in exteriori ſuæ cruſtæ parte, maculas gerens.*

EXTRA DOMUM MACULAS.

Imago eorum, qui propriarum Religionum defectus ad ſæculares & exteros exportant.

* CCLXI. *Idem.*

HABENT TANTUM EXTIMA LABEM.

Imago innocenter coram mundo diffamati.

CAPUT XXVII.

TORPEDO.

CCLXII. *Torpedo hamo capta piſcatoris manum ſtupefacit.*

CONSCIA SORTIS UTITUR INGENIO.

Nil ultra vires tentandum docet imago.

LIBER VII.

SERPENTES ET ANIMALIA VENENATA.



CAPUT I.

BASILISCUS.

* I. *Basiliscus in speculo sese conspiciens se perimit.*
NEMO LÆDITUR, NISI A SE IPSO. *Vel*,
SE LÆDIT, ALIUM QUI LÆDERE
QUÆRIT.

Ba-

* II. *Basiliscus pestifero sibilo seu afflatu, & oculo interficiens.*

OCULO, ET SIBILO.

Imago fœminæ cantu & aspectu noxiæ.

III. *Basilisco in speculo sese perimenti Camerarius inscribit.*

POENA SIBI IMPROBITAS. *Vel,* SE LICTORE NECEM.

* IV. *Eidem Basilisco lemma.*

VINCIT, QUEM RESPICIT, HOSTEM.

Imago Principis præsentiæ suæ famâ victoris.

* V. *Basilisco in speculo proprio intuitu sese perimenti lemma.*

NULLI NON SUA FORMA NOCET.

Imago earum Virginum, quæ ante speculum sua corpora sollicitè comendo animæ plus obsunt.

* VI. *Basilisco solo intuitu perimenti lemma.*

ANTE VENENA NOCENS. *Luc.*

Imago mulieris solo intuitu ad obscœna seducentis.

* VII. *Basilisco, qui priore corporis parte gallum, posteriore serpentem refert, inscribes.*

PRUDENTIA, ET VIGILANTIA.

Prælatorum ac Principum propriæ dotes.

* VIII. *Basiliscus Galli (qui Vigilantiæ symbolum est) speciem habens.*

SE VIGILEM SIMULAT.

Imago hypocritæ multas vigilias simulantis.

* IX. *Basiliscus ab ovo jam prodigiosus.*

PRODIGIOSUS AB OVO.

In prodigiosum à juventute ingenium.

* X. *Basiliscus afflatu suo hominem interficiens.*

UT EXSPIRET, QUEM ASPIRAT.

Imago adulatoris venenoso adulationis halitu proximi animam interimentis.

XI. *Rhetores Varsavienses basilisco in speculo sese perimenti inscripsere.*

NON

NON ULTIO SPECULI.

Exprimere volebant animæ exitium in indignâ Communione, ſolum à Communicantis indiſpoſitione non ab ipſâ Euchariſtiâ provenire.

* XII. *Baſiliſcus ante ſpeculum, quod aliorum defectus corrigit, mortuus jacens.*

ALIOS PERFICIT, ME PERIMIT.

Imago Luciferi, qui propriæ naturæ contemplatione (quâ alii nævos ſuos tollendo perficiuntur) in ſuperbiam elatus periit. Earum item Virginum, quæ ſpeculo abutuntur.

XIII. *Idem.*

ME CONTEMPLANDO.

Imago eorum, qui obſcœnis proprii corporis aſpectibus æternum periere.

* XIV. *Baſiliſcus in ſpeculo ſui imaginem contemplando emortuus.*

DE COMPARE MORS EST.

Imago eorum, qui matrimonio abutentes periere. Idem animæ de corpore ſuo judicium eſt.

* XV. *Baſiliſcus, dum ſe inſpeculo reſpicit, emoritur, aliis impoſterum minimè nociturus.*

ALIIS NOCERE DESINIT, QUI SE RESPICIT.

* XVI. *Baſiliſcus, qui alios aſpectu interemit, ſimili ſui ipſius in ſpeculo aſpectu perit.*

QUÆ FECI, PAR FUIT ILLA PATI.

Æquitatis naturalis dictamen eſt, *Pati eadem, quæ alteri feciſti.*

* XVII. *Idem.*

SUI SPECULATOR, ET ULTOR.

Imago hominis, qui poſt inſpectos conſcientiæ nævos eorundem ultor eſt per pœnitentiam.

* XVIII. *Baſiliſcus ſpeculum confringens.*

NE

NE PERIMAT, PEREAT.

Imago hominis mundanas voluptates aſpernantis, ne iiſdem æternum pereat.

XIX. *Baſiliſcus poſtquam alios peremit, ſe quoque demum in ſpeculo interficiens.*

SE DEMUM.

Imago ſeductoris poſt varios ſpiritualiter interfectos demum damnati.

* XX. *Baſiliſcus à ſpeculo interfectus.*

A QUO SIMILEM SPERAVERAM.

Imago eorum, qui propriis uxoribus, à quibus liberos ſperabant, pereunt.

* XXI. *Baſiliſcus (qui è Græco ſui nominis etymo Serpentum Rex eſt) in medio ſerpentum.*

QUALIS REX, TALIS GREX.

Vim exemplorum in Prælatis ſic exprimes.

* XXII. *Baſiliſcus inſtar galli criſtam habens.*

CRISTA COMITANTE VENENUM.

Imago faſtuoſi de commiſſo ſcelere peccatoris.

Imago etiam Scriptoris, ob emanata in publicum venena ſuperbi.

* XXIII. *Baſiliſcus imagine ſui in ſpeculo peremptus.*

ALTER EGO PERIMIT.

Carnis animam perimentis imago.

* XXIV. *Baſiliſcus in ſpeculo ſe videns emoritur.*

SIBI VIVERE DESINIT, QUI SEIPSUM RESPICIT.

Sui ipſius cognitio optimum ad ſpiritualem mortem inferendam affectibus medium eſt.

CA-

CAPUT II.

AMPHISBÆNA.

XXV. *Amphisbænæ seu bicipiti serpenti Thesaurus in quodam Taurinensis Palatii conclavi inscripsit.*

DUO, NON DUO.

Imago duorum unâ in carne conjugum.

XXVI. *Amphisbænæ P. Masenius inscripsit.*

CAPUT EST, UBI CAUDA VIDETUR.

Imago hominis vafri ac duplicis.

XXVII. *Idem Masenius eidem inscribit.*

IN FINE CAPUT.

Imago prudentis finem meditantis.

* XXVIII. *Amphisbænæ bina capita per diversa sepis foramina viam quærentia corpori progressum sistunt.*

SIC PROPRIA COMMODA PERDUNT.

Imago Communitatis, in qua capita suis commodis studentia ejusdem bonum plurimum impediunt.

* XXIX. *Amphisbæna serpens (prudentiæ symbolum) duo capita habens.*

NULLA SIBI SATIS EST PRUDENTIA.

Nulla sat magna circumspectio esse potest hoc in orbe inter tot fraudes viventibus, & de æternâ salute periclitantibus.

* XXX. *Amphisbænæ bina capita diversis viis incedentia.*

IPSE SIBI DISCORS. *Ovid. Vel,*

HIC VULT, HIC NON VULT.

Imago carnis adversus spiritum concupiscentis.

CA-

CAPUT III.

ASPIS.

XXXI. *Aſpidi calici adhærenti Farneſius inſcripſit.*
NUNQUAM SATIS.
Imago hominis inexpleti divitiis, honoribus, ſeu etiam obſcœnis voluptatibus.

* XXXII. *Aſpis lethalem tumorem inferens.*
NE TUMEAS, TIMEAS.
Extimeſcenda ſuperbia meritò nobis eſt, ne eâ inflemur.

* XXXIII. *Aſpis, quos cauda ferit, mox interimit.*
FERIT, ET INTERIMIT.
Imago ſeveri Prælati ſeu parentis, qui indiſcretis afflictionibus ſuos indurat.

XXXIV. *Aſpis lethalem ſoporem inducens.*
NE FIDE SOPORI.
Quieti à mundo, carne, & dæmone oblatæ ne fide, veternus enim eſt in mortem æternam.

* XXXV. *Aſpis vulnere ſuo lethalem ſitim inducit.*
VULNERE FORMO SITIM.
Imago aſpidum Judaicarum, quæ inflictis tot Chriſto in Paſſione vulneribus eidem ſitim ardentiſſimam induxere.

CAPUT IV.

BUFO.

* XXXVI. *Bufoni fœdiſſimo animali lemma.*
MENS TURPIOR.
Imago fœdi animi turpi in corpore exiſtentis.
Imago Corporis damnati.

* XXXVII. *Bufo inflatus rumpitur.*

RUM-

RUMPITUR INFLATUS.

Imago hominis, qui mundi faſtu plenus, morti vicinus eſt.

* XXXVIII. *Bufoni ex fœdo ſpermate prognato lemma.*

FOEDI PROPAGO PARENTIS.

Imago Sectariorum, quorum Archipatriarchæ plerumque infamis vitæ fuêre.

* XXXIX. *Bufo quanto ſenior, tanto virulentior eſt.*

CREVIT VIRUS, CRESCENTIBUS ANNIS.

Imago peccatoris quotidie pejoris.

Imago etiam accreſcentis inimicitiæ cujuſdam.

* XL. *Ex Bufonis combuſti pulvere ſparſo novi plures exſurgunt, teſte Berchorio.*

DE PULVERE PLURES.

In Joannem Huſs combuſtum factum fuit, dum plures combuſtus ſequaces habuit.

* XLI *Bufonis combuſti cineres medicinales.*

IN PULVERE VIRTUS.

Factum fuit in cujuſdam Apoſtatæ Epiſcopi corpus, Romæ poſt mortem à S. Congregatione combuſtum, ad aliorum terrorem & præſervationem à lapſu ſimili.

CAPUT V.

D R A C O.

XLII. *Dentes Draconis à Cadmo ſeminati, in Viros armatos, ac mutuo ſeſe perimentes excreſcunt.*

FERI SEMINIS, CRUENTA MESSIS.

Imago hominis in Communitate diſcordias ſeminantis.

* XLIII. *Draconi lemma.*

IMMANIS HIATU. *Virg.*

Imago avari aut inſatiabiliter obſcœni.

Imago inferni.

Dra-

XLIV. *Draconi gentilitio cujusdam in Poloniâ familiæ inscriptum legi.*

TERRAS SUPER, ET SUPER AURAS.

Imago hominis terrenis rebus majoris.

XLV. *Draconi Poma Hesperidum custodienti lemma.*

AUREA ME VIGILI.

Imago vigilis Prælati, sub quo aurea disciplina est.

XLVI. *Eidem lemma.*

SERVAT ET ABSTINET.

In fidelem quendam Thesaurarium, aut alieni peculii administratorem.

* XLVII. *Draco morsu & caudæ ictu interficit.*

RICTU METUENDUS ET ICTU.

Imago potentis detractoris, qui linguæ damno etiam alias injurias adjungit.

XLVIII. *Draco cuique animali noxius.*

NEC SUMMA, NEC INFIMA TUTA.

Ab infernali Dracone nemo securus est.

* XLIX. *Draco ob internum calorem maxime sitibundus, nec vento, nec undis sitim suam explere potest.*

NEC VENTO, NEC UNDIS.

Imago hominis nec honoribus, nec obscœnis explebilis.

* L. *Draconis fel maximè venenosum.*

FELLE VENENUM.

In damna iracundiæ.

* LI. *Dracones in antris habitantes.*

DANT ANTRA RECESSUS.

Malorum latibula Emblema innuit.

* LII. *Draco solo afflatu aerem veneno inficiens.*

INFICIT AFFLATU.

Imago adulatoris. Salacis fœminæ, &c.

CAPUT VI.

HYDRA.

* LIII. *Hydræ septicipiti ferro & igne domitæ lemma*

FERROQUE, FACEQUE.

Carnem ejusque repullulantes affectus malos ferreis disciplinis atque ardentibus stillis à variis Sanctis subactam habes expressam.

LIV. *Apud Auctorem Coll. hydræ decussatis capitibus lemma est.*

NEC CRESCERE PROFUIT.

Notatus hoc quidam fuit, qui ad primos in aulâ honores ascenderat, ac demum capite plectebatur.

LV. *Hydra septiceps interfecta in Porticu Card. Richelieu lemma tenuit.*

PLURES MORIUNTUR IN UNA.

Hæresin, ejusque plures Sectas per Cardinalem domitas exprimit symbolum.

CAPUT VII.

SCORPIUS.

* LVI. *Scorpius oleo inunctus multis malis medetur.*

MEDEBITUR UNCTUS.

Imago Sacerdotum, qui in Sacramento Ordinis inuncti hominum peccatis medentur.

LVII. *Scorpius hominem lento veneno interficiens.*

LENTO MORS ILLA VENENO.

In peccata mortalia lente sæpe homini succedentia.

* LVIII. *Scorpii venenum album, Berchorio teste.*

NE CREDE COLORI.

Hypocritas cavendos Emblema docet.

Scor-

* LIX. *Scorpius mane jejunus maximè noxius est.*

JEJUNUM METUES.

Dæmonem inhiantem præ inexplebili in animas devorandas fame, justis timendum Emblema docet.

* LX. *Scorpio lemma.*

PROMPTUS IN ICTUM.

Imago Iracundi & vindicativi.

* LXI. *Scorpionum aliqui binos aculeos habentes.*

NON UNO ACULEO.

Imago adulatoris detractionis aculeum jungentis adulationibus suis.

* LXII. *Scorpius cancro non multum absimilis.*

RETROGRADO SIMILIS.

Imago cujusdam, qui sinistro hominum judicio deficere in virtutibus videbatur tantum, cum cæteroquin esset flagitiosissimus.

* LXIII. *Scorpius oleo, quo alii convalescunt, immoriens.*

MORS MIHI, VITA ALIIS.

Imago eorum, quibus SS. Ordinum Unctiones in æternum exitium cedunt.

* LXIV. *Scorpius æstivo tempore nocentior.*

FERVORE NOCENTIOR IPSO.

Imago hominis inter libidinis seu iracundiæ æstus constituti.

* LXV. *Scorpius fœtus suos devorans.*

VORAT, QUOS GENERAT.

Imago eorum parentum, qui malis exemplis suis, proles suas ad æternam damnationem adducunt.

* LXVI. *Scorpius Berchorio teste, unum è fœtu servat, devoratis aliis.*

PARCITUR UNI.

Imago partialis in prolem amoris.

LXVII. *Scorpiones noxia comedentes Aristotele teste nocentissimi.*

PASTU METUENDUS ET ASTU.

Imago callidi parasiti alterius mensam frequentantis, ut domus speculator factus, inde majorem nocendi occasionem caperet.

* LXVIII. *Scorpius oleo injectus illud medicinale facit.*

NE PUNGAT, INUNGE.

Judicum & Advocatorum corruptiones spectat Emblema.

CAPUT VIII.

SERPENS.

* LXIX. *Serpenti (qui prudentiæ symbolum est) caudâ ore apprehensâ orbem formanti lemma.*

NULLAS RECIPIT PRUDENTIA METAS.

* LXX. *Cuidam serpenti (qui prudentiæ symbolum est) corona in capite congenita est.*

REGNI PRUDENTIA CUSTOS.

* LXXI. *Idem serpens cum coronâ.*

CONGENITUM DIADEMA GERO.

Natales illustres sic explicabis.

* LXXII. *Serpentibus aliquot in orbem convolutis, atque sese volventibus lemma.*

SINE FINE EST, QUOD VOLVIMUS.

Imago hominum æterna meditantium.

LXXIII. *R. P. Jacobus Coret Soc. Jesu in vitâ S. Catharinæ Suecæ, serpenti, qui minimo ictu baculi à manu percussus interimitur, inscribit.*

MINIMO ICTU.

In potentiam Sanctæ ejusdem, erga Dæmones.

In vim Exorcismorum.

LXXIV. *Serpenti gyris suis calvariam circumplexo Henricus IV. Galliæ Rex lemma dedit.*

TE NUNQUAM TIMUI.

Pru-

Prudentia (cujus ſerpens ſymbolum eſt) mortis contemptrix eſt.

LXXV. *Serpenti orbem ſpiris ſuis circumplexo, neſcio, ubi inſcriptum legerim.*

TOTUM SPIRIS COMPLECTITUR ORBEM.

In politiam toti nunc orbi dominantem.

Dæmonis ubique fere dominantis imago.

* LXXVII. *Serpens diſciſſus exſiliens.*

LUCTOR ET EXSILIO.

Imago hominis inter adverſa, quibuſcum colluctatur, hilaris.

* LXXVII. *Serpens quo colore magis variegatus eſt, eo nocentior eſt.*

PEJOR, CUM DISCOLOR.

Imago vafri hominis.

* LXXVIII. *Serpentes veneno ſuo interimunt, & in Theriacâ ſanant.*

MORTEM, ATQUE MEDELAM.

Imago Chriſti, qui *poſitus eſt in reſurrectionem & in ruinam.* Luc. 2. Cap.

LXXIX. *Serpens pellem, non virus deponens.*

QUI SE NON EFFUGIT UNQUAM. *Horat.*

Imago malæ conſcientiæ.

* LXXX. *Serpens nudum gladium aſcendendo ſe diſcerpit acie gladii.*

SE NECAT ASCENSU.

Imago hominis, qui aſcenſu ad honores ſeſe morti æternæ expoſuit.

LXXXI. *Apud Auct. Coll. diſſecto ſerpenti lemma.*

JUNGI, VEL MORI.

Votum animæ piæ eſt, prototypo ſui in Cœlis Chriſto jungi, vel mori affectantis.

LXXXII. *Reſp. Fœderata Anno* 1592. *Ramo Olivæ, cui implexus ſerpens erat, in nummo quodam inſcripſit.*

LATET ANGUIS IN HERBA.

Exprimere volebat pericula pacis, ab Hispanis oblatæ.

Pari modo eam pacem exprimes, quam suis offert Caro, Mundus, & Dæmon.

* LXXXIII. *Serpenti dissecto, cujus una pars jam emortua est, lemma.*

MORIENS, ET PARTE SUPERSTES. *Claud.*

Imago parentis in prole post mortem superstitis.

LXXXIV. *Serpenti Primos parentes seducenti P. Pexenfelder inscribit.*

IN LINGUA VENENUM.

Imago seductoris & detractoris.

* LXXXV. *Serpens venenum suum in cœlum exspuens, eodem in corpus proprium relapso.*

QUOD SPUIT, IPSE LUIT.

Imago eorum, in quos malum tanquam in proprium auctorem recurrit.

* LXXXVI. *Serpenti lemma.*

CALCARI IMPATIENS.

Imago Dæmonis despici & calcari maximè horrentis.

* LXXXVII. *Serpenti exuenti pellem lemma.*

ALTER, ET IDEM.

Imago hominis post Confessionem parum in moribus immutati.

* LXXXVIII. *Serpens divisus coire vult, non potest.*

MALE DIVISA MALE COEUNT.

Imago divisæ inter se Communitatis, quæ ægerrimè jungitur.

* LXXXIX. *Serpens divisus multis spiris sese torquens.*

TORQUEOR, UT JUNGAR.

Imago animæ in purgatorio.

In quendam etiam multis difficultatibus quærentem matrimonialem statum.

* XC. *Serpenti lemma.*

NON

NON QUAVIS IN HERBA.

Prudentiæ raritas in negotiorum initiis ſic exprimitur.

* XCI. *Serpenti lemma.*

QUO PERIMAMUR, HABET.

Imago dæmonis, cui mille nobis nocendi artes ſunt.

* XCII. *Serpenti coronato quidem, ſed etiam virulento lemma.*

SED NON SINE CRIMINE GESSI.

Subintellige coronam. Imago Principis ea eſt ex malè adminiſtrato Regno culpabilis.

XCIII. *Serpenti horti Heſperidum Cuſtodi. Auct. Coll. inſcribit.*

PRÆDONIBUS ASPER.

Imago juſti & in reos ſeveri Principis.

XCIV. *Idem Auctor Serpenti ſub ſole ſeſe explicanti inſcribit.*

UT SE SOLI EXPLICET UNI.

In Miniſtrum quendam Chriſtianiſſimi Regis (cui pro ſymbolo ſol) ſecreta ſua ſoli Regi pandentem factum fuit.

XCV. *Idem Auctor Serpenti Æſculapii Romam peſte liberanti inſcribit.*

SERVAT, DUM TERRET.

Ita Timor Dei.

XCVI. *Apud eundem Auctorem Serpenti Heſperidum Horti Cuſtodi lemma eſt.*

VIGILAT, QUI CUSTODIT.

Imago Prælati Vigilis.

XCVII. *Apud eundem ſerpenti petrarum anguſtias & tribulos tranſeunti lemma eſt.*

NIL SISTIT EUNTEM.

Imago imperterriti inter difficultates animi.

XCVIII. *Idem auctor ſerpenti lubricè ſepem ingredienti inſcribit.*

QUANTO MEN S'INALZA, PIU S'INOLTRA.

PLUS INGREDITUR, QUO MINUS EXALTATUR.

Humilitatem Emblema ſuadet.

XCIX. *Serpentibus aliquot circa fontem ſeſe circumvolventibus lemma.*

NEC TAMEN INFICIUNT.

In immaculatam Conceptionem B. Virginis.

* C. *Serpenti diviſo lemma.*

ANIMÆ DIMIDIUM MEÆ.

Imago dilecti amici.

* CI. *Serpens diſſectus emoriens.*

VIVIT ADHUC ALIQUID. *Luc.*

In maximè mortificatis aliqui tamen adhuc veterum paſſionum igniculi manent.

CII. *Serpentibus aliquot circa Palmam lemma eſt apud Fevillæum.*

INVIDIA INTEGRITATIS ASSECLA.

* CIII. *Serpens coronatus diſſectus ſibi jungi quærens.*

JUNGI MEA VOTA CORONÆ.

Imago hominis ad præmia æterna ſuſpirantis. Prout & ambitioſi.

* CIV. *Serpens in orbem convolutus variis ſpiris ſe torquens.*

SINE FINE EST, QUOD TORQUEO.

In æternitatem damnatæ animæ.

* CV. *Serpens ſe ipſum variis ſpiris torquens.*

FACTO TORQUEOR IPSE MEO.

In remorſus peccatricis Conſcientiæ.

* CVI. *Serpens inter varias ſpiras, quibus ſe circum arborem torquet, eamque aſcendit.*

TORQUEOR, ET SURGO.

Imago

Imago hominis ſcrupulis ſibi à Deo immiſſis utentis ad animæ profectum.

* CVII. *Eidem ſerpenti lemma.*

CUM MACULIS SURSUM.

Imago hominis illicitis mediis honores conſcendentis.

* CVIII. *Serpens in utero materno latens matrem dilacerat.*

DUM LATEO, LACERO.

Imago occulti & clandeſtini detractoris.

* CIX. *Serpens caudam ori ſuo immiſſam habens.*

COEPISTIS, QUA FINIS ERAT. *Claud.*

Cum conſummaverit homo, tunc incipit. Eccleſiaſt. Cap. 34.

CX. *Serpentibus duobus ſibi invicem implicatis neſcio ubi inſcriptum legerim.*

IMPIA FOEDERA.

In malorum Conſpirationes.

* CXI. *Serpens è flumine potaturus virus deponit.*

VIRUS SI DEPONO, BREVI RECUPERO.

Imago recidivi peccatoris.

* CXII. *Serpens à fœtibus ſuis diſruptus.*

IN MEA DAMNA MEI. *Ovid.*

Imago impiorum in parentes filiorum.

* CXIII. *Serpens poſt potum virus reſumens.*

REPETET POST POCULA VIRUS.

In recidivum Sacerdotem poſt Calicem Domini toties potatum.

Imago paraſiti, qui finito prandio abſens varias in benefactorem calumnias evomebat.

* CXIV. *Serpenti inter ſpinas ſeſe in terra innoxiè volventi lemma.*

HUMILEM NIL LÆDIT ACUMEN.

Humilitas temporalium curarum ſpinis juncta animam ab earum vulneribus ſervat.

* CXV. *Serpens virus ore gerens.*

VIRUS AB ORE.

Imago blaſphemi hominis.

* CXVI. *Serpens in abditis antris habitans.*

ABDITA QUÆRIT.

Ingenii profunda ſcrutantis imago.

* CXVII. *Serpens pro tuitione capitis totum corpus exponit.*

CAPITI TUENDO.

Subditorum eſt, quibuſvis ſe periculis tuendo Principi ſuo exponere. Eos Emblema ſpectat, qui pro Primatu Papæ occiſi ſunt.

CXVIII. *Serpentum varia genera.*

QUOT GENERA, TOT PERICULA.

Quot peccatorum occaſiones, tot pericula.

CAPUT IX.

TARANTULA, Seu STELLIO.

* CXIX. *Stellio in tergo ſtellulas aliquot impreſſas habens.*

STELLAS POST HABET IPSE SUAS.

Imago hominis actualium ſuarum gratiarum lumina poſthabentis, prout & hominis inter inſignia talenta humilis.

* CXX. *Stellio à ſtellis dictus.*

PRÆTER NOMEN COELESTE NIHIL.

Imago hominis famæ pietatis & Sanctitatis minimè reſpondentis.

* CXXI. *Stellio ſtellarum ſpeciem impreſſam habens, non earum virtutem.*

SPE-

SPECIEM, NON SPLENDOREM.
Imago Doctoris nomine ſolo talis.

* CXXII. *Stellio venenatum animal è rore vivens.*
E RORE VENENUM.
Imago eorum, qui bona proximi in malam ſemper partem ſumunt.

CAPUT X.

VIPERA.

* CXXIII. *Vipera in Theriacâ venenis ſerpentum & viperarum medetur.*
IN FRATRES DENIQUE SÆVA.
Imago hominis in propriam Communitatem (cujus membrum eſt) crudelis.

* CXXIV. *Vipera exſiliens, ut in hominem inſiliat.*
UT EXSILIT, INSILIT.
Imago Politici, qui, dum ſe proximo magis hilarem oſtendit, maxime ei nocere ſtudet.

CXXV. *Vipera cum muræna congreſſura prius virus deponit, unde ei à Choyvano lemma eſt.*
MAXIMA DEBETUR THALAMO REVERENTIA.
Contra eos Emblema eſt, qui Matrimonium in ſtatu mortalis peccati contrahunt.

CXXVI. *Viperæ, quæ à fœtu ſuo dirumpitur, P. Maſenius inſcribit.*
INGRATIS SERVIRE NEFAS.

CXXVII. *Vipera, quæ ante matrem occiderat, & ipſa quoque à fœtu ſuo occiditur.*
ULTIO JUSTA.

* CXXVIII. *Vipera materna viſcera corrodens.*
VISCERA CORRODIT MATRIS.
In quendam, qui miſericordiam B. Virginis impugnaverat blaſphemum.

Vi-

* CXXIX. *Viperæ fœtus humore matris in utero eis non sufficiente, latera materna corrodentes eam interimunt.*

GULA MULTORUM PERDITUR UNA.

Imago cujusdam, qui plurimis parasitis ad inopiam redactus fuerat.

* CXXX. *Viperæ fœtus matrem interficientes.*

MATRIS STRAGE VITAM.

Imago cujusdam, qui in hæresin (è quâ conversus fuerat) scribens inde immortalem gloriam consequebatur.

* CXXXI. *Vipera Berchorio teste, fœtus singulos singulis diebus proferens.*

NOVA SÆPIUS, NOXIA SEMPER.

Imago scriptoris rerum obscœnarum.

* CXXXII. *Idem.*

NULLA DIES STERILIS.

Imago Dæmonis, cui nulla dies sine veneni lineâ, quod in homines spargit, transit.

* CXXXIII. *Vipera virgâ percussa venenum suum dimittit.*

TOLLIT VIRGA VENENUM.

Imago eorum, qui virgâ tribulationum & correctionis percussi venenum peccatorum ponunt.

* CXXXIV. *Vipera mas semen per os fœmellæ immittens, ab hac præ libidine in rabiem versâ occiditur.*

RABIDA RES VENUS EST.

* CXXXV. *Vipera fœmella in æstu libidinis mari caput præmordet, ipsa dein à partu proprio occidenda.*

PERDIT UTRUMQUE VENUS.

Imago eorum Conjugum, qui Sacramento Matrimonii abutuntur.

* CXXXVI. *Viperæ veneno ad caudam defluente, dum percutitur, reliqua pars in medicinam adhibetur.*

POSITO MEDICINA VENENO.

Imago

Imago plurium peccatorum converſorum, qui dein medicinas ſpirituales proximis ſalutaribus monitis & exemplis præbuerunt.

* CXXXVII. *Idem.*

PERCUSSA MEDETUR.

Imago S. Pauli, qui cœcitatis virgâ à Deo percuſſus animarum deinde Medicus fuit.

* CXXXVIII. *Viperæ veniente hyeme venena evomentes, teſte Berchorio.*

TOLLUNT RIGIDA VIRUS.

Imago eorum qui poſito peccatorum veneno, per adverſa ad Deum compelluntur.

Mortificationis petulantem carnem coercentis imago.

* CXXXIX. *Vipera vere virus reſumens.*

REDDUNT PROSPERA VIRUS.

Imago eorum, qui proſperis in peccata relabuntur.

* CXL. *Idem.*

QUÆ VOMUIT VENENA, RESORBET.

Imago recidivi peccatoris.

* CXLI. *Vipera lapidem quendam intra ſe habet, contra venena medicinalem.*

ALIIS, NON MEDICINA MIHI.

Imago Concionatoris, Confeſſarii, qui, dum aliis prædicat, ipſe reprobus efficitur.

CXLII. *Cum Ao. 1605. proderetur conſpiratio quædam in Angliâ, viperæ ſeu ſerpenti inter flores detecto Reſp. Fœderata inſcribebat.*

DETECTUS QUI LATET.

Deprehenſum occultum ſeductorem, aut malum quoddam ſpecie boni palliatum Emblema docere poteſt.

LIBER VIII.

INSECTA.



CAPUT I.

SALAMANDRA.

I. *Apud Verienum Salamandræ lemma.*
MORS ALIIS, SED VITA MIHI.

Impatienter tolerata adversa aliis mortem patienter toleratæ, justis vitam æternam conciliant.

II. *Salamandram extra ignem quidam emori scribunt.*
PATI, AUT MORI.

Tes-

Tessera & votum hoc erat S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis. Vide vitam ejusdem.

III. *Salamandræ in ignibus Imago Primi sæculi inscribit.*

DULCE, ET DECORUM.

In mortem eorum Martyrum, qui pro Deo ignes perpessi sunt.

* IV. *Eidem Salamandræ in igne lemma.*

ALIOS CRUCIANT, ME DELECTANT.

Imago animi inter adversa hilaris, seu mortificationum amantis.

CAPUT II.

APIS. MEL. CERA.

* V. *Api in alveari suo mella disponenti lemma.*

DISPONIT OMNIA SUAVITER.

Imago divinæ sapientiæ: *Quæ attingit à fine usque ad finem fortiter, & DISPONIT OMNIA SUAVITER. Sap.* 8.

* VI. *Apes in parvo alveari mella disponentes.*

IN PARVO DULCIA.

Amantissimi Pueri JESU Imago, qui omnis Spiritualis mellis, & dulcedinis reconditorium est.

VII. *Apes Regem circumvolitantes.*

REGIS IN OBSEQUIUM.

Hoc emblemate observantiam superioribus debitam expressam habes.

VIII. *Carolo IX. Regi Galliæ apes mella prensurum pungentes inscribebantur.*

COMITANTUR FURTA DOLORES.

Voluptatum terrenarum furta comites aculeos & conscientiæ remorsus habent.

* IX. *Avis in flore legit, dum eum totum exhauriat.*

DUM TOTUM EXHAURIAT, HAURIT.

Imago

Imago Parasiti ad incitas usque Domini.

Imago Seduli Lectoris.

* X. *Idem.*

LEGIT IN UNO.

In cavendam variam, & vagam Librorum Lectionem.

XI. *P. Nieszporkowiz apibus matrem ad alveare sequentibus inscribit.*

CHARA TRAHIT AD CONSORTIA MATER.

Exprimere volebat dulcem in convictu Mariam.

XII. *Idem apum matri inscribit.*

GIGNIT APES, ET VIRGO MANET.

Imago Mariæ, quæ Virgo, Mater Dei effecta est.

XIII. *Idem Matri apum lemma dedit.*

NIL, QUOD LÆDAT, HABET.

Imago B. Virginis, quæ salutatur VIRGO CLEMENS.

* XIV. *Apum Rex sine aculeo.*

MITIOR ELIGITUR.

Documentum, quinam ad Prælaturas assumendi sint.

* XV. *Amisso Rege suo apes torpent & tristantur.*

TRISTANTUR AMISSO.

Imago Apostolorum Christo passo. *Tristes erant Apostoli.* Ex Hym.

* XVI. *Apiario lemma.*

NON QUAM MULTIS, SED QUAM BONIS.

Non refert, quam multis constet communitas quædam, sed quam bonis.

XVII. *In apparatu funebri Mareschalci Turenii Rex apum inscribebatur.*

PRO STIMULO EXEMPLUM.

Exprimebatur ejusdem Mareschalci exemplum in dignitate Imperatoriâ.

Imago

Imago Prælati ſubditos bono exemplo præeuntis, ſicque ad bonum ſtimulantis.

* XVIII *Apis utilitati humanæ deſerviens.*

NON QUÆRIT, QUÆ SUA SUNT.

Imago Charitatis veræ.

* XIX. *Apes Regem ſuum ſemper comitantes.*

COMITANTUR EUNTEM.

Imago eorum Angelorum, qui Venerabili Sacramento altaris ſemper præſentes.

Imago quoque ſubditorum, ſuorum Prælatorum exempla imitantium.

XX. *In Nummo Belgico Anno* 1689. *cuſo Apes urſum mellis raptorem inſequentes inſcribebantur.*

POENA COMES SCELERIS.

Remorſus conſcientiæ expreſſos habes.

* XXI. *Alveari lemma.*

OBSCOENI NIL HABET ILLA DOMUS.

In Caſtitatem Societatis Jeſu.

Cœli quoque imago nil coinquinati patientis.

XXII. *Apum Regi lemma.*

EXEMPLO, NON IMPERIO.

Imago ſuperioris plus exemplo, quam verbis imperantis.

XXIII. *Api, quæ mel ægris, aris ceram elaborat, lemma.*

ARIS, ÆGRISQUE LABORO.

Factum fuit in quandam Galliæ Principiſſam, quæ receſſum in Monaſterio quærens in eodem ſingularem infirmorum, & Eccleſiæ ornamentorum curam habebat.

* XXIV. *Apes in vulnere lateris Crucifixi favum mellis aliquando deponere viſæ.*

NON ALIBI MELIUS.

In Vulnere lateris Dominici animæ piæ optima quies eſt.

XXV. *Imago I. Sæculi Societatis Jesu, quinque alvearibus apum inscribit.*

LUDITQUE FAVIS IMMISTA JUVENTUS.

Exprimebantur quinque inferiores scholæ Societatis Jesu, quæ juventuti apum instar, pro totidem alvearibus sunt.

XXVI. *Apis in flore, apud Verienum inscribitur.*

HINC STUDIIS ALIMENTA MEIS.

S. Thomam Aquinatem emblema exprimit, qui ex Crucifixo *Nazareno* (hoc est florido) Jesu Christo, omnem se scientiam hausisse testatus est.

XXVII. *Idem Verienus apibus inscribit.*

DOMUM MUCRONE TUENTUR. *Vel,*
SUA REGNA TUENTUR.

Variorum Ordinum mortificationes expressas habes, qua primævum suum florem retinent.

Domum inclytam Austriacam emblema spectat, quæ intestinis, infidelibus & Christianis hostibus impetita, justissimis & gloriosissimis bellis semper invicta contra omnes stetit.

XXVIII. *Idem Verienus api inscribit.*

VIGILANS URGET OPUS.

Vigilis ac seduli Prælati Idea.

* XXIX. *Api in Lilio lemma.*

PASCITUR INTER LILIA.

Imago Christi, *qui pascitur inter lilia* Virginum & Innocentium.

* XXX. *Regi apum cum suis, in cerâ & melle laborantibus lemma.*

CEREA REGNA. *Vel,*
SUAVIA REGNA.

In suave Regimen Religiosorum.

* XXXI. *Api in flore mel suffuranti lemma.*

DULCIA FURTA.

In

In lectionem librorum Sacrorum, è quibus ascetici mella sua hauriunt.

XXXII. *Apum Regi, qui fœmina est, in honorem Reginæ Galliæ inscriptum fuit.*

REX ANIMO, NON SEXU.

Imago heroicæ Reginæ.

Imago B. Virginis, heroico animo in Passione Christi semper persistentis.

XXXIV. *Apiario cum apibus in Sacristiâ S. Joannis Varsaviæ inscribitur.*

NON QUAM MAGNIS, SED QUAM BONIS.

Religionum magis interest, bonos, quam excelsæ parentelæ Religiosos habere.

XXXV. *In Canonisatione S. Francisci Salesii Gratianopoli celebratâ, apibus fœtore fugatis inscribebatur.*

FOETORE FUGABIS.

Imago SS. Angelorum, quos mortalium peccatorum fœtore à nobis fugari, variis exemplis constat.

XXXVI. *Api Pastorius inscribit.*

MELIUS MIHI CONDERE TELUM.

Commoda mansuetudinis sic optimè exprimes.

XXXVII. *P. Le Moyne duo antithetica de apibus symbola exhibens, in uno eorum apibus pluribus è lilio mella legentibus inscripsit.*

QUID DEMIMUS?

Exprimere volebat populi Gallici numerositatem Galliæ de suis divitiis nil demere.

Per Communionem Deo nil demimus.

XXXVIII. *In altero apibus ad alveare mella ferentibus inscribit.*

QUANTUM ADDIMUS?

Exprimere volebat, Galliæ opes ex populi numerositate accrescere.

* XXXIX. *Apis apertos solum flores visitans.*

 NON

NON VISITAT CLAUSOS.

Documentum visitationis raræ Monialibus faciendæ.

Imago D. Dei avaris minimè benigni.

XL *Expressurus tres B. Virginis Titulos, qui in Salve Regina &c. continentur, ô Clemens! ô Pia! ô Dulcis. Primum in Pelicano pectus pullis aperienti, secundum in Galliná, pullos sub alis foventi, Tertium in ape expressi.*

O DULCIS.

Imago ejusdem B. Virginis.

XLI. *Effigiei Cardinalis Barberini (cui pro insigni apis) inscriptum aliquando fuit à Societate Jesu.*

ALIMENTA DAT IGNI.

Exprimebatur ejusdem Cardinalis in Deum pietas, & in Societatem beneficia, quibus ejus in proximos charitati succurrebat.

XLII. *P. Bovius apibus alveari suo circumfusis inscribit.*

AD SUA FUNDUNTUR.

Imago seduli Patris & Matris familias, quibus aliorum rebus neglectis de suis cura est.

* XLIII. *Apis mel in alimentum & medicinam formans.*

ALIMENTA ET PHARMACA PRÆSTAT.

Imago SS. Eucharistiæ.

Imago etiam Eleemosynarii cujusdam, qui cibos esurientibus & pharmaca infirmis in certo Hospitali præbebat.

* XLIV. *Apis abscondita in flore, ex eodem mella legens.*

ABSCONDITA CARPIT.

Imago absconditi in claustro Religiosi spiritualia bonorum operum mella legentis.

* XLV. *Apis florem exhaustum & melle vacuum dimittens.*

DIMISIT INANES

Imago amici patronum pauperem deserentis.

Apis

* XLVI. *Apis mel ex aperto & expanso flore hauriens.*

HAURIT AB EXPANSO.

Imago ascetici Christum in Cruce pro se expansum meditantis.

XLVII. *Apes, quod Jovem in Idâ monte cibaverint, ab eodem aureo colore donatæ.*

CIBATI PRÆMIA JOVIS.

Imago remunerandæ in cœlis eleemosynæ, quæ uni ex minimis data ipsi Christo offertur. Imago quoque B. Virginis in cœlo coronatæ.

* XLVIII. *Apis mel legens, dum flos in suo adhuc vigore est.*

DUM FRAGRAT, ET FLORET.

Documentum captandarum in tempore suo occasionum.

XLIX. *Api, quod frequenter extra alveare evolet, & nihilominus virgo maneat, Chovaynus inscribit.*

VIRGINEI LAUS PRIMA PUDORIS.

Exprimitur raritas servatæ extra domum pudicitiæ.

L. *Auctor Peristromatum examini apum aculeato prævolante Rege inaculeato inscribit.*

SIGNAT CLEMENTIA REGEM.

Clementiam Regis sui hoc charectere ab aliis distincti exprimebat Auctor.

LI. *P. Guilielmus Hesius expressurus Gentilitias Urbani VIII. apes, Patri Sarbievio stimulos ad Poesin addidisse, tribus apibus, in lyræ fidibus discurrentibus inscripsit.*

VITAM DANT ANIMOSQUE LYRÆ.

Ex hoc colligas, bonas artes sine fautoribus languere, & justorum orationem absque Dei auxilio.

* LII. *Apes dulciorem florem, è quo mella legant, exhaurientes.*

DULCIOR ELIGITUR.

 Imago

Imago animæ ſibi in ſponſum eligentis Dulciſſimum *Nazarenum* (hoc eſt florem) *Jeſum.*

* LIII. *Apibus in alveari lemma.*

PARVA, SED SINE LABE DOMUS.

Imago Religioſi clauſtri, in quo diſciplina floret.

* LIV. *Apes diverſæ diverſis in floribus.*

TRAHIT SUA QUEMQUE VOLUPTAS.

* LV. *Bubo alveari præfixus, apeſque deterrens, in Imagine Primi ſæculi inſcribitur.*

TENERAS MENTES, HÆC TERRET IMAGO.

In peccati horrorem juventuti inculcandum.

* LVI. *Apes regem ſibi aſſumunt, corporis magnitudine & ſpecie inſigniorem.*

DIGNIOR ELIGITUR.

Documentum & exemplum aſſumendorum digniorum ad Prælaturas.

LVII. *Apibus multis cum mellis favo ab urſo abſumptis, P. Maſenius inſcribit.*

GULA UNIUS PERDIDIT OMNES.

Peccatum Primi parentis hic expreſſum habes.

* LVIII. *Apis cum mellis pondere domum rediens.*

DULCE PONDUS SUSTINENS. *Ex Hym.*

Imago B. Virginis Puerum Jeſum in ſinu geſtantis.

Imago jugi Chriſti, quod ſuave & dulce eſt Religioſis.

* LIX. *Alveare, in quo omnia ordinatiſſimè apes diſponunt.*

CONFUSI NIL HABET ILLA DOMUS.

Imago ordinatæ familiæ, Religionis, &c.

* LX. *Apes cum melle, & aculeo.*

NON PRODEST, QUOD NON LÆDERE POSSIT IDEM.

LXI. *Apes è rore & flore paſcuntur, unde eis à P. Maſenio lemma.*

E RORE ET FLORE.

Imago B. Virginis, in *Nazareth* (quod flos eſt) & rore

cœ-

cœleſtis gratiæ à Spiritu S. obumbrateæ, ac concipientis Melleum Dominum Jeſum.

LXII. *Auctor Coll. apibus inſcriptum habet.*

SPONTE FAVOS, ÆGRE SPICULA.

Imago clementis Principis, ægre ad pœnarum inflictionem procedentis.

Sit piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox,
Quique dolet, quoties cogitur eſſe ferox. Ovid.

* LXIII. *Apes caſtæ, ac Regi ſuo fidæ.*

CASTA DOMUS, SINCERA FIDES. *Claud.*

Imago Societatis Jeſu, cui præter eximiam caſtitatem, quartum votum eſt obediendi Pontifici in Apoſtolicis Miſſionibus.

* LXIV. *Apum Rex ſine aculeo.*

REGNI CLEMENTIA CUSTOS.

* LXV. *Apis mella colligens.*

ALIIS ALIMENTA, MIHIQUE.

In lectionem Sacram, quâ Confeſſariis & Concionatoribus primo, deinde pœnitentibus & auditoribus alimenta ſpiritualia colliguntur.

* LXVI. *Apum Rex ducens, & bombis excitans agmen apum.*

ET DUCIT, ET EXCITAT AGMEN.

Imago Superioris, verbo & exemplo ſuos ducentis.

* LXVII. *Api lemma.*

SUA SPICULA CELAT.

Idea occultæ vindictæ.

* LXVIII. *Api cum fuco Lemma.*

HIC PASCITUR, ILLE LABORAT.

Diverſam mortalium ſortem Emblema exprimit.

* LXIX. *Alveari apibus pleno lemma.*

SPICULA MILLE.

Imago celebris cujuſdam armamentarii, qualia eſſe Reip. Colonienſi & Gedanenſi, oculatus teſtis ſum.

* LXX. *Api lemma.*

SPICLA RECEDENTES FIGUNT.

Voluptatum fœdarum imago, quæ in receſſu amaræ ſunt.

* LXXI. *Api lemma.*

MELLA PALAM, SPICLA SECRETO.

Imago mundi, carnis, & dæmonis, qui voluptatum mel in propatulo monſtrant, earum vero fœditatem, & remorſus occultant.

* LXXII. *Apes mella in cibos, ceram ad uſum Eccleſiæ formantes.*

FOCIS SUDAMUS ET ARIS.

Imago Superiorum, Procuratorum ac Proviſorum Religioſæ Communitatis, quorum eſt Deo ad aras & Communitati in procurandis alimentis deſervire.

* LXXIII. *Mel in alveari abſconditum.*

DULCE MEUM LATET.

Vox hæc eſt animæ deplorantis, dulcis ſui ſponſi abſentiam per ſubtractionem conſolationum in eremo aut ſepulchro, aut etiam ſub Sacramentalibus ſpeciebus latentis.

* LXXIV. *Apes pro Rege ſuo.*

AMORE TUENTUR, ET ARMIS.

Imago dilecti à ſuis Principis.

* LXXV. *Alveare vitreum ab intus apes cerâ obducentes.*

OPERATUR OPERTA.

In occulta Dei minime ſcrutanda.

LXXVI. *Apum Regi ſine aculeo expreſſo apud Chovaynum inſcribitur.*

NON HABET, AUT NON UTITUR.

Idea clementis Principis aut Prælati.

* LXXVII. *Apes alveare circumvolitantes.*

SOLLICITIS FERVET RESPUBLICA CURIS.

Vel, INDUSTRIA SOLERS. *Claud.*

Sedulæ familiæ ſeu Religionis imago.

* LXXVIII. *Apis in flore immortua.*

IMMORITUR STUDIIS.

Imago

Imago cujusdam nimiis studiis exhausti.

* LXXIX. *Regi apum ex Claudiano lemma.*

NASCENTEM VENERANTUR. *Claud.*

Imago Christi in Nativitate à Pastoribus & Magis adorati.

* LXXX. *Api in flore lemma.*

CARPENDI STUDIO.

Imago Critici Lectoris.

* LXXXI. *Eidem lemma.*

CARPIT, NON PUNGIT.

Imago Lectoris minimè Critici.

* LXXXII. *Alveare Regem, subditos & aculeos habens.*

HABET OMNIA REGNI.

Ecclesiam Dei expressam habes.

* LXXXIII. *Rex apum sine aculeo.*

IN UNA SEDE MORANTUR, MAJESTAS ET AMOR.

Idea Principis relucentem ex vultu habentis majestatem amore temperatam.

* LXXXIV. *Alveari lemma.*

OMNIBUS IDEM.

In Rom. Ecclesiam, quæ omnibus eodem affectu Mater est, & asylum. Idea quoque impartialitatis.

LXXXV. *Alveari apum exules Galli à Rep. Fœderatâ recepti, in cujo nummo Anno* 1688. *ejusdem Reip. honori inscribebant.*

MISEROS SCIT PASCERE MELLE.

Imago D. Dei afflictos consolationum suarum melle recreantis.

* LXXXVI. *Apes matre suâ duce mella legentes.*

HAC DUCE MELLA LEGUNT.

B. Virgo Maria studiosorum Patrona emblemate non inconcinne designabitur.

LXXXVII. *Api, quæ melli spicula conjuncta habet, lemma Boissardus posuit.*

DELECTAT, ET ANGIT.

 Imago

Imago voluptatis.

LXXXVIII. *Anno 1578. in nummo alveari Ordines Fœd. Belgii inſcribebant.*

DULCIA MIXTA MALIS.

Vitæ humanæ curſum expreſſum habes.

LXXXIX. *Apes æris tinnitu cientur, unde eis à Burgundiâ lemma eſt.*

STRIDORE CIENTUR.

Ita unâ ſtridula muliere ſæpe plures cientur.

XC. *Ludovico XII R. Galliæ Rex apum inſcribebatur.*

NON UTITUR ACULEO REX, CUI PAREMUS. *Vel*, REX SPICULA NESCIT.

Clementiam D. Dei ſeu cujuſcunque Principis ſeu Prælati expreſſam habes.

XCI. *Examini apum, cum Rege ſuo lemma.*

PLEBIS AMOR CUSTODIA REGIS.

Amorem ſubditorum in Principem ſic exprimes, omni militari cuſtodiâ meliorem.

* XCII. *Apes regem natum circumvolitantes.*

COELOQUE EXAMINA LUDUNT.

Imago SS. Angelorum, qui Chriſto nato concinebant, *Gloria in excelſis Deo.*

XCIII. *Api in diaphano ſuccino latenti Mullerus inſcribit.*

ET LATET, ET LUCET.

Imago Sancti cujuſdam in ſepulchro miraculis clari, aut Religioſi bonis operibus in clauſtro.

* CXIV. *Apibus lemma.*

QUÆSITA REPONUNT.

Imago eorum, qui datas ſibi à Deo divitias per eleemoſynas in cœlo deponunt.

* XCV. *Alveare apum fucos non habens.*

IGNAVI NIL HABET ILLA DOMUS.

In Societatem JESU, fucos intra ſe nullos patientem.

* XCVI. *Apis bombitu mella colligens.*

LU-

LUSUS MIHI MELLA PARARE.

Concionatoris absque difficultate & studio in prædicationibus suis suavissima doctrinarum mella parantis imago.

* XCVII. *Apis in alveari quiescens.*

HIC DULCIS REQUIES.

In æternam requiem Sanctorum in cœlis.

* XCVIII. *Alveari stramineo lemma.*

VILI SUB TEGMINE MELLA.

Sub vili Religiosæ paupertatis tegmine suavissima animæ mella ac deliciæ latent.

* XCIX. *Apibus lemma.*

PUNGANT DUM PASCANT.

Imago Parasiti punctionibus nil territi à frequentandis aliorum mensis.

* C. *Apes nunquam in alieno alveari.*

IN ALIENO NUNQUAM. *Vel,*

ALIENA NEQUAQUAM.

Imago Religiosi propriæ Cellæ Custodis.

* CI. *Api lemma.*

MELLA MEUM MUNUS.

Imago S. Bernardi, Doctoris MELLIFLUI.

* CII. *Fuci apium spiculis carentes.*

FUCIS SUA SPICULA DESUNT.

Indoctis multa patienda, quod defendere se nequeant.

* CIII. *Apes fumo enecatæ.*

A FUMO INTERITUS.

Imago eorum, quibus à vanâ gloriâ exitium est.

Imago quoque eorum, qui scrupulorum fumo minimè sibi dissipato periere.

* CIV. *Alvearia ad ericas translata, ut ibidem mella legant apes.*

MELLA DESERTO.

In Commoda Religiosæ solitudinis.

* CV. *Apibus lemma.*

PAR LABOR, ATQUE QUIES.

Imago

Imago Religionis, Militiæ &c. Corporis quoque & animæ modo laborantis, demum quiescentis.

* CVI. *Apibus mella legentibus lemma.*

SUAVITER, ET GNAVITER.

Religiosos labores expressos habes.

* CVII. *Apes flores olivæ singulariter amantes.*

E PINGUI DULCIA.

In fructus Spirituales SS. Eucharistiæ, de quâ Ecclesia canit. *Pinguis est panis Christi, & præbebit delicias &c.*

* CVIII. *Inter apes fœmellis acutior stimulus est, quam maribus Berchorio teste.*

NIHIL SUPER IRAM MULIERIS.

* CIX. *Apes mella domum cum garritu, quodam lætitiæ signo referentes.*

DULCEDINE LÆTÆ.

Imago eorum, qui SS. Eucharistiæ dulcedine degustatâ in Spiritualem animæ lætitiam inde rapiuntur.

* CX. *Apes corpore minores in melle legendo magis sedulæ, teste Berchorio.*

QUÆ MINOR EST, HÆC PLURA LEGIT.

Humilitas majorum in cœlo præmiorum parens est.

* CXI. *Apes, cum nimium quiescunt, teste Berchorio infirmantur.*

DANT OTIA LETHUM.

In damna otii & acediæ.

* CXII. *Apes ab unâ excitatrice triplici sono seu bombo excitari, scribit Berchorius.*

UNA EXCITAT OMNES.

Imago Excitatoris Religiosi ad laudes nocturnas.

Imago Concionatoris è veterno peccatorum suos excitantis.

* CXIII. *Apis in caudâ aculeum habens*

PRÆ OCULIS HAUD IRA MIHI EST.

Imago præcipitis, & inconsultæ iræ seu vindictæ.

* CXIII. *Apis ad infigendum aculeum ardentissima.*

AD

AD SPICULA PRÆCEPS.

In idem.

* CXIV. *Apes ex lachrymulis, quæ floribus aliquot inhærent, mella legentes.*

LACHRYMIS HÆC MELLA PARANTUR.

Gaudiorum cœlestium mella pœnitentiæ lachrymis vel maximè proveniunt.

* CXV. *Rex apum ceram disponens, pro luminaribus ante Ven. Sacramentum Christo.*

REGES SERVIENT EI.

Christi cultum universalem sic exprimes.

* CXVI. *Tres apum Reges in uno flore.*

TRES VISITANT UNUM.

Imago Trium Magorum Christum natum adorantium.

CAPUT III.

ARANEUS.

* CXVII. *Muscâ captâ araneus in telæ suæ centro exiliens.*

EXULTANT, CUM MALEFECERINT.

Imago eorum peccatorum, qui exultant, cum malefecerint.

* CXVIII. *Araneus pro muscâ sese eviscerans.*

FRUCTU NON RESPONDENTE LABORI. *Ovid.*

Imago plurimorum laborum ab hominibus pro vanæ gloriæ muscâ captandâ exantlatorum.

* CXIX *Aranea succum floris in venena convertens.*

IN AMARA DULCIA VERTIT.

Imago sinistri alienorum factorum interpretis.

* CXX *Aranea reti suo sese eviscerans.*

PRIMO SIBI RETIA NECTIT.

Ita plerumque versipelles, & aliis casses parantes.

Mus-

* CXXI. *Muſcis intrantibus telam araneæ lemma.*

AUT PERRUMPENDUM, AUT PEREUNDUM.

In mundi, Carnis, & Dæmonis laqueos.

CXXII. *Araneæ telæ Burgundia inſcribit.*

QUIA SUBTILIS, INUTILIS.

Vanitas Sophiſticæ expreſſa emblemate habetur.

* CXXIII. *Araneæ muſcam capienti lemma.*

AFFLUIT INCAUTIS.

Imago Dæmonis.

CXXIV. *Jacobus Catzſius muſcis telam araneæ intrantibus inſcribit.*

NON INTRANDUM, AUT PENETRANDUM.

Axioma Politicorum eſt, incipiendum nihil eſſe, quod ad executionem deduci non poſſit.

* CXXV. *Araneæ muſcas incaſſum exſpectanti lemma.*

NIHIL CEPIMUS.

Labores mundanos emblemate expreſſos habes.

CXXVI. *Araneæ telæ ad nihil utili lemma.*

LONGUS LABOR, BREVIS USUS.

Imago bonorum mundanorum, quæ longo labore acquiſita brevem ſui uſum nobis permittunt.

CXXVII. *Aranea incauto ſerpenti affluens ab Areſio lemma habet.*

NON EST PRUDENTIA, QUÆ DOLO RESISTAT.

* CXXVIII. *Tela ingens araneæ variis ſciſſuris hinc inde rupta.*

IN VULNUS MAJORA PATENT.

Imago Magnatum, qui plerumque majoribus adverſitatum, & malevolarum linguarum ictibus expoſiti ſunt, quam inferioris ſortis homines.

CXXIX. *Araneæ ex roſâ venenum ſugenti neſcio ubi inſcriptum legerim.*

NO-

NOLUIT INTELLIGERE, UT BENE AGERET.

Imago obſtinati peccatoris.

* CXXX. *Aranea rete ſuum circumeundo texens, muſcarum fallendarum ergo.*

CIRCUIT, UT FALLAT.

Imago Circumforanci, vel hæreticorum Emiſſarii, aut etiam Dæmonis ipſius.

CXXXI. *Araneæ telam ſuam texenti in nummo Belgico aliquando inſcriptum fuit.*

NON AQUILIS LEVE TEXIT OPUS.

Hæreticorum telas ſic exprimes, quas nulla hactenus Aquila, hoc eſt, ex Auſtriacâ Domo nemo ingreſſus eſt.

CXXXII. *Araneæ lemma.*

NUBILO TEXIT, SERENO VENATUR.

Imago cujuſdam, qui in ſeditione populari ita rebus diſpoſuerat, ut eadem compoſita ingentia inde lucra conſecutus ſit.

CXXXIII. *Aranea in reti ſuo ſuſpenſa, ab hirundine devoratur.*

NON LÆTATA DIU SPES IMPROBA.

Imago impiorum demum à Deo puniendorum.
Juſti quoque Talionis imago.

CAPUT IV.

BOMBYX. GLOBUS BOMBYCINUS.

CXXXIV. *In ſepulturâ Electricis Saxoniæ Tumba viſceribus ejuſdem deſtinata, in bombyce exprimebatur cum lemmate.*

SERVIO VISCERIBUS.

Servum Dei ex totâ animâ & corde intelliges.

Bom-

* CXXXV. *Bombyx sericâ veste suâ relictâ, demum aviculæ albæ instar evolat.*

POST HANC MIHI CANDIDA VESTIS.

Imago S. Norberti, qui relictis sæculo pretiosis vestibus pelliceâ melote indutus Euangelium prædicabat.

CXXXVI. *In Thesibus S. Xaverio dicatis bombyx è calathisco suo evolans inscribebatur.*

EXALTATUS DE PORTIS MORTIS.

Exprimebatur ejusdem Sancti Canonizatio.

CXXXVII. *In iisdem Thesibus, bombyx se in calathisco suo sepeliens lemma tenebat.*

COGNOVIT OCCASUM SUUM.

Exprimebatur, eundem Sanctum diu ante obitus sui tempus prædixisse.

* CXXXVIII. *Bombyx calathisco suo, carceris instar inclusus, eundem in candidam aviculam mutatus egreditur.*

DE CARCERE CANDIDUS EXIT.

Imago cujusdam, qui innocenter carceribus mancipatus cum gloriâ ex eisdem educitur.

Imago mortis justorum.

* CXXXIX. *Bombyx pôst labores suos in aviculam transmutatur.*

HÆC LUCRA LABORUM.

Imago beatæ Resurrectionis hujus mundi labores subsequentis.

* CXL. *Bombyx in calathisco suo laborans.*

VIDET INTUS NEMO LABOREM.

Imago Magnatum, quorum curas & molestias sub exteriori pompâ occultatas pauci cognoscunt.

CXLI. *Eidem bombyci in Calathisco suo latenti, R. P. Albertus Bartockowski inscripsit.*

UMBRA JUVAT.

Politici imago sub umbrâ simulationum suarum sese occultantis.

Eidem

* CXLII. *Eidem bombyci operanti lemma.*

VITÆ MELIORIS AMORE. *Vel,*
UT LUCI REDDAR.

Labores juſtorum amore melioris in cœlo vitæ exantlatos ſic exprimes.

* CXLIII. *Bombyx, cum amplius alimenta non accipit, intra ſplendorem nonnullum contrahere videtur.*

SPLENDET IMPASTUS.

Imago plurium Sanctorum eximiorum in jejunio & abſtinentiâ.

* CXLIV. *Bombyx intra viſcera ſua reconditur, dum operatur.*

INTRA MEA VISCERA VERMIS.

Remorſus Conſcientiæ expreſſos vides.

* CXLV. *Bombyx è calathiſco ſuo evolans.*

TOLERATI PRÆMIA CLAUSTRI.

Æterna præmia Religioſis clauſtralibus parata ſic exprimes.

* CXLVI. *Bombyci in calathiſco ſuo lemma.*

CONDITUR IN CLAUSTRO, QUOD CONDIDIT.

S. Birgittam ſepultam in primævo ordinis noſtri Monaſterio, quod ipſa de facultatibus ſuis condiderat, ſic aliquando expreſſi.

* CXLVII. *Idem.*

CONDITUR IN TENEBRAS, QUAS CONDIDIT.

Imago ſcrupuloſæ Conſcientiæ, quæ ipſa ſcrupulorum ſuorum ſibi cauſa eſt.

Chriſti quoque intra Sacramentales ſpecies latentis imago.

CXLVIII. *Bombyci, dum in papilionem mutatur, Chovaynus inſcribit.*

OMNIA VERTUNTUR.

Expreſſurus, ut videtur, erat, nil in mundo ſtabile eſſe, ſed eum continuis mutationibus ſubjectum.

* CXLIX. *Bombyci è calathiſco ſuo evolanti lemma.*

DE CLAUSTRO CLARIOR EXIT.

Imago cujuſdam, cui religioſa ſolitudo viam ad Epiſcopatum ſtraverat.

Imago etiam glorioſæ Reſurrectionis Corporum noſtrorum ex ſepulchro.

CL. *Eidem bombyci evolanti lemma Bornitius dedit.*

PENSO ABSOLUTO.

Nempe ſempiterna præmia poſt hujus vitæ penſum legitimè abſolutum, juſtis primum dantur.

CLI. *Eidem Bombyci P. Maſenius inſcribit.*

ET VERMIS INDUIT ALAS.

Dotes glorioſas corporum noſtrorum depictas habes.

CLII. *Bombyx è calathiſco ſuo evolans.*

COGNATI CORPORIS EXPERS.

Species Euchariſticas poſt Conſecrationem prioris ſubſtantiæ panis expertes ſic exprimes.

* CLIII. *Bombycis calathiſcus, cum evolvitur, aquis imponitur, quo fila citius ſolvantur.*

EVOLVES NON SINE AQUA.

In conſcientiæ examen cum dolore faciendum.

* CLIV. *Bombyx, cum operatur, ſplendet.*

SPLENDET OPEROSUS.

Imago variorum Sanctorum, qui inter labores ſuos ſplendente ſubinde facie viſi ſunt.

* CLV. *Eidem bombyci, cum filum ejus evolvendum eſt, lemma.*

CAUTE EVOLVES.

In Confeſſarios, quibus cautè in Confeſſione Conſcientiæ pœnitentium, alterius maximè ſexus evolvendæ ſunt.

CLVI. *Apud Auct. Coll. bombyci intra ſuum calathiſcum lemma eſt.*

INCLUSUM LABOR ILLUSTRAT.

In opera cujuſdam Clauſtralem vitam agentis.

Bom-

* CLVII. *Bombyci è calathiſco ſuo evolanti lemma.*

PER MEOS MELIOR MIHI VITA LABORES.

Imago Sanctorum in cœlo meliorem laboribus ſuis in terrâ vitam promeritorum

* CLVIII. *Bombyx in calathiſco ſuo mortuo ſimilis.*

QUASI MORIENTES, ET ECCE VIVIMUS.

Vel,

SE MORI SIMULAT.

In viros Apoſtolicos & Religioſos.

Imago hypocritæ multas mortificationes ſimulantis.

CLIX. *In Theſibus S. Staniſlao Koſtkæ dicatis bombyci è calathiſco ſuo evolanti lemma eſt.*

DOMESTICA LINQUO.

In eundem Sanctum à ſuis profugum.

Imago etiam negligentis propriam conſcientiam.

* CLX. *Bombyci, qui alas induens, ſemina ſua ponit, lemma.*

NOVOS POST FUNERA FOETUS.

Inſcribam hoc Operi Poſthumo R.P. Matthiæ Caſimiri Sarbievii, cui Titulus *Dii Gentium &c.* quod curis meis lucem è prælo habebit.

* CLXI. *Bombyx ex Mori foliis vivens.*

MORI MIHI VIVERE.

Vox ea eſt ejus, qui *Mori Lucrum* cum Apoſtolo computat.

* CLXII. *Bombyx viſcera ſua elaborando mortem ſibi accelerat.*

PER VISCERA LETHUM.

Imago indiſcretæ miſericordiæ, in parentibus, ſuperioribus, &c.

* CLXIII. *Eidem lemma.*

PER VISCERA LIBER.

Imago hominis ſibi eleemoſynis Purgatorium abbreviantis.

* CLXIV. *Bombyci lemma.*

PRETIUM IN EXUVIIS. *Vel,* MORS PRETIOSA.

In Reliquias variorum Sanctorum.

* CLXV. *Bombyci sese eviscеranti lemma.*

TANTUS AMOR PENSI.

Imago Religiosi Missionarii, qui penso Missionum sedulo decurrendo immortuus fuerat.

* CLXVI. *Bombyci lemma.*

FILO DECOR MIHI TANTUS AB UNO.

Applicavi hoc aliquando cuidam ex ordine nostro Concionatori, dum in Ecclesiâ PP. Carmelitarum in festo S. Scapularis dicens, illud filo Ariadnæ cum magno populi applausu comparasset. Carmelitarum Ordini id inscribes.

* CLXVII. *Eidem lemma.*

FILO LETHUM MIHI VENIT AB UNO.

Imago Damnatorum, quibus æternæ damnationis lethum obtigit à filo vitæ malè elaborato.

* CLXVIII. *Bombyx ore suas exuvias evolvens.*

AB ORE EXUVIÆ.

Idea variorum Sanctorum, qui incognitas orbi Reliquias suas ipsi revelarunt.

* CLXIX. *Bombyx è calathisco suo evolans semina ponit.*

POST VINCULA FOETUS.

Imago variorum Sanctorum, qui miraculosè à Deo è carceribus liberati, dein novos Christo fœtus pepererunt per Euangelii prædicationem.

* CLXX. *Bombyx semine posito emoritur.*

POST FOETUM FATUM.

Imago Principissæ cujusdam puerperio suo immortuæ.

* CLXXI. *Bombyci lemma.*

UNO TRAHIT OMNIA FILO.

Imago perseverantiæ interruptæ.

* CLXXII. *Bombyx è calathisco suo evolans.*

TO-

TOLERATÆ PRÆMIA MORTIS.

In præmia mortificatis in cœlo ſolvenda.

* CLXXIII. *Bombyx in calathiſco ſuo quieſcens.*

REQUIES HÆC PARTA LABORE EST.

Imago requiei cœleſtis.

* CLXXIV. *Bombyx viſcera ſua ad luxum veſtium formans.*

AD LUXUM VISCERA FORMAT.

In eos parentes, qui proles ſuas ad luxus & mundi vanitates inſtituunt.

CLXXV. *Bombyx calathiſcum ſuum perficiens apud Auctorem Coll. inſcribitur.*

IN ME M'INVOLGO. *Id eſt.*

ME MIHI INVOLVO.

Idea ſcrupuloſæ Conſcientiæ ſponte propriâ ſe ipſam ſuis ſcrupulis involventis.

* CLXXVI. *Bombyx è calathiſco evolans.*

VESTIS PERTÆSA PRIORIS.

Imago Apoſtatæ Religioſi, aut juſti morientis.

* CLXXVII. *Extimus calathiſci apparatus confuſus, neque uno filo ductus.*

LABOR EXTIMUS IRRITUS OMNIS.

Irriti nempe hominum labores omnes, niſi debita eis intentio interior præfigatur.

* CLXXVIII. *Bombyx & aranea viſcera ſua elaborantes.*

LABOR QUAM DISPAR UTERQUE.

In diverſos hominum labores & ſtudia.

* CLXXIX. *Bombycis calathiſcus eâ parte, quâ bombycem attingit, rigidiorem pelliculam habens.*

RIGET INTIMA VESTIS.

Imago hominis ſub pretioſâ veſte aſpero cilicio induti.

* CLXXX. *Bombyx in calathiſco ſuo inſtar mortui quieſcens.*

DONEC IMMUTER.

Corporum nostrorum in sepulchris beatam Resurrectionem exspectantium imago.

* CLXXXI. *Bombyx, antequam calathiscum suum formare incipiat, splendorem nonnullum visceribus contrahens.*

ISTE PER VISCERA SPLENDOR.

Sancti imago quondam magni in terris Eleemosynarii.

* CLXXXII. *Bombyci viscera sua elaboranti lemma.*

EXINANIVIT SEMET IPSUM.

Imago Christi Domini: *Exinanivit Semetipsum, formam servi accipiens.* Phil. 2.

* CLXXXIII. *Bombyci in calathisco suo lemma.*

E TUMULO VITÆ MELIORIS ORIGO.

Imago iterum Resurrectionis nostræ.

Item imago S. Francisci Borgiæ, occasione conspecti cadaveris Isabellæ conversi.

* CLXXXIV. *Bombyx indutis alis non multo post emoriens.*

NOXIA LIBERTAS.

In damna libertatis nimiæ.

* CLXXXV. *Bombyx calathiscum suum effringens.*

SUA VISCERA PERDIT.

In eos parentes, qui filios ad æternum exitium producunt.

* CLXXXVI. *Bombyci lemma.*

DANT VISCERA VESTEM.

In unum è Septem operibus Misericordiæ, quod est *operire nudos.*

* CLXXXVII. *Bombyci lemma.*

LETHUM MIHI CONSTRUO VESTE.

Imago eorum, qui ex nimio luxu vestium accisis facultatibus temporaliter, vel etiam æternaliter perierunt.

* CLXXXVIII. *Bombyx papyraceo cucullo impositus operatur, inde eidem evolanti lemma.*

GE-

GESTATI LUCRA CUCULLI.

In præmium in cœlo paratum iis, qui in ſtatu monachali Deo vixerunt.

* CLXXXIX. *Bombyx in calathiſco ſuo nil comedens.*

IN CLAUSTRO IMPASTUS.

Imago jejuni & abſtinentis monachi.

* CXC. *Bombyx exteriorem calathiſci ſui partem confundens.*

EXTIMA CONFUNDIT TANTUM.

Imago hominis intus quidem recollecti, exterius verò confuſum agendi modum habentis.

* CXCI. *Bombyx, cum ſplendere incipit, corpore nonnihil coarctatur.*

SPLENDET, UT ARCTATUR.

Imago hominis, quem arctior diſciplina è diſcolo Sanctum fecit, aut calamitas.

* CXCII. *Bombyx calathiſcum ſuum perrumpens.*

SIBI VINCULA PONIT, ET AUFERT.

Imago Chriſti Domini, qui ſpecierum Sacramentalium, ut ita dicam, vincula, ſibi ponit, eademque aufert, cum ſpecierum corruptio id exigit.

Imago peccatoris pœnitentis vel ſcrupuloſi.

* CXCIII. *Bombyx penſo abſoluto, ne calathiſcum ſuum perfringat, ſoli exponitur, ut ejus caloribus occidatur.*

PRO BONO MALUM.

Imago ingratitudinis.

* CXCIV. *Bombyx à ſole excluditur, & modo ſupradicto enecatur.*

QUI ME NECAT, EDIDIT IDEM.

Imago S. Barbaræ à proprio parente interfectæ.

Imago item eorum liberorum, qui exemplo aut malâ parentum inſtitutione æternum periunt.

CAPUT V.

BRUCHUS.

* CXCV. *Bruchi lemma.*

FRUGES CONSUMERE NATI.

Imago hominum otioſorum.

* CXCVI. *Bruchus herbas abrodit, cum teneræ ſunt.*

ABRODIT TENERAS.

In infanticidium Herodis. Dæmonis item imago operum initiis ſemper inſidiantis.

* CXCVII. *Idem.*

PARCIT ADULTIS.

Imago Dæmonis, qui noviter ad Deum converſis tentationibus ſuis magis infeſtus eſt, quam in viâ Dei adultioribus.

CAPUT VI.

CHAMÆLEON.

* CXCVIII. *Chamæleon defunctus nullum colorem recipit.*

PALLESCO DEFUNCTUS.

Imago deformium noſtrorum per mortem corporum nullius amplius fuci capacium.

CXCIX. *Chamæleonti diverſos colores, nullum vero ſtabiliter recipienti lemma.*

NIL SOLIDI.

Imago inconſtantis & levis.

* CC. *Idem.*

MUTATUR IN HORAS.

In eundem.

* CCI. *Idem colorem vicinum recipit.*

CUI-

CUIVIS ADAPTOR. *Vel,*
OMNIBUS OMNIA.

Imago adulatoris & Politici.

* CCII. *Chamæleon ore ſemper aperto hians.*

HIAT APERTUS.

Imago avari ſeu obſcœni.

* CCIII. *Chamæleonti, qui vicini objecti colores attrahit, lemma.*

FORMANT VICINA COLOREM.

Imago efficaciæ humanæ Converſationis. *Cum perverſo perverteris.* Pſal. 17.

* CCIV. *P. Ant. Gonſalez in itinere ſuo Hieroſolymitano oculatus teſtis eſt chamæleontem rubrum colorem non ſuſcipere.*

ERUBESCERE NESCIT.

Imago impudentis & inverecundi animi.

* CCV. *Chamæleon accepto ex vicino objecto colore demum ad ſuum nativum revertitur.*

AD MORES FACILIS NATURA REVERTI.

Recidivas ſic exprimes.

* CCVI. *Chamæleon exterius ſolum per reflexionem coloratur, non interius.*

EXTIMA SIC TANTUM.

Imago hypocritæ exterius ſe alium ſimulantis, quam ſit interius.

* CCVII. *Chamæleon diverſicolor etiam mente talis eſt, cum enim crudelis ſit, manſuetum ſe fingit.*

MENS MAGIS INCONSTANS.

Imago inconſtantiſſimi cujuſvis

* CCVIII. *Chamæleon ore ſemper aperto vento inhians.*

PASCIT, NON INFLAT.

Imago Spiritus Sancti, qui animos non inflat,

CAPUT VII.

CICADA.

* CCIX. *Cicada exſiliens.*

EX HOC IN ILLUD.

Imago vagi & inconſtantis.

CCX. *Cicada oleo inuncta moritur.*

FERT UNCTIO LETHUM.

Imago eorum, quibus unctio SS. Ordinum majori damnationi erit.

CCXI. *Cicada in hyemis rigoribus æſtatem exſpectans, à Camerario inſcribitur.*

EXSPECTO, DONEC VENIAT.

Imago hominis inter adverſa meliorem ſortem exſpectantis.

* CCXII. *Cicadæ ſalienti lemma.*

NOCTU SALTANDO DIUQUE.

Imago puellæ choræis exceſſive addictæ.

Imago bonæ & hilaris conſcientiæ.

* CCXIII. *Cicadæ, quo puriorem aerem attrahunt, eo ſuavius Berchorio teſte canunt.*

DULCIOR E PURO CANTUS.

Eorum, qui in ſtatu gratiæ ſunt, cantus, & oratio Deo acceptior eſt.

* CCXIV. *Cicadæ ex oleo, quo unctæ fuerant, jam jam moRituræ, ſi aceto perfundantur reviviſcunt.*

HIC VITAM REVOCAT ACROR.

Adverſa à Deo immiſſa veterno peccatorum quaſi immortuos, ad vitam meliorem revocant.

* CCXV. *Cicadæ è parvo gutture dulcius canentes.*

DULCIUS E MODICO.

Gratiſſima Deo oratio eſt humilis & contriti cordis.

* CCXVI. *Inter cicadas mares ſolos cantare, fœminas tacere, Berchorius teſtis eſt.*

MI-

MIRACULUM! HIC FOEMINA SILET.
Raritatem fœmineæ modestiæ Emblema exprimit.

CAPUT VIII.

CICINDELA.

* CCXVII. *Cicindela vermiculus de nocte lucens.*
CLARIOR UNDE MINUS, CLARIOR INDE MAGIS.
Illis, quibus apud hunc mundum obſcuramur, humiliationibus apud Deum inclareſcimus.
* CCXVIII. *Cicindela de die non lucens.*
CLARIOR UNDE MAGIS, CLARIOR INDE MINUS.
Vice verſâ, quibus apud homines honoribus inclareſcimus, apud Deum obſcuramur.
* CCXIX. *Cicindelæ juxta viarum vicina de nocte lucentes.*
LUCE VIAM SIGNANT.
In gratiarum actualium lumina, quibus via ad ſalutem monſtratur.
* CCXX. *Eiſdem cicindelis lemma.*
HÆC LUMINA VERME.
Imago relucentis omnipotentiæ divinæ, in abjectiſſimo quovis terræ vermiculo.
* CCXXI. *Eiſdem lemma.*
ET LUMINA SERPUNT.
Imago plurium inſignium ingeniorum, quæ terrenis plus æquo affixa vermiculorum inſtar ſerpunt.
CCXXII. *Cicindela lucens de nocte, die adveniente lumen omne amittit, quod lemmate iſto ipſa loquens deplorat.*
MEUM LUMEN SOL ABSTULIT.
Factum fuit in matronam quandam, cujus maritum
Rex

Rex Galliæ (cui pro ſymbolo ſol) capite puniverat. Idem D. Deo vitæ & necis Domino applicabis.

* CCXXIII. *Eidem Cicindelæ de nocte lucenti lemma.*

MEUM LUMEN CYNTHIA SPECTAT.

Imago B. Virginis Chriſtum glorioſum poſt Reſurrectionem contemplantis.

CAPUT IX.

COCHLEA. LIMAX.

* CCXXIV. *Cochlea cum lue ſuâ naſcitur.*

CONGENITA SIBI FOEDA LUE.

Imago hominum, quibus peccati Originalis lues congenita eſt.

CCXXV. *Cochleæ per anguſtum ponticulum incedenti Rollenhagius inſcribit.*

LENTE, ET ATTENTE.

In magnorum negotiorum expeditiones.

* CCXXVI. *Eidem in anguſto tecto habitanti lemma.*

RES ANGUSTA DOMI.

Imago ſcrupuloſæ Conſcientiæ.

* CCXXVII. *Eidem montem conſcendenti lemma.*

TARDE, SED TANDEM.

Imago hominis tardè ad Sanctitatem vel honores promoti

* CCXXVIII. *Cochleæ univalvi lemma.*

MIHI JANUA SEMPER APERTA EST.

Imago hominis, cui nulla ſenſuum, & præcipue oculorum cuſtodia eſt.

* CCXXIX. *Limaci in domunculâ ſuâ latenti lemma.*

SCUTUMQUE, DOMUSQUE.

Imago Religioſi clauſtralis, qui à clauſtro ſuo domum & adverſus mundum ſcutum habet.

* CCXXX. *Limax cum lue ſuâ & domo.*

PROPRIO SUB TEGMINE LUES.

Nem-

Nempe culpa eſt, propriæ defenſionis tegmine ſe recondere, ad excuſandas excuſationes in peccatis.

* CCXXXI. *Cochleis variis lemma.*

CUM LUE QUÆQUE DOMUS.

Paucæ Conſcientiæ omnis labis expertes ſunt.

* CCXXXII. *Lues limacis ſplendens.*

CUM SPLENDORE LUES.

Splendores & honores mundani ſuam ſecum luem animis adferunt.

CCXXXIII. *Apud P. Schonhard Cochleæ domum ſuam portanti inſcribitur.*

DOMUM PROCURA.

Conſcientiæ propriæ inſpectionem Emblema docet.

* CCXXXIV. *Cochleæ lemma.*

TUMBAM DEFERO SEMPER.

Imago hominis, cui jugis memoria mors eſt.

* CCXXXV. *Cochlea pyramidem relictâ lue ſcandens.*

SCANDO NEC ABSQUE LUE.

Imago hominis haud innocenter ad honores aſcendentis.

* CCXXXVI. *Cochlea, cum domo ſua Pyramidem ſcandens.*

SUB TEGMINE SCANDO.

Imago Religioſi in clauſtro abſconſi, ad grandes virtutum apices conſcendentis.

* CCXXXVII. *Eidem Cochleæ lemma.*

SUB TEGMINE CREVI.

Imago ejus, qui aliorum protectionibus fultus ad honores evectus eſt.

* CCXXXVIII. *Cochlea cum domo ſuâ.*

IPSA SIBI EST TEGMEN.

Imago cujuſdam, aliorum protectionibus minimè egentis.

* CCXXXIX. *Cochlea in hyeme intra domum ſuam ſe contrahens.*

CON-

CONTRACTA RIGORE.

Imago animi inter adversa pusillanimis.

Imago Religiosi subtrahentis se mortificationibus consuetis.

* CCXL. *Cochlea attactu mox sese contrahit.*

CONTRAHOR ATTACTU.

Imago impatientis aut immortificati.

Imago item animi ab omnibus impuris attactibus alieni.

* CCXLI. *Cochlea inferiore sui parte luem deferens*

VENTRE LUEM.

Imago gulosi & libidinosi ventris.

CAPUT X.

CRABRO, SCARABÆUS.

* CCXLII. *Scarabæus in flore venenum sumens.*

MELLA LEGANT ALII.

Imago hominis aliorum facta sinistrè semper judicantis.

* CCXLIII. *Scarabæorum quoddam genus aureum colorem habens.*

CONGENITO SORDESCIT IN AURO.

Peccatricis animæ ad Dei similitudinem factæ imago.

Imago divitis & obscœni.

CCXLIV. *P. Masenius crabroni è cœno nato inscribit.*

E COENO AD COELUM.

Imago humilis ad amplam dignitatem promoti, aut etiam ad cœlestem gloriam.

CCXLV. *Scarabæus à rosâ discedens.*

QUÆ SUGAM TOXICA DESUNT.

Ima-

Imago hominis ſugillatoris nil in famâ & vitâ alienâ invenientis, quod cavilletur.

* CCXLVI. *Scarabæus è fimo naſcitur & paſcitur.*

INDE PASCOR, UNDE NASCOR.

Imago hominis ex parentelâ ſuâ (quæ omnibus ex eodem luto eſt) faſtuoſi.

CCXLVII. *Scarabæus ad immunda magis bombit.*

ANIMANT HANC SORDIDA VOCEM.

Idea hominis obſcœnis ſemper delectati.

* CCXLVIII. *Scarabæus aurei in fimo coloris.*

COENO NIL LÆDITUR AURUM.

Humilitas ſingulari ornamento divitiis eſt & honoribus.

CAPUT XI.

FORMICA.

* CCXLIX. *Formica in æſtate alimenta pro hyeme congregans.*

VICTUI MEO NECESSARIA.

In moderandum exceſſivum divitiarum amorem.

CCL. *Bruckius formicarum gregi diſcurrenti inſcribit.*

MENS OMNIBUS UNA.

Imago Concordis Reipublicæ, Religionis &c.

* CCLI. *Farmicarum integer grex cum granulis ſuis operoſè diſcurrens.*

QUANTUS MODICAM DISCURSUS OB ESCAM!

Expreſſos hominum labores habes, pro modicâ eſcâ honoris, voluptatis, &c.

* CCLII. *Formicis lemma.*

NON MOLE, SED INDOLE VIRTUS.

Virtus ſpectanda, non ſtatura.

* CCLIII. *Formicæ turbato cumulo ſua grana reponentes.*

TUR-

TURBATA REPONUNT.

Imago Confeſſariorum, qui turbatas conſcientias ſalutaribus doctrinis ad quietem reducere noverunt.

* CCLIV. *Formicis in cumulo ſuo pauca farris grana reponentibus lemma.*

MODICUM FAR, FIDUS ACHATES.

Commendandæ frugalitati, Emblema deſerviet.

* CCLV. *Formicæ etiam clauſos flores vitianti lemma.*

ET VITIAT CLAUSAS.

Imago Dæmonis Religioſis clauſtralibus maximè inſidiantis.

* CCLVI. *Formicis ſenibus pennas naſci ſcribit Berchorius.*

DANT TEMPORA PENNAS.

In quendam, qui ante meditationi (quæ veluti penna in cœlum eſt) minimè deditus paulatim ei aſſuevit.

* CCLVII. *Formica cum grano ſuo laborioſa.*

VIRES INDUSTRIA SUPPLET.

* CCLVIII. *Formica, dum florem viſitat, eum corrodit & vitiat.*

VITIAT, DUM VISITAT.

In noxium viſitatorem alterius ſexus.

* CCLIX. *Formicæ granum ore ferentes.*

PONDUS AB ORE.

Imago hominis, cujus ſermones pleni pondere ſunt.

* CCLX. *Formicæ non aliis ut apes, ſed ſibi ſoli laborantes.*

SIBI SOLI.

Imago hominis, ſuis ſolum utilitatibus addicti.

* CCLXI. *Formicis futuræ hyemi laborantibus lemma.*

GNAVITER ET PROVIDE.

Imago Miniſtri cujuſdam, Rei annonariæ in exercitu.

* CCLXII. *Formica operoſè granum farris ferens.*

QUO GRAVOR, HOC PASCOR.

Imago B. Virginis, utero ferentis frumentum electorum Chriſtum Dominum.

For-

* CCLXIII. *Formicis discurrentibus lemma.*
LABORE, ET CONSTANTIA.
Ita nempè, non tantum ad temporalem victum, sed vel maximè ad cœnam gloriæ contenditur perseverando.
* CCLXIV. *Formica per tot labores nil nisi tenuem victum quærens.*
CURA HUC TRADUCITUR OMNIS.
Imago hominis plus de ventre, quam cœlo solliciti.

CAPUT XII.

HIRUNDO SANGUISUGA.

* CCLXV. *Hirundo sanguisuga noxium sanguinem educens.*
UT NOXIA TOLLAT, ADHÆRET.
Imago variorum Sanctorum, peccatorum consortia ultro quærentium, quo eis occasio daretur eorum conversioni.
* CCLXVI. *Sanguisuga sanguine plena decidit.*
SATIATA RECEDET.
Imago Parasiti.
* CCLXVII. *Idem.*
QUIA PASCITUR, HÆRET.
In eundem.
* CCLVIII. *Sanguisugæ lemma.*
PASCITUR, ET MORDET.
Imago ingrati Parasiti.
* CCLXIX. *Eidem sanguisugæ lemma.*
ADIMENDO SANAT.
Ita subtractione noxiarum nobis sæpe divitiarum, honorum, &c. laborans anima sanatur.
* CCLXX. *Eidem lemma.*
SANAT, DUM PASCITUR.

Parasiti Medici imago.

* CCLXXI. *Sanguisuga noxium sanguinem exsugit, meliore relicto.*

DETERIORA SIBI.

Imago hominis, proximi utilitati plus studentis quam suæ.

* CCLXXII. *Sanguisuga, hausto sanguine decidit se ipsâ.*

LAPSUS AB HAUSTU.

Imago hominis, cui ebrietas occasio certi peccati fuerat.

CAPUT XIII.

LACERTA.

CCLXXIII. *Lacertæ quæ viridis coloris est, & veneno caret Thesaurus inscribit.*

VIROR SINE VIRU.

Imago casti adolescentis, qui in viridi ætate, sine omnis libidinis viru est.

* CCLXXIV. *Lacerta serpentem apprehensum non dimittit, donec conficiat.*

TENUISSE VICISSE EST.

In constans & firmum propositum, quo difficultates omnes superari possunt.

CAPUT XIV.

LOCUSTA.

* CCLXXV. *Locustæ lemma.*

SALTIBUS NON PASSIBUS.

Imago cujusdam, per ingentem saltum promoti.

* CCLXXVI. *Locustæ lemma.*

ÆSTATE CANO, HYEME JEJUNO.

Imago

Imago dilapidatoris cujusdam, qui de patrimonio suo in juventute hilares dies ducendo, in senectute egebat, aut etiam pœnitentiam agebat.

* CCLXXVII. *Locusta viridia semper corrodens.*

QUOD VIRET, ID RODIT.

Invidiæ imago eos arrodentis, qui in virtutum aut fortunarum virore sunt.

Imago itidem Dæmonis, viridi juventuti maximè insidiantis.

* CCLXXVIII. *Locusta in æstivis caloribus saliens.*

DUM CALEO SALIO.

In libidinosas Choræas.

* CCLXXIX. *Locusta olivæ foliis sanatur.*

DABIT ILLA MEDELAM.

In opera misericordiæ, per olivam designata, quibus à peccatis liberamur.

* CCLXXX. *Locustis quosdam vermes circa guttur generari, quibus postea strangulentur Auctor est Berchorius, inde locustæ cantanti lemma.*

EXTREMA GAUDII LUCTUS OCCUPAT.

Damnatis id applicabis.

* CCLXXXI. *Locustis, quæ gutture segetes depastæ sunt, verme in gutture enato strangulatis lemma.*

PER QUÆ QUIS PECCAT, PER HÆC ET PUNITUR.

* CCLXXXII. *Locustæ post fruges depastas, vento in mare devolvuntur.*

POST DAMNA PROFUNDUM.

Imago puniendarum injustitiarum, in profundo inferni.

CAPUT XV.

MUS. MUSCIPULA.

CCLXXXIII. *Muri in muſcipula comprehenſæ apud Verienum inſcribitur.*

RAPACES PERIRE JUVAT.

Furum & Tyrannorum pœnas expreſſas habes.

CCLXXXIV. *Eidem P. Maſenius inſcripſit.*

LAUTUM NIHIL ABSQUE PERICLO.

Pericula voluptatum ſic exprimes.

* CCLXXXV. *Muſcipulæ lemma.*

INTERIORA EJUS PLENA SUNT DOLO.

Imago hypocritæ & verſipellis.

* CCLXXXVI. *Mus in muſcipulâ de appenſo larido nil comedens.*

SERO JEJUNAT.

Damnatorum in inferno famem ſic exprimes, uti & quamvis aliam ſeram pœnitentiam.

CCLXXXVII. *Eidem muri in muſcipulâ lemma.*

SIT SPOLIANS SPOLIUM. *Vel,*

UT CAPIAS, CAPIERE PRIUS.

Imago eorum, qui ex hujus mundi bonis inique poſſeſſis, in prædam dæmoni cedunt.

* CCLXXXVIII. *Muribus in conſilio ſuo ſtatuentibus, feli nolam appendendam lemma.*

TENTARE QUIS AUSIT?

In Conſilia ſupra vires tentata.

Conſilia ſine executione irrita.

* CCLXXXIX. *Mures ſolo laridi attactu oſtiolo muſcipulæ cadente capiuntur.*

UT TETIGI, UT PERII.

Imago eorum, qui obſcœnis carnis tactibus in graviora peccata labuntur.

Mu-

* CCXC. *Muri rustico urbanas delicias spernenti lemma.*

VIVITUR PARVO BENE.

CCXCI. *Mus in muscipulâ conclusus, dum lacessitur, morsu ulcisci se incipit.*

LACESSITUS ULCISCOR.

Vindicativi imago.

* CCXCII. *Mus suppellectilem ecclesiasticam arrodens.*

ET HIC SACRA RODIT.

Imago Cavillatoris personarum Ecclesiasticarum.

* CCXCIII. *Muri lemma.*

NOCTU RODENDO, DIUQUE.

Imago malæ & inquietæ Conscientiæ.

Imago itidem continui Cavillatoris.

* CCXCIV. *Mus candelas arrodens.*

LUMINA RODO.

Imago Cavillatoris excellentium virorum.

Imago ejus qui male de gratiis actualibus scripserat.

* CCXCV. *Mures in variis muscipulis ruente earundem ostiolo.*

QUISQUE SUÆ SIBI CAUSÆ RUINÆ.

Perditio quippe nostra ex nobis est.

CCXCVI. *Muribus timide pabulum quærentibus, inscriptum legi.*

ABSQUE CURA NIHIL.

CAPUT XVI.

M U S C A.

CCXCVII. *Musca emortua in tepido cinere revivens inscripta à quopiam fuit.*

IN TE REVIXI.

Imago S. Francisci Borgiæ, cui Isabellæ cineres melioris vitæ originem præbuere.

CCXCVII. *Muſcæ plures manu comprehenſæ, apud Verienum inſcribuntur.*

SERVARI HAUD FACILES.

In difficilem oculorum, aliorumque ſenſuum cuſtodiam. Idem de Virginum cuſtodiâ dixeris.

CCXCVIII. *Georgia Montanea, Gallica virgo muſcæ homini ſeſe ſocianti inſcripſit.*

SOCIOR BLANDE.

Imago adulatoris & paraſiti.

Obſcœnarum quoque cogitationum, blandè homini advenientium idea.

CCXCIX. *Muſcis pluribus, fœdo ulceri inſidentibus Burgundia inſcripſit.*

OPTIMA SUNT ILLI, QUÆ PESSIMA.

Adulatoriæ linguæ imago.

* CCC. *Muſcæ telam araneæ involantes.*

ULTRO SE VOLUERE CAPI.

Imago liberi arbitrii noſtri, ultro dæmonis caſſes ingredientis.

CCCI. *Muſcis pluribus candelam circumvolitantibus, & dein in eam involantibus, Burgundia inſcribit.*

ASSIDUUS AMICUS, SUBITUS HOSTIS.

Imago inconſtantiæ amicitiarum humanarum.

* CCCII. *Muſcæ lemma.*

DOMESTICUS HOSTIS.

Inimici hominis domeſtici ejus. Matth. C. 10.

CCCIII. *Muſca in microſcopio inſtar cameli apparens.*

NON VIDERI SED ESSE.

Symbolo Tychonis Brahe, emblema convenit quod erat NON HABERI SED ESSE.

* CCCIV. *Eadem muſca, in microſcopio ingens.*

NON IDEO MAJOR.

Nempe ex humanis judiciis, nil nobis apud Deum accedit.

* CCCV. *Muſca in favo mellis capta.*

FAVO FATUM.

In

In damna voluptatum terrenarum, quibus multi æternum pereunt.

* CCCVI. *Musca ad mensam stratam advolans.*

NON INVITATA.

Imago parasiti cujusdam nunquam invitati.

CAPUT XVII.

PAPILIO.

CCCVII. *Papilionibus candelam timide circumvolitantibus lemma.*

HINC AMOR, INDE TIMOR. *Vel,*

DILIGIMUS, PARITERQUE TIMEMUS.

In amorem timori Dei jungendum.

CCCVIII. *P. Masenius, in Meditationibus eisdem Papilionibus inscribit.*

LUCE TRAHUNTUR.

Hominum ambitiosorum, quos lux honoris attrahit imago.

CCCIX. *Veredariorum Cæsareorum Vratislaviæ Magister, sæpe citatus, Postarum immunitatem, symbolo expressurus, Papilioni, candelæ appropinquanti inscribit.*

NON TANGES ABSQUE PERICLO.

Immunitatem Ecclesiasticarum personarum sic exprimes.

Expressa etiam honorum & dignitatum pericula habes.

* CCCX. *Papilio à candelâ exuritur quam extinguere quærebat.*

EXTINCTURUS FLAGRAVIT. *Vel,*

QUAM EXTINGUERE QUÆREBAT.

Imago S. Pauli Apostoli, qui persecutionibus suis extincturus fidem Christianam, ipse eâ correptus pro eâ imposterum defendendâ exarsit.

CCCXI. *Papilioni ad lucem se comburenti lemma.*
SIC SPLENDIDIORA PETUNTUR.
Honorum pericula expressa habes.
* CCCXII. *Papilioni præ amore lucis sese comburenti lemma.*
TANTA EST DILECTIO LUCIS.
In inordinatos appetitus honorum.
* CCCXIII. *Eidem lemma.*
SCRUTATOR MAJESTATIS, OPPRIMETUR A GLORIA. *Prov.* 25.
CCCXIV. *Eisdem apud Schonhard inscribitur.*
CAPIUNTUR AD IGNEM.
Imago eorum, quos ignibus luxuriæ in servitutem redigit Dæmon.
* CCCXV. *Papilioni (qui è verme avis) ad lucem aspiranti lemma.*
NIL TUMIDUM MAGIS EST HUMILI, CUM SURGIT IN ALTUM.

CAPUT XVIII.

T A L P A.

* CCCXVI. *Talpæ lemma.*
AMANT OBSCURA LATERE.
Ignobilis animi Idea, intra ignorantiæ suæ tenebras obscurè latentis.
* CCCXVII. *Talpa ad lucem emortua.*
SPECTATÆ DAMNA DIEI.
Imago eorum, qui honorum luce perierunt.
* CCCXVIII. *Talpæ in morte oculos aperiri, Testis est Berchorius.*
MORS LUMINA PANDET.
Imago eorum, qui in agone pœnitentiam egerunt.
Imago Boni latronis.
* CCCXIX. *Idem.*

SE-

SERO VIDET.

Imago ſeri pœnitentis.

CCCXX. *P. Maſenius Talpæ ad ſolem inſcribit.*

NIL COECO CUM SOLE.

Latuiſſe ſtupidis, & ad virtutem cæcis conſultum eſt.

* CCCXXI. *Talpæ lemma.*

TANTUM TERRA TUUS.

Imago hominis terrenis affixi, cui nulla de cœleſtibus cura eſt.

CCCXXII. *Talpæ lemma.*

IN ÆTERNAM CLAUDUNTUR LUMINA NOCTEM. *Virg.*

In æternas damnatorum tenebras:

In mortem impiorum.

* CCCXXIII. *Talpæ apud Verienum lemma eſt.*

TÆDET COELI CONVEXA TUERI.

Imago hominis terreni.

CAPUT XIX.

TINEA.

* CCCXXIV. *Tinea libros devorans.*

NIL DOCTIOR INDE.

Imago hominis ſine fructu Auctores legentis.

* CCCXXV. *Tinea è pannis genita, eoſdem abſumit.*

QUEM DECUIT SERVASSE, VORAT.

Ingratitudinis in parentes imago.

* CCCXXVI. *Tineæ amaris herbis, uti abſynthio aliiſque fugantur.*

FUGANTUR AMARIS.

Imago hominis immortificati.

LIBER IX.

ARBORES ET FRUCTUS.



CAPUT I.

CYPRESSUS.

* I. *Cypresso instar Pyramidis ascendenti lemma.*
IPSA SIBI EST PYRAMIS.

Ita virtus sibi absque aliorum adminiculis decori, & ornamento est.

Fre-

II. *Fredro in Periſtrom. Cypreſſis aliquot inſcribit.*

ALTUM CRESCUNT, CAETERUM STERILES.

Imago eorum Principum, qui Majeſtate ſolum non virtutibus, magni eſſe cupiunt.

* III. *Cypreſſus in formam Pyramidum, aut aliarum ſtatuarum, in hortis tonſa & ſpectatores oblectans, demum in tumbam mortualem diſcinditur.*

EXTREMA GAUDII, LUCTUS OCCUPAT.

* IV. *Cypreſſo ſemper viridi, ſed fructibus ſterili lemma.*

MAXIME VIRIDES, MAXIME STERILES.

Vegetas maxime improles videas.

Imago juventutis, quæ in bonis operibus maxime ſterilis eſt.

* V. *Cypreſſus ligno ſuo ſemper bonum odorem ſpirans.*

MANENT ODORES BONORUM.

Bonorum fama perennis.

* VI. *Cypreſſi flores nunquam fructus proferunt, unde eiſdem floribus lemma.*

FLOS MATRIS VIRGINIS.

Imago Jeſu *Nazareni*, ex Virgine nati.

* VII. *Cypreſſus ob mortuales tumbas, quæ ex eis fabricantur ingrata arbor, fida tamen quia ſe ad ſepulchrum comitem præbet.*

FIDA SED INVISA.

Te præter inviſam Cypreſſum,
Nulla brevem Dominum ſequetur. Horat.

Imago Mortificationum, quæ ingratæ corpori ſolæ in alteram vitam Comites ſunt.

* VIII. *Cypreſſus amari palmitis, & ſuavis odoris arbor.*

SUB AMARO PALMITE FRAGRAT.

Mor-

Mortificationem bonæ famæ conciliatricem esse, docet Emblema.

IX. *Cypressus semper florens, nunquam fructus proferens.*

SEMPER PRÆGNANS, NUNQUAM PARIENS.

Idea hominis bona sua proposita ad executionem nunquam deducentis.

* X. *Cypresso semper viridi & olenti lemma.*

REDOLETQUE, VIRETQUE. *Vel,* VIROR, ODORQUE.

Imago Religiosæ familiæ, optimæ famæ & scientiæ ac disciplinæ.

* XI. *Cypresso juniori, quod columnæ in templis & ædificiis ob firmitatem inde elaborentur, inscribes.*

SUCCRESCO COLUMNIS.

Imago adolescentis in magnum Ecclesiæ Prælatum excrescentis.

* XII. *Cypresso lemma.*

NULLI SUAVIOR UMBRA.

In suavem justorum mortem.

* XIII. *Cypressus aspectu pulcherrima foliis amarissima.*

SUB AMARO PALMITE PULCHRA.

Imago earum Religionum, quæ orbi ob rigorem suum æstimatæ sunt.

Eas Religiosas etiam Emblema exprimit, quæ mundo formosæ apparentes mortificationi student.

* XIV. *Cypresso lemma.*

CRESCENT ANNI, CRESCETIS ODORES.

Accrescentem cujusdam cum virtutibus famam sic exprimes.

CA-

CAPUT II.

ABIES.

* XV. *Abietis piceæ lachrymæ.*
INQUINANT, NON MUNDANT.
Imago lachrymarum fictæ pœnitentiæ.
* XVI. *Abies therebyntinis suis lachrymis ignem suum augens.*
CRESCET LACHRYMIS MENS IGNIS AB ISTIS.
Fictam pœnitentiam æternos ignes conciliaturam, Emblema exprimit.
* XVII. *Abies unam coronam singulis annis producit.*
ANNI PEPERERE CORONAS.
Imago Senectutis meritis plenæ.
* XVIII. *Ex abietibus illæ meliores habentur, quæ therebintinas Lachrymas exstillant.*
A LACHRYMIS PRETIUM.
Imago S. Pœnitentis cujusdam.
* XIX. *Abietis inferiores rami primo exarescentes.*
ARESCUNT INFIMA PRIMO.
Imago humilitatis inter virtutes primo deficientis.
* XX. *Abies cum suis coronis.*
SESE IPSA CORONAT.
Ita virtus proprii etiam laudatoris imago.
* XXI. *Abies è summis montibus ad usum navalem excisa.*
E SUMMIS AD IMA.
Imago viri ex honoribus præcipitati.
* XXII. *Abies excisa, seu prostrata.*
ET STRATA CORONAM.
Coronam justorum post mortem expressam habes.
* XXIII. *Idem.*
NEC MORTE CORONAS DESERO.
Imago

Imago S. Regis cujusdam, è cœlo Regnorum olim suorum Patroni.

S. Ursulam Virginem & M. post Martyrium suum, Coloniæ Agrippinæ (cui tres Coronæ pro insigni) Patronam, sic exprimes.

* XXIV. *Abieti aridæ in igne piceum liquorem exsudanti lemma.*

LACHRYMATUR, ET ARET.

Imago ficti pœnitentis.

Imago etiam lachrymantium Damnatorum.

* XXV. *Abies in montibus, ac demum in mari ventis jactata.*

TERRIS JACTATUR, ET ALTO.

Imago S. Pauli, qui, quæ pericula terra marique passus sit, ipse enumerat. 2. *Cor. II.*

* XXVI. *Abieti cum coronis suis lemma.*

MECUM CREVERE CORONÆ.

Imago justi quotidie merita sua augentis.

* XXVII. *Abies securi icta therebintinas lachrymas exstillat.*

LACHRYMATUR AB ICTU.

Imago tristis inter adversa animi.

Imago etiam hominis, adversitatum ictibus à Deo ad pœnitentiam compulsi.

* XXVIII. *Abietibus excisis in navium malos fabricandis lemma.*

MALOS SPERARE RELICTUM.

In Corrupta hæc sæcula, quibus mala & malos sperare relictum est.

* XXIX. *Abieti lemma.*

NEC INCISA STILLO.

Imago sudoris Christi Domini in horto.

Imago ejus, qui nullis calamitatibus pressus, veras lachrymas pœnitentiæ stillat.

* XXX. *Abies excelsos montes petens.*

PASCITUR EXCELSIS.

Imago

Imago ambitiosi.
Imago animi solis cœlestibus delectati.

* XXXI. *Abieti cum Coronis suis lemma.*

AD ASTRA CORONIS.

Imago eorùm Regum & Imperatorum, qui coronis & Regnis suis è cœlo minime exclusi sunt.

* XXXII. *Abies junior rectâ in cœlum scandens.*

NIHIL INDIGA FLECTI.

Imago bonæ indolis, correctione nullâ egentis.

* XXXIV. *Abieti, cui lachrymæ suæ pro succo sunt, quo excrescit, lemma.*

CRESCET AB HIS LACHRYMIS.

Imago Sancti cujusdam, post pœnitentiam commissorum peccatorum, eximiam Sanctitatem adepti.

* XXXIV. *Abieti cum multiplici cortice lemma.*

NON LEVIS EVOLVI.

Imago Conscientiæ non superfunctorie, sed laboriosè in examine evolvendæ & examinandæ.

CAPUT III.

AGNUS CASTUS, Seu VITEX.

XXXV. *In quodam Operum suorum D. Aresius agno casto à lupo comesto inscribit.*

NULLIBI INNOCENTIA TUTA.

* XXXVI. *Eodem jure ei inscripseris.*

NULLIBI TUTA CASTITAS.

In quamplurima pericula, undique castis imminentia.

XXXVII. *Eidem ob pulpam quandam, quam includit, idem Aresius inscribit.*

SUB CORTICE CARO.

Imago SS. Eucharistiæ, sub cujus speciebus tanquam cortice, Christi S. Caro latet.

Ar-

* XXXVIII. *Arbori eidem virenti lemma.*

CASTA VIRET.

Imago cujuſdam Sanctæ ob eximiam caſtitatem celebris.

CAPUT IV.

AMYGDALUS.

* XXXIX. *Amygdalis decorticatis lemma.*

SINE CORTICE DULCES.

Imago mortificationum, quæ detracto rudiori externæ apparentiæ cortice, juſtis dulceſcunt.

* XL. *Amygdala, cum virent, & adhuc amara ſunt, etiam in deliciis habentur.*

ET AMARA PETUNTUR. *Vel.*

ET CRUDA LEGUNTUR.

Imago multorum, quibus mortificationes pro deliciis ſunt.

XLI. *Amygdalo primo inter alias arbores florenti, ſed à vernalibus dein pruinis patienti lemma.*

NIL PRÆCOX PERPES.

* XLII. *De corticato amygdalo lemma.*

FUSCO SUB TEGMINE CANDET.

Imago S. Mariæ Ægyptiacæ, quæ ſolis ardoribus tota infuſcata fuit.

In S. item PP. Cappucinorum, aliaſque ei concolores Religiones S. Franciſci, ſub fuſco inſtituti ſui habitu mentem candidam, & converſationem mundam ferentes.

* XLIII. *Amygdali radici clavus infigitur, ut noxio humore egreſſo, fructus edulcorentur.*

UT NOXIA DEMAT.

In vim adverſitatum, quibus Deus novit ea, quæ ſaluti noſtræ noxia ſunt, nobis ſubtrahere.

* XLIV. *Amygdala in cibum & medicinam utilia.*

ME-

MEDELA, CIBUSQUE.

Imago SS. Euchariſtiæ

* XLV. *Inter amygdala, quæ amara ſunt; maxime medicinalia ſunt.*

MEDENTUR AMARA.

In vim pœnitentiæ mortificationum, ac calamitatum, quibus animæ morbi curantur.

* XLVI. *Amygdalus radice æquè ac cortice, fructu, foliis & gummate, quod exſudat, medicinalis eſt.*

UNDIQUE MEDETUR.

Imago Miſſionarii ubique & omni in loco medentis animorum morbis

* XLVII. *Amygdalorum amarorum oleum lumbricis exitiale.*

VERMIBUS EXITIUM.

Imago Sacramenti Confeſſionis, quæ pellendis Conſcientiæ vermibus ſeu remorſibus optima medicina eſt.

* XLVIII. *Amygdala contuſa lac quoddam dant, multi in medicina uſus.*

LAC CONTUSA DABUNT.

S. Catharinam V. & Mart. Emblema reſpicit, quæ Tyranni gladio contuſa lacte manavit.

CAPUT V.

ARBOR. PLANTA.

XLIX. *Apud Auct. Coll. arbori grandi lemma eſt.*

A VIRGA HUC CREVIT.

Factum fuit in quendam, qui correctione virgarum è levioris notæ adoleſcente in virum dein perfectum excreverat.

Chriſtum Dominum prævià flagellatione ſuà, in arborem crucis evectum ſic etiam exprimes.

L. *In honorem Chriſtianiſſimi Regis æquè ac Domus Auſtriacæ odium, Gallus auctor grandi arbori inſcripſit.*

ADVERSIS FIRMIOR AUSTRIS.

De calamitatum Auſtris hoc intellige, quibus in amore Dei juſti magis firmantur.

LI. *Arbori vitæ in Paradyſo apud P. Lyræum lemma eſt.*

MORTEM PELLO.

Imago Sacratiſſimæ Crucis Chriſti.

* LII. *Eidem ego inſcribo.*

EX VITÆ NECIS ARBOR ERO.

Imago Chriſti ejuſque Paſſionis in ruinam cedentis damnatis.

LIII. *Arbori Paradyſi, ad quam Adam & Eva, neſcio ubi, inſcriptum legerim.*

QUA SIS AB ORIGINE, NOSCE.

Documentum deponendæ nunquam memoriæ noſtræ ex luto creationis.

* LIV. *Arbori lemma.*

NOSCITUR EX FRUCTU.

In S. Annam.

Ex operibus tanquam fructibus dignoſcitur homo.

LV. *Arbori ventorum concuſſione proprios ramos effringenti Zinckgrefius inſcripſit.*

A SE CONFRINGITUR IPSA.

Imago Regni in ſe diviſi.

LVI. *Arbori inferioribus ramis amputatis rectius aſſurgenti idem Zinckgrefius inſcripſit.*

SIC RECTIOR.

Amputatis ſuperfluis rerum temporalium ramis, mens in Deum magis erigitur.

LVII. *Juniori arbori fructibus gravidæ lemma in Galliis poſitum fuit.*

JUVENIS QUAM GRANDIA PRÆSTAS.

Acclamatum fuit Ser^mo^. Joanni Wilhelmo Electori Palatino, quando Gallias luſtrabat.

LVIII. *Celeberrima quondam Officina Binghiorum, Coloniæ aridæ arbori inſcribebat.*

SI-

SINE FRUCTIBUS ARET.

Exprimere volebat excommunicatum quemvis, majore Excommunicatione.

Peccatoris quoque idea in peccati mortalis ſtatu, ſine virore bonorum operum exiſtentis.

* LIX. *Arbori firmatæ contra ventorum impulſus lemma.*

FIRMATA RADICIBUS HÆSIT.

Imago hominis firmas in virtute radices habentis. Conſuetudinis quoque idea.

LX. *Arbori fimo undique impinguatæ in Galliis nonnemo inſcripſit.*

ET FRUCTUS DE FÆCE TRAHIT.

In cautam malorum librorum lectionem.

* LXI. *Arbori lemma.*

E RADICE VIROR.

Nullus nempe operibus vigor ſeu meritum eſt, niſi è radice charitatis oriantur.

LXII. *Arbori in multâ ætate adhuc vegetæ, in funere Mareſchalci Turenii inſcribebatur.*

NON ANNI DOMUERE.

Exprimebatur vegetum ejuſdem ſenium.

LXIII. *P. Jacobus Coret arbori juniori undique ſpinis præmunitæ in vitâ S. Catharinæ Suecæ inſcribit.*

PRÆMUNIOR IPSIS.

Expreſſurus erat Sanctæ ejuſdem mortificationes, quibus ſe contra Dæmonem præmuniebat.

* LXIV. *Arbori poſt multos flores fructus nullos proferenti lemma.*

SPEM FLORE FEFELLIT.

Imago adoleſcentis conceptæ ſpei minimè reſpondentis.

* LXV. *Arbor in ſylvâ ſtigmate inuſta ut ſervetur.*

DE STIGMATE SERVOR.

Suos hic urit, hic secat Deus, ut in æternum iis parcat.

LXVI. *P. Hesius arboribus duabus aridis, ægrius à sese invicem sine læsione explicandis, ac antea, dum virebant, inscribit.*

A MORTE TENACIUS HÆRENT.

Vim amoris explicare volebat, *Fortis ut mors dilectio Cant. Cap*. 8.

Amores mutuos Sanctorum in cœlo sic etiam depinges.

LXVII. *Annosæ arbori apud Verienum inscribitur.*

DE SUS ANOS SUS DAMNOS.

MEA DAMNA PER ANNOS.

Imago decrepitæ senectutis.

LXVIII. *Nomina aliquot arbori incisa apud Burgundiam lemma habent.*

CRESCITQUE, MANETQUE CICATRIX.

Explicare volebat, vulnera à detractoria linguâ inflicta semper augeri.

LXIX. *Arbori multo fructuum pondere onustæ lemma.*

HILARIS SUB PONDERE.

Imago erecti sub prolium pondere parentis.

* LXX. *Arbori teneræ ad palum alligatæ lemma.*

DUM TENER EST, STRINGE. *Vel*, DUM MOBILIS ÆTAS.

Documentum corrigendorum animorum, dum molles & teneri sunt in adolescentiâ.

* LXXI. *Arbores plures curvæ, gibbosæ, &c.*

DELICTA JUVENTUTIS. *Vel*, QUALIS OLIM, TALIS ADHUC.

Adolescens juxta viam suam etiam cum senuerit, non recedit ab eâ. Prov. C. 22.

LXXII. *Ecclesiæ ad arboris Genealogicæ Austriacæ Domus ramos sedenti inscriptum aliquando legi.*

TE STANTE VIREBO.

Rectè R. P. Daniel Papebrochius in Fronte sui Conatus Chronologici, Geniis Ecclesiæ & Hispaniæ, dextras sibi implicantibus inscripsit. QUIS NOS SEPARABIT?

LXXIII. *In Aug. Imp. Leopoldi nuptiis cum Aug. Eleonorâ Theresiâ arbores duæ lemma sustinebant.*

DABUNT CUM TEMPORE FRUCTUM.

Non vanum augurium fuit, quando eadem Aug. Imperatrix, Augustos fructus orbi dedit Josephum & Carolum, Duo Augustissimæ Domus fulcra.

LXXIV. *Floribus ex arbore decidentibus Burgundia inscripsit.*

DEFLUIT ULTRO.

Imago floris vitæ, ac juventutis ultro defluentis.

* LXXV. *Arbori teneræ absque fructibus lemma.*

ANNORUM DAMNA REPENDET

Imago eorum Sanctorum, qui post sterilem in bonis operibus juventutem demum in vegetâ ætate ad Deum conversi sunt.

LXXVI. *Arbori spinis circumseptæ lemma.*

CORONENT, DUM PROTEGANT.

Cingamur undique calamitatum spinis, dum iis à peccatis & æterno igne præservemur.

* LXXVII. *Arbori fructiferæ lemma.*

CUM FRUCTIBUS UMBRAM.

Imago S. Spiritus, qui cum suis, quos præstat fructibus (quos vide *Gal. V.*) simul Animæ DULCE REFRIGERIUM est.

* LXXVIII. *Arbor eos fructus, qui maturi ab ipsâ decidunt, sub umbrâ suâ servat.*

ETIAM FUGIENTIBUS UMBRAM.

Imago B Virginis atque Custodis Angeli, qui etiam peccatores sub suæ protectionis umbrâ habere pergunt.

* LXXIX. *Arbori florenti lemma.*

DE MEO FLORE NON EST MEUM PRETIUM.

Imago variorum Sanctorum Pœnitentium, non ex juventutis, sed virilis ætatis annis æstimandorum.

* LXXX. *Arbori fructibus onustæ lemma.*

PER PIGNORA PONDUS.

Imago Parentis à prolibus æstimati.

Imago Religionis æstimatæ ab eorum, quos servat, Religiosorum vitâ, scientiâ, &c.

* LXXXI. *Arbori aridæ lemma.*

FLORUIT OLIM.

Imago decrepiti Principis, Belliducis, Ministri, &c.

LXXXII. *Flores ex arbore decidentes, ut fructus nascantur.*

HÆC DAMNA JUVABUNT.

In Commendationem voluntariæ paupertatis.

* LXXXIII. *Flore decidente fructus enati.*

MEO FUNERE FRUCTUS.

Quando Jesus *Nazarenus flosculus* in Crucis arbore elanguit, vitæ æternæ fructum ejus flosculi morte consecuti sumus

* LXXXIV. *Arbusculæ admodum humiles fructiferæ.*

GRATIOR HUMILIOR.

Imago humilitatis omnibus dilectæ.

* LXXXV. *Arbori absque culturâ fructus proferenti lemma.*

NIHIL INDIGA CULTUS.

Imago animi minimè ambitiosi, ac quærentis coli & honorari.

LXXXVI. *Arbori è radice suâ incrementa capienti in vitâ Symbol. B. Josaphati inscribitur.*

IMA JUVANT SURSUM.

Imago humilitatis, quâ ad superna evehimur & ad spiritualem profectum.

* LXXXVII. *Arbori fructibus gravidæ lemma.*

GAUDIA MATRIS HABENS.

Imago

Imago S. M. Birgittæ, quæ octo promiscui sexus proles magis Deo, quam mundo protulit.

* LXXXVIII. *Arboribus inter fulgura ventos, ac grandines fructum proferentibus lemma.*

FRUCTUM ADFERUNT IN PATIENTIA.

Imago justorum.

* LXXXIX. *Arboris rami è fructuum pondere incurvati.*

ISTI PER PONDERA FLEXUS.

Imago obstinati peccatoris, qui per gratiarum actualium pondera, demum flectebatur.

* XC. *Arbor eadem.*

ISTI PER PIGNORA FLEXUS.

Imago eorum parentum, qui à prolibus suis ad Deum conversi sunt.

* XCI. *Proceræ arbori à vento dejectæ lemma.*

POSTQUAM FIRMISSIMA STETIT.

Lapsum eximii cujusdam Ministri, vel justi sic non ineptè exprimes.

XCII. *In Sacristia S. Joannis Varsaviæ arbori præcisis cum ramis inscriptum.*

PLUS INDE VIRESCAM.

Imago hominis, præcisis rerum temporalium ramusculis per adversa, seu voluntariam paupertatem plus inde proficientis.

Non multum discrepat Emblema sequens.

XCIII. *Simili arbori P. Masenius lemma inscripsit, non multum dissimile.*

EX VULNERE VIGOR.

Imago S. Ignatii Lojolæ, cui vulnus inflictum in Pampelonensi obsidione, eum Sanctitatis vigorem tribuit quem post consecutus est.

* XCIV. *Arbor in hyeme, foliis & fructibus excussis mœrenti similis.*

MOERET AB EXCUSSO SIBI PIGNORE.

Imago parentis, prolium ſuarum mortem impatienter ſufferentis.

XCV. *Arbor de hyeme foliis nudata, in fronte Corderii in Jobum inſcribitur.*

RURSUM VIRESCET.

Imago Reſurrectionis Corporum noſtrorum.

* XCVI. *Arbori decorticatæ lemma.*

SINE CORTICE PROTINUS ARET.

Imago virtutis, quæ abſque difficultatum, & æmulorum cortice omnem ſuum vigorem protinus amittit.

XCVII. *Arboribus Majalibus P. Engelgrafe inſcripſit.*

RADICES NON HABENT.

Imago eorum, qui abſque humilitate ſeſe apicem perfectionis conſecuturos credunt.

* XCVIII. *Arbori floridæ lemma.*

FRUCTUS COELO ASPIRANTE SEQUENTUR.

Gratia bonorum noſtrorum operatrix eſt.

XCIX. *Arbori fructibus onuſtæ à Camerario lemma eſt.*

MIHI PONDERA LUXUS.

Imago hominis talentorum ſuorum ponderibus faſtuoſi.

* C. *Arbori, quæ ſecuris (quâ poſtmodum ferienda eſt) manubrium tulit.*

TULIT IN EXITIUM.

In parentes diſcolorum filiorum,

* CI. *Arbori floridæ lemma.*

SPES PROXIMA FRUCTUS.

Juventutem bonæ ſpei Emblema exprimit.

Crucis Chriſti, dum Jeſum Nazarenum moriturum tenuit, imago.

CII. *Arbori præciſæ ex cujus radice ramuſculi quidam exſurgunt, Verienus inſcriptum habet.*

DURI SOLATIA CASUS.

Prin-

Principe defuncto superstites in spem Regni proles, Emblema depingit. Apostolos item Christo mortuo.

* CIII. *Arbori ramosæ, & opacæ lemma.*

NON QUAM PULCHRA, SED QUAM FERTILIS.

Non ex apparatu exteriori, sed bonorum operum fructibus judicandi à Deo erimus.

CIV. *Arbori cuidam sub umbra alterius in sylvâ arboris excrescenti Chovaynus inscribit.*

IN UMBRA SENESCAM.

Querela ea est cujusdam deplorantis, sibi in umbrâ paupertatis aut ignobilitatis semper vivendum esse.

CV. *Arbori fructibus onustæ Aresius inscribit.*

PER ARRICHIR ALTRUI SPOGLIO ME STESSO.

SPOLIATA DITAT.

Exinanientis se Christi imago, ut salvos nos faceret.

* CVI. *Arbor spinis vallata.*

PUNGUNT, SED PROTEGUNT.

Imago mortificationum.

CVII. *Arbori, quæ decorticatur, cum periculo exarescentiæ Henricus Farnesius inscripsit.*

PERICULOSE DETEGITUR.

Secreta Rerum publicarum non nisi cum magnis periculis detegi, docet imago. Puellas etiam Emblema exhibet, quæ cum periculo salutis propriæ inhoneste ipse detegunt.

CVIII. *Arbor crescens à P. Masenio inscribitur.*

SOLQUE, SOLUMQUE FACIT.

Voluntatis nostræ Dei gratiâ adjutæ in bono proficientis imago.

* CIX. *Arbori, ex quâ clavi seu temones conficiuntur, lemma.*

HINC GUBERNACULA SURGUNT.

Imago Familiæ, ex quâ plures ad Reipublicæ clavum assumpti sunt.

CX. *Annosæ & exarescenti arbori Bruckius inscribit.*

SIC CONTERIT ÆTAS.

Imago fracti senio Belliducis, &c.

* CXI. *Arbori cum insitis sibi surculis.*

SUCCOS ALIENO PRÆSTAT ALUMNO.

Ovid.

Imago misericordis altoris alienarum prolium.

Unum è misericordiæ corporalis operibus etiam sic depinges, quod est *Cibum dare esurientibus.*

* CXII. *Arbor minor casu majoris prostrata.*

EJUS FUNERE STERNOR.

Imago cujusdam post patroni sui mortem ex honoribus dejecti. S. Thomæ quoque Apostoli ex morte Christi increduli imago.

* CXIII. *Arbor ad rivum.*

UMBRAM DAT, MUTUAT UNDAM.

Mutuum auxilium hominum orbi necessarium sic exprimes.

* CXIV. *Arbor strata adhuc viret.*

ET STRATA VIROREM.

Imago Ministri innocenter degradati, ideoque adhuc bonis æstimati.

CXV. *Wilhelmus Bordonus Mediolanensis Typographus arborem pro symbolo habuit cum lemmate.*

CRESCIT OCCULTO.

Imago hominis occulto in Sanctitate proficientis.

* CXVI. *Arbor tenera ventis circumacta.*

VENTIS SERA RESISTET.

S. Petrum ab ancillâ tentatum, expost Neroni in Martyrio suo restiturum sic exprimes.

CXVII. *Arbori inutilibus ramis præcisis Camerarius inscripsit.*

PER DAMNA, PER COEDES.

Ita per rerum temporalium damna, à Deo paramur, ut crescamus in viros perfectos.

Imago Tribulationum justorum hoc in orbe.

CA-

CAPUT VI.

ARBOR PUDICA.

* CXVIII. *Arbor pudica excisa.*

PUDOR NIL PROROGAT ANNOS.

Maximè pudicas Virgines videas à Deo in teneris ſuis annis per mortem orbi eripi.

* CXIX. *Arbores pudicæ admodum raræ.*

VIX EST E MILLIBUS UNA. *Vel,*

NOSTRO VIX NOSCITUR ORBI.

In raritatem fœmineæ caſtitatis.

* CXX. *Eidem arbori lemma.*

NULLA SYLVA TALEM PROFERT.

Ex Hymno.

Singularem educandis caſtis liberis induſtriam neceſſariam eſſe, Emblema innuit.

CAPUT VII.

ARBOR TRISTIS.

* CXXI. *Arbor triſtis de die, occulto vero de nocte germinans & florens.*

SICUT HYPOCRITÆ TRISTES.

Imago ſimulatæ ac hypocriticæ pœnitentiæ.

* CXXII. *Arbor triſtis de nocte florens.*

OBSCURATUR, ET FLORET. *Vel,*

PULCHRIOR IN TENEBRIS.

Imago eorum ordinum, qui recuſatis dignitatibus inde magis florent.

* CXXIII. *Arbor triſtis de nocte florens.*

ALIOS CLAUDIT, ME PANDIT.

Imago eorum, quos calamitates, quæ alios obdurant, ad pandenda in Sacramento Confeſſionis peccata adducunt.

Ar-

* CXXIV. *Arbor Tristis de nocte florens.*

NOCTE PROFERT FLOREM.

B. V. Mariæ imago, in nocte mediâ, dum medium silentium teneret omnia, parientis flosculum JESUM NAZARENUM.

CXXV. *Arbor tristis florens nocte.*

NOCTE PROMITTO.

Imago eorum, qui in rerum adversarum nocte vota, aut emendationis proposita concipiunt.

CAPUT VIII.

ARUNDO. MEL ARUNDINEUM.

* CXXVI. *Arundini melleæ, seu Sacchareæ lemma.*

DULCE FEREBAT ONUS.

Imago B. Virginis, vel S. Josephi, Christum ulnis gerentis. Communicantis quoque imago.

CXXVII. *Amputata arundo mellea resurgens lemma tenet.*

DULCE MEUM RESURGET.

Ita pia anima sese sepulto Christo consolatur.

* CXXVIII. *Arundini simili à vento agitatæ lemma.*

SUAVITER, NON CONSTANTER.

Imago suavis quidem, sed inconstantis indolis.

* CXXIX. *Arundinis melleæ Saccharum omnibus cibis gratissimum condimentum.*

TE SINE DULCE NIHIL. *Claud.*

Sine Dulcissimo Jesu nulla sincera voluptas.

* CXXX. *Eidem arundini lemma.*

NIL INTUS AMARI.

Imago mansueti hominis.

* CXXXI. *Arundo Sacharea sub torculari pressa saccharum reddens.*

MI-

MIHI DULCE PREMI. *Ovid.*

Imago animæ, adversa inter delicias computantis, atque inter ea saccharum Eucharisticum proferentis.

* CXXXII. *Idem.*

MEUM DULCE PREMITUR.

Christum sub Crucis torculari pressum ita anima piâ deplorabit.

* CXXXIII. *Arundo mellea amarum radicem habens.*

RADIX SED AMARA.

Imago pœnitentiæ dulces meritorum fructus proferentis.

* CXXXIV. *Arundo mellea.*

IN STIPITE DULCIS.

Imago Christi ex Dulcissimâ Matre prognati.

* CXXXV. *Arundo vulgaris aureum colorem habens.*

AUREA, SED VACUA.

Imago divitis indocti, aut meritis apud Deum inanis.
Imago sceptrorum mundi.

CXXXVI. *Arundini, quæ vento cedit, dum ingens quercus ab eodem dejicitur.*

CEDENDO VICTOR.

Humilitate plerumque adversariorum animi expugnantur, prout & hostes simulata fugâ.

* CXXXVII. *Arundo à vento inclinata.*

HUMILIS ADVERSIS.

Imago animi, per calamitates humiliati.

CXXXVIII. *Eadem arundo, quam ventus diffringere nequit, in Vitâ symbolicâ B. Josaphati inscribitur.*

IN VACUO ROBUR.

In ejusdem Sancti jejunia, quibus singulare contra dæmones robur, sibi acquirebat. Paupertati idem adscribes.

* CXXXIX. *Arundo à vento agitata.*

LUCTOR, ET ASSURGO.

Imago infracti inter adversa animi.

* CXL. *Eidem lemma.*

MO-

MOVEOR, NON DIMOVEOR.

Imago hominis, gratiis suis actualibus quidem commoti, minimè tamen correcti.

Infracti quoque animi Idea.

* CXLI. *Arundo secundâ aurâ quieta & elata.*

REBUS ELATA SECUNDIS.

Imago hominis inter prospera fastuosi.

* CXLII. *Arundo ventis jactata.*

NUNQUAM EADEM.

Imago humanæ vitæ, quæ nunquam in eodem statu permanet.

* CXLIII. *Arundo in manibus Christi patientis.*

HIC FIRMA CONSISTO.

Imago hominis sese in manus divinæ voluntatis resignantis, in iisque securi & quieti.

CAPUT IX.

AURANTIUM.

* CXLIV. *Aurantii pomo lemma.*

SUB AMARO CORTICE DULCE.

Ita scientia, mortificatio, &c. sub amaro laboris ac difficultatis cortice dulces succos absconsos habent.

CXLV. *Guilielmo Principe Auriaco (quod Germanicè Aurantium sonat) ad Regnum Angliæ, post Jacobum Regem devecto, arbor strata, ex qua Aurantii arbor nova surgebat, in nummo Belgico lemma tenuit.*

MELIOREM LAPSA LOCAVIT.

Resurrectionis imago.

* CXLVI. *Eidem aurantii promo, quod vestigia morsus, ut volunt, Adamitici servet, lemma.*

VETERIS VESTIGIA MORSUS.

Imago

Imago humani generis, in statu naturæ lapsu vestigia quamplurima lapsus protoparentum servantis.

CXLVII. *Aurantio florenti simulque fructus habenti, apud Verienum inscribitur.*

PROMITTO, PRÆSTOQUE SIMUL.

Imago hominis promissa executioni mox mandantis.

CXLVIII. *Arbor eadem semper florens.*

VER INTEGER ANNUS. *Vel,*

VER MIHI PERPETUUM.

Imago gaudiorum cœlestium, nunquam finiendorum.

* CXLIX. *Arbor eadem radicis suæ terram umbrâ suâ à solis æstibus defendens.*

NATALE SOLUM TUTATUR AB ÆSTU.

Imago S. Agathæ Catanam urbem, patriam suam, ab Ætnæis incendiis intercessione suâ liberantis.

CL. *Honori Mauritii Orangiæ Principis, arbori eidem ex surculo excrescenti inscribebatur.*

TANDEM FIT SURCULUS ARBOR.

Innuere credo volebant, eum ex militari Tyrone in ingentem Belli Ducem excrevisse.

Allusio est ex Germanico Auriacorum nomine, quod *Aurantium* significat.

CLI. *Arbori eidem post toleratam hyemem adhuc viridi apud Auct. Coll. inscribitur.*

NIL MIHI TOLLIT HYEMS

Exprimebatur vegetum senium Annæ Montmoranciæ.

CLII. *Idem Coll. Auct. florenti simul, & fructum proferenti Aurantio inscribit.*

FLOREM NON ADIMIT FRUCTUS.

Vel,

FLOS UNA FRUCTUSQUE MANENT.

Imago B. V. Mariæ, cui fructus ventris sui Jesus illibatum virginitatis florem non sustulit.

Au-

CLIII. *Aurantium ad solem conversum Verienus hoc lemmate sistit.*

PRIVO DI TE MORIRO.
TE MORIAR PRIVATUS.

Imago Sanctificantis gratiæ, quâ privata anima protinus emoritur.

CLIV. *P. L Moyne Aurantiis ex terrâ in vas aliquod transplantatis, ac dein ad libitum translatis inscribit.*

EXILIIS CONTENTA SUIS.

Imago pro Deo & fide exulum.

* CLV. *Aurantii poma adulto autumno tardè venientia, hyeme frigori haud paria decidunt.*

MORS PRETIUM TARDIS. *Ovid.*

Imago ejus periculi, quod imminet iis, qui in via Dei segnes & tardi sunt, ne paulatim omnino ex eâ decidant.

* CLVI. *Aurantia nisi in Germaniâ singulariter excolantur, exarescunt.*

NEGLECTA PERIBUNT.

Documentum excolendæ cum curâ juventutis.

* CLVII. *Eidem lemma.*

HAUD INDIGNA COLI. *Claud.*

Imago indolis aptæ excoli.

Imago hominis omni honore dignissimi.

CLVIII. *Expugnato per Auriacum Principem & Bavariæ Electorem Namurco urbe, Aurantio arbori sub cujus umbrâ varii se à solis æstu refocillabant inscribebatur.*

QUI NOS SOLIS TUTATUR AB ÆSTU.

Ingenium omne est in sole, Regis Galliarum Symbolo & Aurantio, quod Germanice Auriacum sonat.

CLIX. *Ao.* 1674. *In nummo Belgico, in honorem Auriaci Principis, in floridâ juventute tunc adhuc constituti, ramo Aurantii fructibus jam gravido inscribebatur.*

ULTRA VIRES SORTEMQUE JUVENTÆ.

Societati Jesu ætate aliis Religiosis inferiori, fructibus per utrumque orbem superiori imago convenit. *Ar-*

* CLX. *Arbor eadem flores maximè odoriferos profert & fructus.*

FRUCTUS ODORQUE.

Imago hominis bonæ famæ adjunctos habentis multos bonorum operum fructus.

CAPUT X.

BALSAMUM.

* CLXI. *Balsamum cujus in Chrismate, & medicinâ usus est.*

ARIS ET ÆGRIS.

Imago Sacerdotis, servitio pestiferorum expositi vel aliorum infirmorum.

CLXII. *Balsamo Chovaynus inscribit.*

POST FUNERA FRAGRAT.

Expressum Sancti alicujus corpus, post mortem incorruptum & odoriferum habes.

* CLXIII. *Balsamum adhuc ex arbore jam emortuâ stillat.*

ET MORTUA STILLO.

Imago Christi jam emortui, ex SS. Vulneribus adhuc stillantis pretiosissimum Sanguinem suum.

* CLXIV. *Arbor balsami incisa stillat.*

DE VULNERE FLETUS.

Pœnitentiam S. Ignatii Lojolæ sic exprimes, cui vulnus occasionem præbuit.

* CLXV. *Arbor bal'ami, ex adverso abietis stillantis.*

QUAM DISPARE PLANCTU.

Disparitas veræ & falsæ pœnitentiæ, Exemplo Davidis & Saulis exprimitur.

* CLXVI. *Balsamo lemma.*

COMMOVE, FRAGRAT.

Imago justorum qui calamitatibus à Deo commoti, fragrantiam orationum seu bonorum operum proferunt.

* CLXVII. *Eidem arbori è cortice rubri coloris succum exstillanti lemma.*

SUB CORTICE SANGUIS.

Imago SS. Sacramenti Eucharistiæ.

* CLXVIII. *Arbor balsami incisa balsamum proferens.*

PUNGOR, ET UNGO.

Imago hominis beneficia pro malis referentis.

* CLXIX. *Balsamum cognominis sibi arboris lachryma medicinalis.*

LACHYMIS MEDICINA PARATUR.

In Commendationem lachrymarum pœnitentiæ.

* CLXX. *Balsami liquor studiosè infra arborem positis vasculis receptus.*

DUM FLUIT ET STILLAT.

Admonitio colligendi nobis Sanguinis Christi, per pœnitentiam dum is in vitâ existentibus adhuc fluit.

CAPUT XI.

CASTANEA.

CLXXI. *Castaneæ arbori ob quatuor initiales suas litteras inscripsit nonnemo.*

AB ORIGINE CASTA. *Vel,*

LAUS EST IN ORIGINE SOLA.

Factum fuit in luxuriosam castâ ex Matre puellam.

* CLXXII. *Castanea cultro inciditur, ne dissiliat.*

INCISA MANEBIT.

Adversitatum cultro incisi æternæ vitæ servamur.

* CLXXIII. *Castaneæ in igne dissilienti lemma.*

EXSILIO, CUM DISSILIO.

Imago exultantis inter adversa animi.

CLXXIV. *Castanea in spinoso suo cortice latens.*

TEMPUS PANDET.

Ita multa tempus revelat.

* CLXXV. *Castanea eadem sese ipsam evolvens.*

SE

SE IPSAM EVOLVET.

Imago doctæ Conſcientiæ, quæ ſibi ſufficiens ſcrupulis & dubiis ſuis evolvendis.

* CLXXVI. *Caſtanea ab igne exſiliens.*

EXSILIT IGNE.

Imago S. Laurentii in craticulâ ſuâ hilari animo inſultantis Tyranno.

* CLXXVII. *Eidem Caſtaneæ, dum decidit, legenti corticem ſuum, pandenti lemma.*

ME PANDO LEGENTI.

In ſcientiarum nucleos ſedulâ lectione & ſtudiis ſcrutandos.

CLXXVIII. *Eidem lemma apud Verienum eſt.*

VELANTUR MOLLIA DURIS. *Vel,*

SOLA VESTE RIGET.

Imago hypocritæ multas mortificationes ſimulantis.

* CLXXIX. *Caſtaneæ ſub ſpinoſo cortice lemma.*

VULNERAT, ET PASCIT.

Imago Mortificationis, quæ dum corpus ferit, animam paſcit.

* CLXXX. *Caſtanea in ſpinoſo cortice inter porcos aliquot.*

VESTE SUB HAC TUTA.

Imago animi inter mortificationum aſperitates contra dæmones ſecuri.

* CLXXXI. *Caſtanea ſpinoſum corticem ſuum exuens.*

VESTIS PERTÆSA PRIORIS.

Imago Religioſi Apoſtatæ.

CLXXXII. *Caſtaneæ ſub ſpinoſo cortice ſuo Verienus inſcriptum habet.*

LATET ABDITA.

Imago ſolitariæ animæ.

In nucleos item ſcientiarum ſub difficultatum ſpinis latentes.

* CLXXXIII. *Caſtanea exterius nigra.*

INTIMA CANDOR HABET.
Imago hominis candidi & ſinceri.

CAPUT XII.

CEDRUS.

* CLXXXIV. *Cedro juniori lemma.*
AD ROBORA CRESCO.
Imago ſuccreſcentis adoleſcentis in Belliducem ſeu Prælatum.

* CLXXXV. *Cedrus in valle.*
ET IN HUMILI, EXCELSA.
Imago excelſi inter paupertatis aliarumque calamitatum, depreſſionumque miſerias animi.

* CLXXXVI. *Cedrus vento nutans.*
ET ROBORA NUTANT.
In virorum magnorum lapſus.

* CLXXXVII. *Cedrus præciſa, ad templorum trabes &c. efformata.*
FUNERIBUS PRETIOSA SUIS.
In corpora Sanctorum, quorum *mors pretioſa in conſpectu Domini.* Pſal. 115.

* CLXXXVIII. *Cedri lignum, omnis corruptionis expers.*
ETIAM POST FATA PERENNIS.
In Sancti cujuſdam corpus, poſt mortem incorruptum.
In famam juſtorum. *Juſti autem in perpetuum vivent. Sap. 5. Cap.*

* CLXXXIX. *Cedri medullâ aquilæ paſcuntur.*
INTIMA PASCUNT.
Imago SS. Sacramenti Euchariſtiæ, cujus intima Caro & Sanguis Chriſti, animam ſpiritualiter paſcunt.

* CXC. *Cedrus poſt aliquot annorum Centurias, adhuc vegeta.*
NIL MARCET AB ANNIS.
Imago vegeti in ſenio Belliducis, &c.

Ce-

* CXCI. *Cedrus post aliquot annorum centurias exarescens.*

NIL NON MORTALE TENEMUS.

Necessitatem mortis subeundæ, Emblema docet.

* CXCII. *Idem.*

NON ARCENT ROBORA MORTEM.

In mortis potentiam, quæ robustissimos quosque subigit.

* CXCIII. *Cedrus gummi quoddam emittit, quo libri liniti à tineis servantur.*

VOLUMINA SERVO.

In cujusdam Principis Bibliothecarium.

CXCIV. *Cedri in apice nutanti lemma.*

NUTAT IN EXCELSIS.

Imago inconstantis in dignitate animi.

* CXCV. *Cedrus incorruptibilis.*

IMPERVIA VERMI.

Immaculatam Conceptionem, B. Virginis sic exprimes.

Animam itidem Beatam, nullo damnatorum verme in æternum vexandam, Emblema depingit.

CXCVI. *Cedro infracto trunco dejectæ radicitus, P. Le Moyne inscribit.*

ET NUNC INFRACTA QUIESCIT.

Imago Christi infractis cruribus, in sinu Matris quiescentis.

CAPUT XIII.

CERASUS.

* CXCVII. *Cerasis maturis lemma.*

NIGRA LEGUNTUR. *Virg.*

Exprimes indignis sæpe ad dignitatem præ aliis gradum esse.

Expressit nonnemo alius, nigellas, utpote venustiores, præ aliis ad matrimonium seligi.

CXCVIII *Cerasis immaturis & viridibus, doni loco ad Cardinalem Patronum aliquando missis, inscribebat quidam.*

TE SOLE RUBEBUNT.

Optabat nempe Episcopalem suum viridem galerum in purpureum Cardinalitium ejus suffragiis transmutari. Verecundiam Dei donum esse, sic quoque exprimes.

CAPUT XIV.

CYDONEUS.

* CXCIX. *Cydonei poma inclusa mitescunt.*

INCLUSA MITESCENT.

Imago earum indolum, quæ in mundo asperiores in Claustris Religiosis mitescunt.

* CC. *Eisdem in principio asperioribus lemma.*

SERVATA VALEBUNT.

Documentum custodiendarum à parentibus, tutoribus &c. puellarum. Sunt enim *fructus, qui servando servari possunt.*

* CCI. *Cydonei poma cum tempore fragrantiora.*

DAT TEMPUS ODOREM. *Vel,*
FRAGRAT ADULTUM.

Imago famæ cum tempore excrescentis.

In Sancti cujusdam corpus, quo diuturnius eo flagrantius.

* CCII. *Pomum Cydonei aurei coloris & fragrans.*

CONGENITO SIBI FRAGRAT IN AURO.

B. V. Mariam in gratiæ statu conceptam sic exprimes.

CAPUT XV.

FICUS IN GENERE.

* CCIII. *Ficus matura & dulcis rubicunda est.*

DULCE MEUM RUBET.

Que-

Querela ea est animæ piæ, sponsum suum in Passione sanguine totum perplutum deflentis.

* CCIV. *Ficus tota carnea.*

NIL NISI CARO.

Imago Carnalis hominis.

* CCV. *Ficus in profundiori fossâ plantata dulciores fructus profert.*

DULCIOR EX HUMILI.

Humilitas virtutibus quibusvis conjuncta eas gratiores reddit.

* CCVI. *Ficui maturæ lemma.*

VIRIDI SUB CORTICE RUBET.

Imago verecundæ juventutis.

* CCVII. *Ficus in foveâ plantata.*

IN HUMILI FOECUNDA.

Humilitatis imago, quæ plurium virtutum fundamentum & parens est.

CCVIII. *Ficui sine flore fructus proferenti Camerarius inscribit.*

MITTE, NON PROMITTE.

Nempe effectus promissionibus præstant.

* CCIX. *Ficui, quæ aliarum arborum instar flore nunquam fefellit lemma.*

NUNQUAM FEFELLIT.

Imago sinceri animi.

* CCX. *Ficus maturæ ex arbore pendentes,*

DULCE MEUM PENDET.

Animæ piæ expressio pendentis in Cruce Redemptoris sui.

* CCXI. *Ficui sine flore lemma.*

ET SINE FLORE PLACET.

Imago Sanctæ cujusdam viduæ absque virginitatis flore Deo pretiosæ.

* CCXII. *Ficus umbrosis locis feracior.*

FERACIOR UMBRIS.

Imago solitarii inter domesticas umbras plures studio-

diorum & elucubrationum ſuarum fructus proferentis.

* CCXIII *Ficui lemma.*

MATURA RUBEBIT.

Imago adoleſcentis in Seminariis Anglicanis ad Martyrium formati.

Imago ferae poenitentiae, aut verecundiae.

* CCXIV. *Ficus matura multiplex intra ſe ſemen continens.*

SEMINE MULTIPLICI.

Imago *Martyrum*, quorum effuſus *Sanguis ſemen eſt Chriſtianorum.*

* CCXV. *Ficus folia decerpta, nonnihil lactis emittunt.*

CÆSA LACTE FLUIT.

Imago S. Catharinae V. & Martyris.

* CCXVI. *Idem.*

LAC MIHI PRO LACRYMIS.

Ejuſdem Sanctae ſimulacrum.

* CCXVII. *Ficus ex arbore decerptae.*

DULCE MEUM DEPONUNT.

Piae animae affectus is eſt, exprimentis Redemptorem ſuum de Cruce depoſitum.

* CCXVIII. *Ficus maledictione Chriſti exareſcens.*

PARUIT EXTEMPLO.

Imago promptae obedientiae, praeſertim ex auditu verbi Divini in praedicationibus.

* CCXIX. *Ficus in ſenectâ adhuc fructus ferens.*

FRUCTUS NON MINUIT ÆTAS

Imago juſtorum in plenâ ſenectute, accumulantium ſibi ſua apud Deum merita

FICUS INDICA.

* CCXX. *Ficus Indica folia formâ linguae habens.*

MULTAS LINGUAS, FRUCTUS PAUCOS.

Imago hominis, abſque operibus garruli.

* CCXXII *Eidem lemma.*

FLOSCULOS NULLOS, FRUCTUS MULTOS.

Imago

Imago hominis absque multis sermonibus operosi.

* CCXXIII. *Ficu decerptâ mox novus loco ejus fructus protruditur.*

NOVOS SUBSTITUET.

Imago scriptoris novos ingenii sui partus substituentis, prioribus absolutis.

* CCXXIV. *Ficus Indica folia instar linguæ, sed lata admodum & quasi luxuriantia habens.*

LUXURIANS LINGUA EST.

Imago hominis obscœnam linguam habentis, seu Thrasonis etiam.

CAPUT XVI.

HEDERA.

* CCXXV. *Hedera antiquorum murorum ruinas ambiens.*

AMBIT RUITURA.

Imago hominis studentis ruituris mundi vanitatibus.

* CCXXVI. *Idem.*

AD ÆTHRA RUINIS.

In honorem R. P. Bisselii, quando *Ruinas suas illustres &c.* edidit, factum fuit.

Eorum etiam imago, qui aliorum lapsu corriguntur, aut sanctiores evadunt.

* CCXXVII. *Hedera arborem ambiens.*

AMPLEXIBUS AMBIT.

Amplexus meretricios Emblema respicit.

* CCXXVIII. *Eidem lemma.*

UT STRANGULET, AMBIT.

Ita Caro, mundus, Dæmon.

* CCXXIX. *Hedera decerpta Poëtam aut Victorem coronatura.*

UT MELIORA AMBIAT.

Imago cujusdam Dei permissione afflicti, ut inde animaretur ad æterna ambienda.

CCXXX. *Hederæ foliis suis arborem seu parietem vestienti Masenius inscripsit.*

VESTIT ET ORNAT.

Imago gratiæ Sanctificantis, quæ idem præstat animæ.

* CCXXXI. *Hedera semper ascendens.*

SERPERE NESCIT.

Imago excelsi & ad alta enitentis animi.

* CCXXXII. *Hederæ umbra serpentes fovens.*

SERPENTES HÆC UMBRA FOVET.

Imago fictæ humilitatis.

* CCXXXIII. *Hedera arboris ramos ascendens.*

STAT QUOCUNQUE SEQUI.

Imago indolis vel maximè ductilis.

Resignati item in Deum animi idea.

* CCXXXIV. *Hedera annosam quercum ambiens.*

ROBORA COMPRENDIT.

Imago vastissimæ memoriæ. Qualem sæpe admiratus sum in R. P. Daniele Papebrochio S. J. integram ac vastissimam Historiarum molem comprehendente in ætate jam declinante.

* CCXXXV. *Hedera sese ubique firmans.*

SIC SEMPER AMORES.

De Sanctorum in cœlo amoribus id ritè intellexeris, quibus se Deo quotidie firmius affigunt & uniunt.

CCXXXVI. *Hedera murum, qui ei scalæ loco fuerat, sternens à Schonhovio inscribitur.*

INGRATIS SERVIRE NEFAS.

In gratitudinem eorum, qui Patronis suis postmodum injurii sunt, Emblema pingit.

CCXXXVII. *Hedera cum muro vel arbore corruens.*

COMITATA CADENTEM. *Vel,*

HÆRETQUE CADENTI.

Imago B. Virginis, & S. Joannis Euangelistæ Christum in morte non deserentis.

Idea

Idea etiam fidelis in adversis amici.
CCXXXVIII. *Eidem hederæ cum arbore corruenti P. Le Moyne inscribit.*
UT VIRENTI, SIC ARENTI.
Imago amici in utrâque fortunâ non mutati.
* CCXXXIX. *Hedera antiquos muros ambiens.*
VETUSTA DELECTANT.
Imago Magni Antiquarii.
CCXL. *Hederæ unâ cum arbore concidenti Fevillæus inscribit.*
VIVENDO VICI MEA FATA.
Imago hominis post mortem æternâ famâ superstitis.
* CCXLI. *Hedera muri, cui hæret, calcem exsugens.*
CONJUGIS EXSUGIT BONA.
Imago dilapidatoris bonorum conjugis suæ.
* CCXLII. *Hedera murum seu arborem ambiens.*
CENTUM NEXIBUS AMBIT.
Imago animæ piæ, seu beatæ centum amoris votis & nexibus ambientis Deum.
* CCXLIII. *Hedera flavas baccas proferens.*
PALLIDA FRONDE EST, AUREA FRUCTU.
Imago virtutis abstinentiæ.
* CCXLIV. *Hedera murum, cui jungitur, destruens.*
NOCET ESSE SODALEM. *Vel*, DUM SOCIAT, SAUCIAT.
Imago perversi seductoris seu socii.
* CCXLV. *Eidem arborem ambienti lemma.*
DUM STRANGULAT, ORNAT.
Imago eorum Tyrannorum, qui Martyres laqueo sustulere. Caput Reginaldi ex Ordine nostro in persecutione Henricianâ in Angliâ suspensi indies speciosius apparuit.
* CCXLVI. *Hedera arborem ascendens.*
DONEC TOTAM COMPREHENDAT.
Imago hominis ante non desistentis, donec totam difficultatem exhauserit. *He-*

* CCXLVII. *Hederæ lemma.*

ET IN ALTIS SUSTINEOR.

Perfectissimis quibusvis, ne labantur, Dei fulcimento opus esse, docet Emblema.

* CCXLVIII. *Hedera arborem sese prosternentem amplectens.*

ET AMPLECTITUR HOSTEM.

Imago dilecti inimici.

CCXLIX. *Hedera unâ cum ingente Piramide corruens.*

SIC PERIRE JUVAT.

In Communi patriæ strage perire decorum est.

* CCL. *Hedera ascendens.*

MULTO SUBLIMIA NEXU.

Imago hominis multo consanguinitatum nexu ad dignitates enixi.

* CCLI. *Hedera nexus suos sub foliis occultans.*

NEXIBUS OCCULTIS.

Imago occulti cujusdam amoris, & amicitiæ clandestinæ.

* CCLII. *Hedera in altum enitens.*

NULLO DUCENTE MAGISTRO.

Imago ambitiosæ naturæ nostræ proprio instinctu honoribus inhiantis.

* CCLIII. *Hedera supra ingentem murum sese elevatura, si adhuc posset.*

NEC SUMMA SATIS.

Imago ambitiosi in summo gradu hominis.

CAPUT XVII.

MALUS PUNICA. SEU GRANATA.

* CCLIV. *Mala seu poma Punica ex parvis ad debitam crassitiem excrescentia.*

A PA-

A PARVIS AD MALA MAGNA GRADUS.

Imago peccatoris à parvis peccatis ad majora prolabentis.

* CCLV. *Malo Punico corona præ maturitate rupta.*

VIOLENTA NEMO IMPERIA RETINUIT DIU.

* CCLVI. *Malum Punicum cum coronâ.*

PEREUNT MALO PEREUNTE CORONÆ.

Pereuntibus & cessantibus adversis pereunt coronæ iis in cœlo paratæ.

*CCLVII. *Malum Punicum suis, quæ intra se condit, granis coronam imponens.*

QUOS CONDO, CORONO.

Imago D. Dei, quos condidit justos, æternâ coronâ remunerantis in cœlis

CCLVIII. *Auctor Coll. flori Punico inscribit.*

PRIMO CONTINGIT PURPURA FLORI.

Imago SS. Innocentum Martyrum in primo ætatis flore sanguine suo purpuratorum. Juventutis etiam verecundæ idea.

* CCLIX. *Malum Punicum Rubicundum, & coronatum.*

CUM RUBORE CORONAM.

Imago verecundi in honoribus animi.

* CCLX. *Malum Punicum bona, & vacua intra se granula servans.*

SUNT MALA MIXTA BONIS.

Nempe, hoc in orbe nullum frumentum suo lolio, nulla Congregatio suo Juda caret.

* CCLXI. *Malus Punica dependentibus coronatis malis gravata.*

SUNT ONERI HONORES.

* CCLXII. *Malum Punicum grana inter se recondita habens.*

SERVAT, QUOS CONDIDIT.

Imago Dei, qui, quos creavit, ne in nihilum redeant ho-

homines, aliæque creaturæ omnes easdem continuatâ & in singula momenta renovatâ creatione conservat.

* CCLXIII. *Malus Punica mala coronata producens.*

SUA MALA CORONAT.

Imago D. Dei æternâ retributione coronantis eas, quas suis immittit, calamitates.

* CCLXIV. *Malum Punicum vulneratur, ut latentibus intra se granis pascat.*

VULNEROR, UT PASCAM.

In Christi SS. Vulnera, quæ pro nobis subiit, ut ex post SS. Sanguine ex eis fluente nos pasceret in Venerabili Sacramento.

* CCLXV. *Malum Punicum maturescens.*

TEMPUS DAT PONDUS HONORI.

Imago Ministri indies in dignitate suâ plus æstimati.

* CCLXVI. *Malum Punicum ruptum.*

CORONATO VULNERE.

In Vulnus Christi sub coronato spinis capite.

* CCLXVII. *Malum Punicum cum suis intra se latentibus granis.*

UNO DEVINCIT SINGULA NEXU.

Imago charitatis, quâ omnes ut unius capitis membra devincti invicem manemus.

* CCLXVIII. *Grana mali Punici abscondita.*

QUOD LATET, HOC PASCIT.

Imago Corporis & Sanguinis Christi sub Sacramentalibus speciebus.

CCLXIX. *Malo Punico D. Aresius inscripsit.*

OPPORTUNO SE TEMPORE PANDET.

Innuere volebat, consolationes divinas ad tempus solum justis subtractas esse.

* CCLXX. *Malum Punicum coronatum & ruptum.*

NULLUM SINE VULNERE REGNUM EST.

In sortem miseram Regnorum mundi, quorum nullum sine scissurarum vulnere aut aliis miseriis reperies.

* CCLXXI. *Malus Punica fimo pinguefacta.*

TRA-

TRAHIT DE FÆCE CORONAS.

Imago D. Dei *De ſtercore elevantis pauperem.* 1. Reg. II.

* CCLXXII. *Malum Punicum.*

CRESCENT MALO CRESCENTE CORONÆ.

Adverſis auctis augentur pariter Coronæ apud Deum.

* CCLXXIII. *Idem cum coronâ creſcente.*

CRESCIT MALUM, CRESCETIS HONORES.

In idem.

* CCLXXIV. *Coronæ Malorum Punicorum.*

CREVERE FAVENTIBUS AUSTRIS.

Pontificiis coronis ſub Protectione Auſtriacorum nonnemo Emblema applicavit.

CCLXXV. *Apud Verienum Malo Punico inſcribitur.*

MEUM PRETIUM MECUM PORTO. *Vel,*
BONA MEA MECUM PORTO.

Imago virtutis.

CCLXXVI. *Honori Annæ Auſtriacæ apud Auct. Coll. lemma eſt.*

MI PRCIO NO ES DE MI CORONA.
MEUM PRETIUM, NON EST DE MEA CORONA.

Imago Principis magis à virtute, quam Regnis æſtimati.

* CCLXXVII. *Malum Punicum ruptum.*

ISTO DE VULNERE FRUCTUS.

Imago S. Ignatii Lojolæ ex inflicto in Obſidione Pampilonenſe vulnere converſi.

CCLXXVIII. *Idem.*

ISTO DE VULNERE GRANA.

In honorem Marchionis DE GRANA factum fuit, quando vulneratis per continua bella Belgicis Provinciis, iiſdem Gubernator præter Hiſpaniæ morem, Marchio Germanus nominabatur.

CCLXXIX. *Malo Granato Gallus auctor aliquando inſcripſit.*

IN

IN SEMINE FRUCTUS.

Studiorum utilitatem expreſſurus erat.

* CCLXXX. *Malum Granatum cum Coronâ ſuâ emarceſcente.*

INFLUXIS MEA REGNA CORONIS.

In brevitatem Regnorum,& honorum mundanorum.

* CCLXXXI. *Malum Granatum cum ſuis intra ſe granis.*

IN MALO BONA.

In malo pœnæ plura nobis ſubinde bona diſponit Deus.

* CCLXXXII. *Mali Granati Grana.*

SERVATA LATENDO.

Virginitatis domi ſervandæ idea.

* CCLXXXIII. *Malum Granatum nondum maturum apud Auct. Coll. inſcribitur.*

FERT NEC MATURA CORONAM.

Imago Principis in tenerâ ætate jam coronati, aut juſti præmaturè mortui.

* CCLXXXIV. *Malum Punicum non diruptum grana ſua intra ſe ſervat.*

CONCORDIA SERVAT.

* CCLXXXV. *Idem malum non diruptum integram coronam ſervat.*

REGNI CONCORDIA CUSTOS.

Concordiâ res parvæ Regnorum creſcunt, diſcordiâ maximæ dilabuntur.

* CCLXXXVI. *Malum Punicum cum ſuis intra ſe granis.*

CONDIT, QUOS CONDIDIT.

Imago hominis bona ſua opera occultantis.

* CCLXXXVII *Malum Punicum coronam ſuam à floris cortice habens.*

FLORE CORONA

In aureolam Virginalem è virginitatis flore naſcentem in cœlo.

Flos

* CCLXXXVIII. *Flos mali Pũnici, dum corticem suum premendo erumpit, coronam efformat.*

FORMAT PRESSURA CORONAM.

In adversitatum pressuras, quibus corona nobis apud D. Deum disponitur.

CCLXXXIX. *Malo Punico P. Jacobus Coret in vitâ S. Catharinæ Suecæ inscripsit.*

CORONATUM NASCITUR.

Exprimere volebat, eandem Sanctam è Regio sanguine ortum trahere.

CCXC. *Malus Punica cuneo pineo transfixa dulciores fructus ferens à Farnesio inscribitur.*

INTEGRITATE DESTITUTA MELIOR.

Applicabis ei, quam matrimonium ex insolente virgine morigeram conjugem fecerat.

* CCXCI. *Malis granatis ex arbore suâ dependentibus lemma.*

EX UNA PULLULAT OMNE MALUM.

Ita unum sæpe peccatum multorum causa est.

* CCXCII. *Malum Granatum coronâ sua privatum adhuc grana sua intra se servans.*

ET SINE TE.

In Reginæ Christinæ Regno, Sueciæ sese abdicantis honorem factum fuit.

CCXCIII. *In Thesibus S. Xaverio dicatis malo granato rupto inscribebatur.*

DILATASTI COR MEUM.

In ejusdem Sancti dictum: AMPLIUS DOMINE.

CCXCIV. *Eidem malo cum granis suis lemma ab Auctore Gallo est.*

NE NUMERA, NAM PLURA LATENT.

Imago B. Virginis Mariæ, quæ *Gratiâ plena* ab Angelo salutata est.

* CCXCV. *Malum Punicum expansum.*

PANDITUR ET PENDET.

Imago Chriſti in Cruce expanſi, & aperto vulnere lateris omnes allicientis.

CCXCVI. *In Sacriſtiâ S. Joannis Varſavienſis, eidem inſcribitur.*

DECOR OMNIS AB INTRA.

Imago animæ juſtæ. *Gloria filiæ Regis ab intus.* Pſalm. 44.

* CCXCVII. *Arbori eidem lemma, cum pendentibus hinc inde malis.*

SUNT ONERI MEA MALA MIHI.

Imago Conſcientiæ, malorum ſuorum remorſibus laborantis.

CCXCVIII. *Auctor Periſtromatum Regis Galliæ Malo Granato inſcribit.*

PRÆSTANT INTERNA CORONÆ.

Regis ſui heroicum animum, quo plus ab aliis quam ipſâ Regia dignitate præeminet, exprimere ſatagebat auctor.

Virtutis præeminentiam ſupra dignitates quaſvis, ſic etiam exprimes.

* CCXCIX. *Malo granato lemma.*

SUA DONA RECONDIT.

Occulti Eleemoſynarii aut abſcondentis talenta ſua, imago.

* CCC. *Malus Granata mala ſua palam oſtentans.*

SUA MALA REVELAT.

Confeſſionis imago.

CAPUT XVIII.

MESPILUS.

CCCI. *Meſpilo putreſcenti lemma.*

PEREUNDO MELIOR.

Corporum noſtrorum in ſepulchro corruptorum, glorioſam Reſurrectionem, Emblema ſpectat.

Eiſ-

* CCCII. *Eiſdem lemma.*

TEMPORE MITESCENT.

Indolis aſperioris, paulatim ad obſequium reducendæ imago.

CAPUT XIX.

MORUS.

CCCIII. *Moro folia ſua tardè producenti, apud Verienum lemma eſt.*

TARDE SED TANDEM.

Imago dilatæ pœnitentiæ.

CCCIV. *Zinckgrefius in fronte Emblematum ſuorum moro inſcribit.*

MORAM UBERTATE REPENDET. *Vel,* COMPENSAT DULCEDO MORAM.

Imago Sancti cujuſdam pœnitentis, moram dilatæ pœnitentiæ ex poſt ubertate bonorum operum compenſantis.

S. Thomæ Aquinatis imago, tardè ad ſcientias enixi. Vide vitam ejus.

* CCCV. *Morus tarde florens, ne à pruinis flos ejus decutiatur.*

PROVIDA VENTURI.

Imago providi & maturi Miniſtri.

CCCVI. *Moro florenti tum demum, cum ei ab hyemalibus pruinis nullum periculum, lemma eſt.*

ILLÆSA PRUINIS. *Vel,* SECURA PRUINÆ.

Sanctitatem ſeu perfectionem, tardè procedentem minimè defectui, ſeu ſpirituali frigori obnoxiam, Emblema docet.

* CCCVII. *Morus maturos fructus dimittens.*

DIMITTO MATUROS.

Imago Seminariorum, è quibus maturi Apoſtolicis fructibus adoleſcentes dimittuntur.

* CCCVIII. *Moro florenti lemma.*

SPES CERTA CALORIS.

Viſio beatifica in hoc moro non multum abſimilis eſt, ipſa enim amorem Dei individuum comitem habet.

CCCIX. *Mori pluribus victum præbent, ob folia quibus bombyces vivunt.*

MORI LUCRUM.

In Annuis Litteris Soc. Jeſu legiſſe memini, hac explicatione illuſum aliquando fuiſſe Miniſtrum Acatholicum, qui hæc S. Pauli verba, Acatholico cœmiterio, in quo Mori plures ſtabant Epigraphen præfixerat.

* CCCX. *Morus foliis ſuis æſtimatur, quibus bombyces paſcit.*

ET PRETIUM DE FRONDE TRAHIT.

Imago hominis, ab exteriori ſuâ apparentiâ æſtimati.

* CCCXI. *Idem.*

HINC VERMIBUS ESCA.

Moro Venerabile Sacramentum altaris in hoc ſimile eſt, quod eo miſerrimi vermiculi & homunciones paſcimur.

CAPUT XX.

MYRTHUS.

* CCCXII. *Myrthus in certas monſtrorum figuras ab hortulanis tonſa.*

MONSTRIS SPECIOSA SUPERBIT.

Imago Conſcientiæ in propriis malitiis gloriantis.

* CCCXIII. *Eidem Myrtho lemma.*

AD NORMAM CRESCERE DOCTA.

Imago Religioſi ſub Obedientiæ normâ indies in perfectione accreſcentis.

* CCCXIV. *Myrthus ovantibus olim in Coronas ſerviebat.*

OVAN-

OVANTI DECUS.
In coronas & aureolas Sanctorum in cœlis.
* CCCXV. *Myrtho exarescenti lemma.*
OLET, ET ARET.
Imago hominis bonorum operum ariditati adjunctam famam viri justi habentis.
* CCCXVI. *Myrtho ab hortulano in varias animalium figuras tonsæ lemma.*
ALIUS HÆC MONSTRA MIHI INDUXIT.
Imago hominis calumnias innocenter passi.
* CCCXVII. *Myrthus eadem sylvescens ad priorem formam ab Hortulano reducta.*
FORMAM SERVARE COACTA.
Imago Religionis, mortificationum cultro in primævo suo vigore servatæ.
* CCCXVIII. *Myrthus malis granatis vicina feracior.*
DUM SOCIOR, SATIOR.
In fructus bonæ Societatis.
* CCCXIX. *Idem.*
DECUS TRIBUERE CORONÆ.
In laudem Agrippinæ Coloniæ, quæ post recepta Trium Magorum corpora, in majorem amplitudinem excrevit.
* CCC. *Eadem Myrthus.*
FERTILIOR VICINA CORONIS.
Imago hominis, qui morti & suis in cœlo coronis vicinior, Deum intensius amat.
* CCCXXI. *Myrthus in horto tonsa.*
FERT TONSURA DECUS.
In Commendationem clericalis, & Religiosæ tonsuræ.

CAPUT XXI.

OLEA. OLIVA. OLEUM.

CCCXXII. *Innocentio X. cujus insigne ramus olivæ in columbæ rostro fuit, olivæ arbor inscribebatur.*

DULCES ADOLEVIT IN USUS.

In gratam & suavem ejus Pontificis indolem.

* CCCXXIII. *Oleo, quo in Dedicatione Ecclesiæ Cruces inunguntur, lemma.*

SCIT LENIRE CRUCES.

Expressum Emblemate isto Spiritum S. habes, qui *Spiritualis unctio & Consolator optimus* salutatur.

* CCCXXIV. *Eidem oleo lemma.*

NON PUNGIT, AT UNGIT. *Vel,* LENIET, HAUD LÆDET.

Imago mansuetæ indolis.

* CCCXV. *Eidem lemma.*

NUTRIT, ET UNGIT.

Imago SS. Eucharistiæ.

* CCCXXVI. *Eidem lemma.*

MEDELA, CIBUSQUE.

Imago ejusdem SS. Eucharistiæ.

* CCCXXVII. *Oleum unctione suâ contractis membris vigorem pristinum restituens.*

CONTRACTA RELAXO.

In vim operum misericordiæ, quibus purgantes animæ relaxantur.

* CCCXXVIII. *Corona ex oleâ olim assignari solita transgressori primo hostilium murorum.*

TRANSGREDIENTI MURUM.

In præmium à Deo iis dandum, qui singularis cujusdam passionis, vel difficultatis victores evasere.

CCCXXIX. *In Abbatiâ Olivæ prope Gedanum, Ramo olivæ, quem Noëtica Columba rostro ferebat, inscribebatur.* PA-

PACIS OLIVA.

Alludebatur ad Abbatiæ ejuſdem nomen, & pacem Ao. 1660. inter Reges Poloniæ, & Succiæ in eâ cuſam.

CCCXXX. *Oliva ſub torculari à P. Maſenio lemma habet.*

PREMOR, UT EXPRIMAR.

Exprimere volebat, pacem armis exprimendam eſſe.

* CCCXXXI. *Oleum Lampadis, ex quâ alimentum ſugunt noctuæ & veſpertiliones, lemma tenebit.*

CÆCIS ALIMENTA MINISTRO.

Miniſtri hæretici idea.

* CCCXXXII. *Oleum lampadis ante aram ardentis lemma habet.*

SACRO CONSUMITUR IGNE.

Imago S. Mariæ Mag. de Pazzis, & S. Philippi Nerii, præ nimio in Deum amore emortuorum.

CCCXXXIII. *Oleæ, ex quâ columba Noetica ramum deſumpſit, P. Nietzporkowitz inſcribit.*

ET PRIMA, ET SOLA VIRESCIT.

Innuere emblemate iſto volebat B. Virginis Mariæ Immaculatam conceptionem.

* CCCXXXIV. *Oleum lampadis ante aram ardentis.*

LUCEM ADFERET ARIS.

Imago Exemplaris Eccleſiaſtici.

* CCCXXXV. *Oleo Extremæ unctionis lemma.*

CONFERET IN LETHUM VIRES.

In SS. Nomen JESU. Quod OLEUM EFFUSUM eſt, mire conſolationi futurum agonizantibus.

* CCCXXXVI. *Oleo inuncti athletæ confortabantur.*

ROBORA DAT LASSIS.

Idem præſtat Spiritus S. qui eſt *In labore requies &c.*

* CCCXXXVII. *Oleum variis aliis in vitro liquoribus ſupereminens.*

SUPEREMINET OMNIBUS UNUM.

Imago Miſericordiæ divinæ, quæ eſt ſuper omnia opera ejus, & ſuperexaltat judicium.

* CCCXXXVIII. *Oleæ tenellæ lemma.*

AD FOEDERA CRESCO.

In filium Ministri cujusdam, obituri aliquando Legationes ad Tractatus Pacis.

Principissæ item imago, quæ olim matrimonio suo finem inter belligerantes Principes faciet.

* CCCXXXIX. *Oleum, cum effunditur, minimè strepit.*

SILET EFFUSUM.

Documentum Misericordiæ opera clanculo & in silentio faciendi.

* CCCXL. *Eidem oleo lemma.*

MUTUM, CUM MOTUM.

Imago hominis adversa in patientiâ & silentio sufferentis.

* CCCXLI. *Oleum exesa à rubigine ferramenta pristino nitori restituens.*

EXESA REDUCO.

Imago Historici reducentis memoriam earum rerum, quas Tempus edax rerum obliteraverat.

* CCCXLII. *Idem.*

TOLLO RUBOREM.

Impudentiam Emblema exprimit.

In victoriam itidem rustici in confessione pudoris.

* CCCXLIII. *Oleum rigida emolliens.*

RIGIDA MOLLIT.

Imago S. Spiritus, de quo Ecclesia *Flecte quod est rigidum.*

* CCCXLIV. *Olea, unde murales coronæ expost plectendæ.*

SUCCRESCO TRIUMPHIS.

In insignem Belli Ducem.

CCCXLV. *Eadem Olea.*

CRESCO CORONIS.

In Religiosum quendam factum fuit, qui Missionarius in Sueciam (cui tres coronæ pro insigni) designatus erat.

Oliva

* CCCXLVI. *Oliva ſub torculari oleum reddens futurum multis medicinale.*

DABIT HÆC PRESSURA MEDELAS.

Imago adverſitatis multis animæ morbis ſalutaris.

CCCXLVII. *Oleo Nieſporkowitz inſcribit.*

LUCET, PASCIT, ET UNGIT.

Exprimere volebat B. V. Virtutes, & in clientes ſuos miſericordiam.

CCCXLVIII. *Oleæ cæſæ revireſcenti, lemma P. Maſenius ponit.*

CÆSA REDIT MELIOR.

Imago corruptibilis carnis noſtræ, mortis falce demeſſæ glorioſius reſurrecturæ.

CCCXLIX. *Oleæ seneſcenti, ramuſculis ex radice repullulantibus lemma.*

SPECIOSA IN PROLE SUPERSTES.

Imago parentis in prole poſt mortem ſuperſtitis.

CCCL. *Olea in petrâ plantata dulciores fructus proferens.*

HIS CRESCENT DULCIA PRATIS.

Imago virtutum, quæ eo gratiores, quo magis arduæ ſunt & difficiles.

CCCLI. *Olivæ à caſtis pueris plantatæ, fœcundiores lemma à Maſenio recepere.*

NON QUAVIS TRACTANDA MANU.

Curam animarum non cuique convenientem, Emblema exprimit.

CCCLII. *Oliva Oleaſtro inſerta eundem fœcundum reddit, unde ei à Maſenio lemma.*

FÆCUNDAT STERILEM.

Imago actualium gratiarum, quibus incitamur ad faciendos fructus pœnitentiæ.

CCCLIII. *Olivæ fructibus plenæ, juxta quam raſtra, ligones &c. à P. Maſenio lemma eſt.*

FRUCTUM DABIT ABSQUE LABORE.

Imago B. Virginis absque dolore parturientis filium suum Unigenitum Jesum.

CCCLIV. *Oliva, quæ fructu suo pascit, umbrâ protegit, ab eodem Masenio lemma tenet.*

PROTEGIT, ET NUTRIT.

Imago SS. Eucharistiæ.

CCCLV. *Olivæ, ex cujus deciduis baccis aliæ minores pullulant, P. Masenius inscribit.*

SIMILIS DE STIRPE PROPAGO.

Filium parenti per omnia similem sic exprimes.

CCCLVI. *Rami Olivæ (pacis symbolum) ex arbore cæsâ.*

RARA SINE VULNERE PAX EST.

Prosperitatis nunquam non noxiæ idea.

CAPUT XXII.

MYRRHA.

* CCCLVII. *Myrrha, cum inciditur, stillans.*

DUM PREMOR, PRÆMIOR.

Nempe adversitatum pressuris sua à Deo præmia sunt.

* CCCLVIII. *Myrrha fruticis melior eâ, quæ solum ex cortice fluxit.*

MELIOR QUÆ FRUTICE FLUXIT.

Imago mortificationis ac pœnitentiæ ex intimo corde profluentis.

* CCCLIX. *Myrrhæ arbuscula, dum pungitur, amarum succum emittit.*

SI PUNGIS, AMARA EST.

Imago vindicativi erga injuriantes animi.

CCCLX. *Myrrhæ incisæ ac stillanti P. Le Moyne lemma dedit.*

VULNERIBUS FOECUNDA MEIS.

In dolores B. Virginis, quibus plura in nos beneficia derivat.

* CCCLXI. *Myrrha formosa, sed intus amara arbuscula est.*

DE-

DELECTAT AMARA.

Imago voluptatum mundanarum, quæ intus amaritudine plenæ multos exteriori ſpecie alliciunt.

* CCCLXII. *Myrrha non tantum amarum ſuccum in Cortice, ſed etiam in ipſo frutice habens.*

ET ULTRA CORTICEM *Vel*, MAGIS INTUS AMARA.

Imago hominis magis interius, quam exterius vindicativi.

CCCLXIII. *Apud P. Lyræum Myrrha inciſa inſcribitur.*

UT MAGIS EFFLUAT.

Imago amantiſſimi in Paſſione Salvatoris, tot vulneribus inciſi, ut per ea, unâ cum Sacratiſſimo Sanguine ſuo effluerent in nos gratiarum ſuarum flumina.

CAPUT XXIII.

CCCLXIV. *In vitâ Symbolicâ B. Joſaphati Archi-Epiſcopi Polocenſis Palmæ inſcribitur.*

ASPERA FRUCTIFICAT.

Imago ejuſdem Sancti, qui aſperitatibus corporis vacando, dignos fructus pœnitentiæ faciebat.

* CCCLXV. *Palma aſperum ad aſcenſum Corticem habens.*

AD ASTRA PER ASPERA.

Per tribulationum aſperitates intrare nos oportet in Regnum cœlorum.

CCCLXVI. *In Nuptiis Sigiſmundi III. Poloniæ Regis, duabus ex adverſo littore palmis ſibi inclinatis lemma fuit.*

AMOR DISTANTIA JUNGIT. *Vel*, DISSITA JUNGIT AMOR.

Amoris vim expreſſam habes.

CCCLXVII. *Palmæ (quæ gloriæ ſymbolum eſt) è rupe enaſcenti in nummo quodam inſcriptum legi.*

EX DURIS GLORIA.

Aſpe-

Asperitatibus pro Deo perpessis æterna nobis gloria paratur.

CCCLXVIII. *In Imagine Primi sæculi Palmæ in senectâ fructus proferenti inscribitur.*

IN SENECTA UBERI.

In eos fructus, quos Societas Jesu in Senectâ suâ adhuc adpromittit.

CCCLXIX. *Palmæ ramus in formam coronæ se inflecti passus apud Chovaynum inscribitur.*

INFLEXA CORONAT.

Carnem sub Spiritu flexam & subactam, animæ æternam in cœlo coronam formare, innuit Emblema.

CCCLXX. *Batillius Palmæ, quæ aspero cortice scanditur, inscribit.*

HOS ADITUS VIRTUS HABET.

CCCLXXI. *Quando Ludovicus XIV. Rex Christianissimus sponsæ suæ Hispanæ jungebatur, duabus Palmis sibi invicem inclinatis inscribebatur.*

FLEXIT AMOR, POTUIT VIS NULLA.

Innuebatur eo symbolo, Regem armis Hispanis hactenus invictum, sponsâ ad pacem animos adjecisse.

* CCCLXXII. *Similibus duabus Palmis ex Claudiano inscribes.*

AD MUTUA FÆDERA NUTANT. *Claud.*

Inconstantes duorum amores, Emblema repræsentat.

* CCCLXXIII. *Palmæ asperum in principio corticem habenti lemma.*

ASPERA PRINCIPIO.

Ita virtus & res plerumque arduæ, quarum omnium initia difficilia sunt.

CCCLXXIV. *In Imagine Primi sæculi Palmæ cæsæ, ex quâ serta fiunt, inscribitur.*

CÆSA TRIUMPHAT.

In commendationem Societatis Jesu, ex tot Martyribus gloriosæ.

CCCLXXV. *Palmæ in littore fluvii ventis agitatæ, apud Typotium lemma est.* NEC

NEC VENTIS TERREOR, NEC OBRUOR UNDIS.

Imago infracti inter adversa animi.

CCCLXXVI. *Palma Sphæram ramis suis impositam habens lemma tenet.*

NEC TOTO FLECTITUR ORBE.

Imago incorrupti Judicis, Principis &c.

CCCLXXVII. *Palmæ appensis hinc inde ponderibus Boissardus inscribit.*

PRESSA VALENTIOR. *Vel,*

SUMIT DE PONDERE VIRES.

Ita Virtus.

CCCLXXVIII. *Eidem Palmæ Rollenhagius inscribit.*

VICTRIX PATIENTIA DURI.

CCCLXXIX. *Palma in plures coronas cæsa lemma tenet.*

PLURES TENET UNA CORONAS.

Imago S. Catharinæ, tribus in cœlo Virginitatis, Doctoratus, & Martyrii aureolis speciosæ.

CCCLXXX. *Palmæ masculæ & fœmellæ, sibi vicinis apud Auctorem Colloquiorum inscribitur.*

CASU PENDEMUS AB UNO,

Imago communis sortis, subeundæ corpori & animæ in vitâ alterâ.

CCCLXXXI. *P. Le Moyne duabus palmis sibi vicinis inscribit.*

NON TANGUNT, ET AMANT.

Imago duorum, caste sese amantium in matrimonio.

CCCLXXXII. *Palma difficilem in ascensu corticem habens.*

UNICUS AD PALMAM TRAMES, PATIENTIA.

CCCLXXXIII. *Palma alteri sese inclinans, à P. Menestrerio fuit inscripta.*

SOLI SUCCUMBIT AMORI.

Imago invicti inter alias tentationes animi, demum obscœnis amoribus succumbentis. *Pal-*

* CCCLXXXIV. *Palma difficilem ad aſcenſum corticem habens.*

NON LEVIS ASCENSUS.

Imago conſcendendæ cum difficultatibus virtutis.

* CCCLXXXV. *Palma in ſummitate ſuis quaſi ramis coronata.*

SUMMA CORONANTUR.

In victoriis videas earum laudem aut famam, ſolum Exercituum Ducibus attribui, præteritis gregariis in illis maximam partem habentibus.

* CCCLXXXVI. *Eadem Palma ſicut præfertur coronata.*

IPSA SIBI EST SERTUM.

Imago virtutis, quæ meritum & corona ſibi ipſi eſt.

* CCCLXXXVII. *Palma cortice aſcenſum præbens.*

IPSA SIBI GRADUS EST.

Imago hominis, qui incrementorum ſuorum ſibi ipſe auctor eſt propriis meritis.

* CCCLXXXVIII. *Idem.*

CORTICE SCANDES.

In cognitionem Dei, creaturarum exteriore pulchritudine tanquam cortice ſcandi etiam poteſt.

CCCLXXXIX. *Palmæ apud Verienum inſcribitur.*

STAT RECTA, FERAXQUE.

Imago diſciplinatæ, multorumque in populo fructuum Religionis.

* CCCXC. *Palma cum pondere lapidum.*

NUSQUAM SUB MOLE FATISCIT.

Imago Miniſtri aut Principis, ſub negotiorum mole indeſeſſi.

* CCCXCI. *Palma foliis amictum fructibus victum præbens.*

CUM VICTU PRÆSTAT AMICTUM.

Imago inſignis Eleemoſynarii, in alendo & veſtiendo pauperes.

CA-

CAPUT XXIV.

PERSICUS, PERSICUM.

* CCCXCII. *Manus (quæ operis ſymbolum eſt) ramum Perſici, cujus folia linguæ, fructus cordi, ſimiles ſunt, tenens.*

CORDA, VOCES, ET OPERA.

In jungendum affectum, & opera ſermonibus atque promiſſis.

* CCCXCIII. *Perſicus quæ in Perſiâ venenata eſt, tranſlata innoxia.*

POSUIT TRANSLATA VENENUM.

Imago cujuſdam, qui in Religionem tranſlatus eximiè emendatus fuerat.

* CCCXCIV. *Perſicum immaturum, cordi ſimile, amarum & inſipidum.*

INSIPIENS COR EORUM.

Imago peccatoris.

* CCCXCV. *Perſicus maturè florens pruinis ſubjecta.*

NUSQUAM SECURA PRUINÆ.

Feſtinationis nimiæ damna ſic exprimes.

CAPUT XXV.

PIPER.

* CCCXCVI. *Piperi lemma.*

COPIOSIUS URET.

Imago eorum conſcientiæ remorſuum, qui ex guſtatis intemperantius mundi voluptatibus, eam urunt & excruciant.

* CCCXCVII. *Piperis exiguo grano lemma.*

NON MOLE, SED VIRTUTE.

Virtutis in exiguo corpore imago.

In

CCCXCVIII. *In vitâ B. Josaphati Polocensis ArchiEp. piperi lemma est.*

INSIPIDUM CONDITUR AMARO.

In eundem Sanctum hausto ex fœdo ulcere pure, fastidia sibi pellentem.

* CCCXCIX. *Piper ciborum condimentum.*

CONDENDO MORDET.

Imago mordacis Poëtæ, qui versus condendo continuo mordax est.

CD. *Piper contusum cum exilit, dissilit.*

DISSILIT EXSILIENS.

Imago dissolutæ hilaritatis.

CDI. *Piperi lemma.*

MELIUS, QUOD ACRIUS.

Mortificationes asperiores Deo gratiores.

CAPUT XXVI.

PINUS. NUX PINEA.

* CDII. *Nux pinea sub arbore aperta jacens, omnium pedibus proteritur.*

CALCATUR APERTA.

Contemptum nimii candoris Emblema exprimit.

CDIII. *Pineæ nuci clausæ (quæ pro insigni Cardinali Bellarmino fuit) in ejusdem operibus inscribitur.*

CONDO, ET COMPONO. *Horat.*

Imago scriptoris sua opera nondum edentis.

CDIV. *Ab altero latere Operum eorundem apertæ simili nuci inscribitur.*

QUÆ MOX DEPROMERE CONOR. *Horat.*

Imago Scriptoris opera sua luci publicæ dantis.

CDV. *Nuci pineæ ad ignem se pandenti, Imago Primi Sæculi inscribit.*

SOLI SE PANDIT AMORI.

Emblema Martyrum Societatis, in igne alacritatem, repræsentat. Ma-

Mariæ Magdalenæ Christo se peccatricem confitentis imago.

* CDVI. *Nux pinea se ipsam dividens.*

SE DIVIDIT IPSA.

Imago discordis intra se Reipublicæ.

* CDVII. *Nuci pineæ lemma.*

SUA SEMINA CONDIT.

Imago parentis filias suas domi continentis.

CDVIII. *Pino in rupe Verienus inscriptum habet.*

QUIS EVELLET?

Constantiæ symbolum, aut radicatæ cujusdam virtutis imago.

* CDIX. *Pinea nux summitates suas primo expandens.*

PANDIT SUMMA PRIUS.

Imago pœnitentis in Confessione graviora peccata ad majorem sui confusionem primo confitentis.

* CDX. *Eidem Arbori piceum liquorem sub aspero cortice servanti lemma.*

RIGIDO SUB CORTICE PINGUIS.

Imago Hypocritæ Curium simulantis, dum Bacchannalia vivit.

* CDXI. *Pino ob Resinam suam lemma.*

MOX CONCIPIT IGNES.

Imago hominis ad obscœnitatem & iracundiam proni.

* CDXII. *Eidem arbori lemma.*

RECTA, VIRENSQUE.

Imago florentis & disciplinatæ familiæ.

CDXIII. *Genium Pharmaceuticæ Augustanæ sub pino (cujus nuces urbs eadem pro insigni habet) inscriptum vidi.*

HOC TEGMINE FELIX.

Protectionem cujusdam sic exprimes.

* CDXIV. *Pinus in aquis incorrupta.*

SERVATUR IN UNDIS.

Imago peccatricis animæ, pœnitentialibus lachrymis servatæ

* CDXV. *Eidem lemma.*

ALTA VIRENSQUE.

In virginitatis altas ac vividas dotes.

* CDXVI. *Pinus altius excrescens, inferioribus ramis exarescit.*

CRESCIT ET ARET.

Imago Senis tantum Spiritu proficientis, quantum corpore deficit.

* CDXVII. *Eadem Pinus.*

ARESCIT IN IMIS.

Imago cujusdam cui humilitas deerat.

* CDXVIII. *Pinus in hyeme nucem suam servans.*

SERVANT, RIGIDA FRUCTUM.

Mortificationum rigori multiplex fructus inest.

* CDXIX. *Pinus pinguiorem Resinam habens, Berchorio teste, tardius crescit.*

TARDIOR, CUM PINGUIOR.

Immortificatio in viâ Dei ambulantibus, summè noxia est ad profectum.

* CDXX. *Pinea nux cum exsucca est, ex arbore decidit.*

EXSUCCA RECEDIT.

Imago eorum, qui consolationum gustu à Deo privati ab eo per peccata recessere. Parasiti Patronum suum in adversis deserentis imago.

* CDXXI. *Eadem Pinea nux, cum exsucca est, panditur.*

PANDITUR EXSUCCA.

Imago hominis, qui prius intra cellæ parietes devotioni deditus, demum omni pietate exsuccus, publico se conspiciendum præbuit.

CA-

CAPUT XXVII.

PLATANUS.

CDXXII. *Platanus arbor umbrifera.*

SCANDIT IN UMBRAS.

Imago Aſcendentis in cœlum Chriſti, ut in eo advocatum noſtrum apud Patrem agat.

CAPUT XXVIII.

POPULUS.

* CDXXIII. *Populus exterius viridia folia habens, alterâ in parte candida.*

EXTERIUS VIRIDES, CAETERA CANDOR HABET.

Imago innocentis ſub hilari vultu animi.

* CDXXIV. *Populi folia ſemper in motu, & quaſi tremula.*

IN MOTU SEMPER.

Imago populi & vulgi,ad motus ſeditioneſque ſemper proni.

* CDXXV. *Idem.*

SEMPER TREMULI.

Imago juſtorum, in timore & tremore operantium ſalutem ſuam.

CAPUT XXIX.

POMUS. POMA AUREA.

CDXXVI. *Pomo Sodomitico, quod deforis pulchrum intus nil niſi cinis eſt, Burgundia inſcribit.*

PULCHRA DOMUS CINERIS.

Imago pulchritudinis fœmineæ.

CDXXVII. *Margarita Hispaniæ Regina surculo Pomi aurei inscriptum habet.*

NON VULGARI DE STIPITE.

Imago cujusdam ex Regali familiâ orti.

CDXXVIII. *Pomis aureis Hesperidum Carolus Fridericus Juliæ Dux inscribit.*

AUREA VIRTUTIS MERCES SUDORE PARANDA.

Imago non nisi per labores & difficultates parandæ beatitudinis cœlestis.

* CDXXIX. *Poma plurima ab uno corrupta.*

AB UNO CONTAGIUM.

Imago hæresis ab uno hæresiarchâ profectæ.

Imago seductæ ab uno communitatis.

CDXXX. *In Thesibus S. Stanislao Kostkæ dedicatis, pomo à verme exeso inscribitur.*

COGNATO VEXATUR AB HOSTE.

In eundum Sanctum à fratre illusum.

* CDXXXI. *Pomis maturis rubicundis lemma.*

QUÆ MITIA, PULCHRA.

In commendationem mansuetudinis.

* CDXXXII. *Pomum à verme exesum & rubicundum.*

HIC RUBOR A VERME EST.

Imago verecundiæ à conscientiæ verme profluentis.

CDXXXIII. *Idem pomum.*

EXTERIUS RUBENT, INTIMA VERMIS HABET.

In culta fœminarum corpora sub exteriore specie fœdum conscientiæ vermem absconditum habentia.

* CDXXXIV. *Aliquot malis ex arbore detractis reliqua in majorem quantitatem excrescunt.*

AUGETUR MINUENDO MALUM.

Imago eorum parentum, qui in matrimonium elocando filias, easque domi minuendo inde sese aggravant dote dandâ.

* CDXXXV. *Pomo decorticato lemma.*

SINE

SINE CORTICE LANGUET.

Imago virtutis ſine difficultatum aut æmulorum cortice languentis.

CDXXXVI *Pomis aliquot ſimul colligatis Schonhardus inſcripſit.*

GRATIUS EX VINCLIS.

Imago Sancti pro Deo carceres perpeſſi.

Imago itidem Religioſi, in vinclis votorum Religioſorum conſtituti.

CDXXXVII. *P. Engelgrafe recentibus pomis inſcripſit.*

MAJOR EST GRATIA PRIMIS.

Imago B. Virginis pluriumque Virginum in tenellâ ætate ſe Deo præſentantium per ſacra vota.

* CDXXXVIII. *Pomis lemma.*

SPONTE FLUENT MATURA SUA.

Documentum parentibus, ut maturas jam matrimonio filias elocent, ne velint, ut inconſulto id ipſum illæ faciant.

* CDXXXIX. *Pomo aureo lemma.*

SUB AMARO CORTICE MITE.

Imago manſueti ſub auſtero vultu animi.

CDXL. *Pomo aureo lemma.*

OLIM PULCHRIS, NUNC OPTIMIS.

Cœleſtis gloriæ aureum pomum optimis ſolum à Deo deſtinatum eſt.

CDXLI. *Pomo aureo P. Niezporkowits inſcribit.*

PRETIOSA E FRUCTIBUS ARBOR.

Imago B. Virginis Mariæ.

* CDXLII. *Mala aurea.*

NOMINIBUS MOLLIRE LICET MALA.

Politia mundi eſt, peccata aliis nominibus velare, ita Uſura mollitur nomine *Lucri ceſſantis*, & *damni emergentis.* Simoniâ nomine gratitudinis &c.

CAPUT XXX.

QUERCUS.

CDXLIII. *P. Le Moyne immoto quercus trunco, ſpirantes ventos inter inſcripſit.*

RESTITIT, HAUD INFLEXA.

Imago animi inter adverſa inflexi.

Imago itidem inflexi judicis.

CDXLIV. *Deleto Anno 1675. Mareſchalco Turenio, Tormenti bellici globo, in Belgio mors ejus in nummo expreſſa apparuit, in formâ ingentis quercus (ex cujus ramis variæ coronæ dependebant) fulmine ſtratæ, cum lemmate.*

NEC LAURI MILLE TUENTUR.

Mortis neceſſitatem, poſt mille honores & laureas ſic exprimes.

* CDXLV. *Quercui à fulmine ſtratæ lemma.*

MOMENTO STERNITUR.

Imago impiorum contra quos *in momento in ictu oculi* ſententia feretur.

* CDXLVI. *Quercus Jovi ſacra.*

SUM SACRA TONANTI.

Imago Religioſæ, Deoque conſecratæ Virginis.

* CDXLVII. *Quercui lemma.*

MILLENIS FERIES, NON STERNES.

Idea animi inter calamitates infracti.

* CDXLVIII. *Quercus in ſummitate ſuâ primo exareſcens.*

ARENT SUMMA PRIUS.

Exarentibus ſpiritualiter Prælatis, reliquum communitatis corpus brevi ſequitur.

Superborum ante alios deficientium imago.

* CDXLIX. *Quercus arida.*

AN-

ANNI DOMUERE. *Vel,* ARET AB ANNIS.
Imago Miniſtri ſeu Principis, ætate fracti.

* CDL. *Quercus porcos glandibus ſuis paſcentes.*
PASCIMUS IMMUNDOS.

Imago hominis, moroſè obſcœnis cogitationibus delectati.

* CDLI. *Quercus ſub cujus umbrâ porci.*
PROTEGIT OBSCOENOS.

Imago eorum Principum, qui meretricibus protectionem in ſuis ditionibus præſtant.

* CDLII. *Quercus inferius virens, in ſummitatibus arens.*
VIRET ET ARET.

Factum fuit in ſenem Epiſcopum, cui ſub viridi galero arida ſenectus imminebat.

* CDLIII. *Quercui robuſtæ lemma.*
ROBUR AB ANNIS.

Imago prudentiæ, cui ſuum ab annis & rerum uſu robur eſt.

CDLIV. *Eidem tardè creſcenti, & tarde ſeneſcenti lemma.*
SERO NATA, DIU DURANT.

* CDLV. *Quercus lapſu ſuo, alias ſecum proſternens.*
UNIUS LAPSU PLURES.

Scandalum Emblema exprimit, quo unius lapſu pluribus ad peccatum via eſt.

* CDLVI. *Quercus inter ventos immota.*
NON QUOVIS STERNAR.

Imago hominis, non quavis tentatione ſuperandi.

* CDLVII. *Quercus lignum ad faſces, & frondes ad militares coronas præbens, lemma tenebit.*
AD BELLI, ET MUNIA PACIS.

Principem ſeu Miniſtrum, ſago & togâ inclytum, Emblema exhibet.

* CDLVIII. *Quercus terebro perfoſſa probatur, num putreat.*

VULNERE PROBANTUR.

Deus ſuos adverſitatum terebro perforat, ut eorum virtutem & conſtantiam exploret.

CAPUT XXXI.

S A L I X.

CDLIX. *Salici apud Verienum lemma eſt.*

PER VULNERA CRESCIT.

Imago Eccleſiæ calamitatum & perſecutionum vulneribus ſemper proficientis.

* CDLX. *Salices ſibi invicem implicatæ.*

IN VINCLA COIBUNT.

Imago duorum matrimonii vinculo ſeſe illigantium.

CDLXI. *Salici decorticatæ apud P. Engelgravium lemma eſt.*

JAM SE FORMOSIUS IPSO.

S. Bartholomæum excoriatum Emblema exprimit.

* CDLXII. *Salix cum flexilis & infirmior eſt, decorticato cortice pulchrior evadit.*

IN INFIRMITATE PERFICITUR.

Ita virtus.

CDLXIII. *Salici P. Maſenius inſcribit.*

FLOS TOTA DOS.

Ætate florentis nullius autem frugis adoleſcentis, imago.

* CDLXIV. *Salici interius putreſcenti lemma.*

VIRETQUE, PUTRETQUE.

Ejuſdem adoleſcentis, aut formoſæ ac malæ vitæ puellæ imago.

CDLXV. *Salix ſepimentis apta à Paſtorio inſcribitur.*

MELIORIBUS APTA TUENDIS.

Imago Prælati malæ vitæ, & bonæ erga ſubditos diſciplinæ.

* CDLXVI. *Salices etiam ſine radice plantatæ excreſcunt.*

NIL

NIL RADICIS HABENT.

Imago hominis minimè avari, *Omnium enim malorum radix est cupiditas.* 1. *Tim.* 6. *Cap.*

* CDLXVII. *Idem.*

TEMPORA RADICEM DABUNT.

Imago eorum, qui sine firmis in perfectione radicibus consistentes paulatim in eadem firmantur.

* CDLXVII. *Salix præcisa.*

VIRET ADHUC.

Imago Sancti cujusdam, post mortem adhuc incorrupti.

* CDLXIX. *Salices flexiles.*

CENTUM NEXIBUS APTI.

Imago Sanctorum in cœlo, quos amor beatificus centenis nexibus Deo jungit.

* CDLXX. *Salix tenera flectitur.*

DUM FLECTI FACILES.

Documentum regendæ juventutis, dum tenera est.

* CDLXXI. *Salices flecti faciles, dum exarescant.*

AD MORTEM FLEXILIS USQUE.

Imago Christi Domini, *qui humiliavit se factus obediens usque ad mortem.* Phil. 2.

* CDLXXII. *Salici lemma.*

IN VINCULA PRONÆ.

Imago eorum, qui pro Deo carceres libenter passi.

CAPUT XXXII.

TILIA.

* CDLXXIII. *Tiliæ lignum Statuariis aptissimum.*

HINC INCLYTA SURGET IMAGO.

Imago Adolescentis seu Novitii præclaræ exspectationis.

* CDLXXIV. *Eidem lemma.*

MOLLIS ET APTA REGI.

Imago obedientis & ductilis indolis.

* CDLXXV. *Tiliæ lemma.*

EX QUAVIS MERCURIUS.

Imago doctæ cujuſdam Communitatis, & non niſi ſubjecta capacia habentis.

* CDLXXVI. *Tiliæ extremitates rudiores præciſæ.*

ARIS SIC APTOR AB ARTE.

Statum Clericalem Emblema depingit artibus liberalibus excultum.

* CDLXXVII. *Tiliæ ordine pulchro plantatæ.*

ADDIDIT ORDO DECUS.

In commendationem ordinis, cuique rei ſuum decorem adjicientis.

* CDLXXVIII. *Eidem lemma.*

UMBRA DECUSQUE.

Cujuſdam protectio ſic depingitur, quâ & clienti decus & patrocinii umbra eſt.

CAPUT XXXIII.

N U X.

* CDLXXIX. *Nux percuſſa nuces præbet.*

BONA PRO MALIS.

Imago Chriſti in arbore Crucis ſuis Crucifixoribus Sacratiſſimum Sanguinem, pro inflictis plagis rependentis.

* CDLXXX. *Nux nuces ferens percutitur.*

MALA, PRO BONIS.

Imago benefactoris recipientis injurias pro beneficiis.

* CDLXXXI. *Nuci lemma.*

MULTO, SUB CORTICE DULCIS.

Ita S. Scripturæ nucleus, evoluto litterali, morali, allegorico, & anagogico cortice legentibus ſuavis erit.

* CDLXXXII. *Nuci lemma.*

SI FREGERIS EDES.

Difficultatum cortice fracto, fructus ſupererit virtutum, ſcientiarum, &c.

Nuci

CDLXXXIII. *Nuci lemma.*

SAXIS OFFICIOSA PETOR. *Ovid.*

Imago S. Stephani Lapidati.

* CDLXXXIV. *Idem.*

NON ODIUM FACIT HOC.

Ita quod à Deo adversitatum Saxis petamur, in partem divini favoris nobis computandum est.

* CDLXXXV. *Nuci arbori fructu vacuæ lemma.*

NIL QUARE PERCUTIATUR HABET.

Imago hominis indigni, cui calamitates immittantur.

CAPUT XXXIV.

SORBUS.

* CDLXXXVI. *Sorbi fructus recentes insipidi.*

MINOR EST RECENTIS, GRATIA FRUCTUS.

Factum fuit, exprimendo cuidam consiliario admodum juveni, & exiguæ auctoritatis.

* CDLXXXVII. *Sorbus nunquam fructus maturos profert.*

MATURA NEQUAQUAM.

Imago hominis inconsulti, in verbo & opere.

* CDLXXXVIII. *Sorbi fructus ex arbore avulsi, demum maturescunt.*

AVULSI MATURANT.

Imago liberorum, qui à parentibus avulsi, scientiis & virtutibus plus maturant.

* CDLXXXIX. *Eisdem lemma.*

AVULSI PUTRESCENT.

Ita per censuras avulsi à gremio Ecclesiæ, veluti putrida corporis membra, continuo exarescunt & intercidunt.

CA-

CAPUT XXXV.

ULMUS.

* CDXC. *Vitam aridam portans ulmus inſcripta fuit.*
ET ARIDAM PORTO.

Imago ſupportandorum etiam eorum hominum, qui nullius frugis ſunt.

CAPUT XXXVI.

LAURUS.

CDXCI. *Laurus inter fulmina intacta.*
NIL JUS HABUERE NOCENDI.

Imago variorum Sanctorum, ab ignibus intactorum.

Imago etiam caſti inter libidinis flammas animi.

* CDXCII. *Laurus cultro in coronas amputata.*
AUFERAT, DUM CORONET. *Vel*,
FORMANT HÆC DAMNA CORONAS.

Ita paupertatis voluntariæ damnis æternum coronabimur in cœlis.

* CDXCIII. *Coronæ Lauri enſe amputatæ.*
CREVIMUS ENSE.

Laudem militarem emblema innuit.

Multis hoc etiam Regnis proprium eſt, quæ plus vi, quam jure crevere.

* CDXCIV. *Laurus gradatim minores coronas habens.*
GRADATIM MINORES.

Imago hominis in virtutibus & meritis deficientis.

* CDXCV. *Laurus Juvenis.*
JUVENEM NIL FULGURA TERRENT.

Imago

Imago imperterriti inter bellica tormenta Belliducis.
CDXCVI. *Heroes aliquot lauro redimiti, contra quos mortis sceleton fulmina innoxiè emittebat, inscripti fuere.*
VALOR REDDIDIT IMMORTALES.
Virtutis efficaciam depictam habes, quæ suos immortales reddit.
* CDXCVII. *Lauro lemma.*
DEBITA PARNASSO.
Virginalis aureolæ imago. Musæ enim Virgines sunt.
CDXCVIII. *Joannes II. Rex Portugalliæ Lauro hinc inter solem, inde inter Boreales ventos constitutæ inscripsit.*
HAUD HYEME, MINUS ÆSTATE.
Innuere volebat constantem prospera inter & adversa animum suum.
* CDXCIX. *Laurus pullulantes ex se lauros à fulgure protegens.*
PROTEGO, QUOS PARIO.
In protectionem filiis debitam à parentibus.
D. *Lauro folia non nisi moriendo mutanti apud Verienum inscribitur.*
JE NE CHANGE, QUE EN MOURANT.
NON FRONDE CADUCA. *Ovid.*
Imago vani ad extremum usque hominis.
Imago casti itidem ad extremum animi.
* DI. *Laurus in umbrâ cum coronis suis crescens.*
UMBRÆ PEPERERE CORONAS.
Imago eorum Sanctorum, quibus humilitatis umbra æternas in cœlo coronas peperit.
* DII. *Idem.*
TUTA SUB UMBRIS.
Virtus quælibet tuta & constans est, si sub humilitatis umbrâ lateat.
* DIII. *Idem.*
MAJOR AB UMBRIS.
Imago

Imago eorum Sanctorum, quos humilitatis umbræ, majores coram Deo effecere.

DIV. *Lauro apud Verienum inscribitur.*

DOCTOS, FORTESQUE CORONO.

Aureolas Doctorum, & Martyrum in cœlo Emblema exprimit.

* DV. *Laurus cum coronis suis emoriens.*

FINIS DEMUM ILLE CORONIS.

Imago Magnatum, morti subjectorum.

DVI. *Laurus ex cujus defluentibus baccis, juniores lauri surgunt à Chovayno inscripta fuit.*

EX FRUCTIBUS HONOS.

Parentis ex prole honorati imago.

* DVII. *Juniores Lauri sub matris coronis.*

MATRE CORONANTUR.

Religiosis ordinibus hoc inscripserim, qui singularem Ordinis sui Patronam, B. Virginem habent.

* DVIII. *Idem.*

MATRIS SE SUBJICIT UMBRÆ.

In eosdem.

* DIX. *Lauri corona superiores, minores.*

QUÆ MINOR EST, HÆC PROXIMA COELO EST.

In humiles cœlo maximè proximos.

DX. *Laurus contra venena & fulmina valens, apud Chovaynum inscribitur.*

VENENA ET FULMINA CONTRA.

B. V. Mariam expressam habes, quæ contra peccati venenum, hoc est culpam, & fulmina, hoc est pœnas protectrix est.

* DXI. *Corona Laurea olim decernebatur.*

REDUCI TRIUMPHATORI.

Dotes gloriosas Christi in Resurrectione datas, ac judiciariam in cœlo potestatem post Ascensionem REDUCI, Emblema exprimit.

Au-

DXII. *Auctor Coll. Lauro, terram, cui implantatur, à fulmine defendenti inscribit.*

SOLUM NATALE TUETUR.

Imago Belliducis pro Patriâ pugnantis.

Imago etiam Sancti alicujus, Patriæ suæ è cœlo defensoris. S. Brunonem Coloniæ Agnatum, ita domui natali addita inscriptio interpellat, TUERE TUUM BRUNO, NATALE SOLUM.

DXIII. *Apud eundem Actorem Coll. Laurus, in medio plurium Laurorum, inscriptionem habet.*

MAJORES DONEC SUPEREM.

Imago æmuli gloriæ proximorum animi.

Imago itidem animi, aliorum exemplo ad excelsa enitentis.

DXIV. *Laurus quæ fulmine tangitur à Fævilleo inscribitur.*

SPOLIAMUR JURE VETUSTO.

In quendam qui ab amoribus mundanis intactus, demum turpiter in eosdem prolapsus fuit.

* DXV. *Laurus in flammis, fulmine libera.*

TERRESTRIS, ME FLAMMA CREMAT.

Imago impuri hominis, omnis divini amoris expertis.

DXVI. *Lauro apud Fævilleum inscribitur.*

TRIUMPHALI E STIPITE SURGENS.

Excelsam ac multis victoriis ab hoste reportatis inclytam parentelam Emblema exhibet.

* DXVII. *Lauro semper viridi lemma.*

HONOS ET GRATIA VIVAX. *Horat.*

Imago virtutis, quæ omnibus in amore & honore est.

DXVIII. *Lauro cum pluribus coronis, in Thesibus Jur. à RR. DD. Bartholomæitis defensis inscribitur.*

PLURES PARIT UNA CORONAS.

Imago Virginitatis, quæ præter communem beatitudinis coronam, etiam aureolam Virginibus præparat.

CA-

CAPUT XXXVII.

VITIS. UVA. VINUM.

DXIX. *Vino recenti in vase Zinckgrefius inscribit.*

DEFERVERE NECESSE EST.

Relinquendum tempus est primis effervescentis, seu motibus primo primis quo defervescant.

DXX. *Vitis Laurum (quæ virginitatis symbolum est) circumplexa.*

E VIRGINITATE FOECUNDITAS.

In Commendationem Virginitatis.

DXXI. *Vitis ficui circumducta in Nuptiis Aug. Imp. Leopoldi, cum Eleonora Ther. Palatinâ à Collegio Col. Soc. Jesu inscribebatur.*

NIL NISI DULCIA SPONDENT.

Imago Conjugum pietate & indole suâ parem prolem spondentium.

Matrimonium B. Virginis cum Josepho sic etiam exprimes.

* DXXII. *Vino lemma.*

DULCE REFRIGERIUM.

Spiritum S. ita salutat Ecclesia.

* DXXIII. *Fæces ex vino in altum surgentes.*

FOETIDA SURGUNT.

Exemplum ineptorum maxime honores ambientium.

DXXIV. *Vitis amputatis superfluis palmitibus in Imagine primi sæculi inscribitur.*

NIL DABIT INDE MINUS.

Exprimit Emblemate isto, Dimissionem Societati Jesu nil obesse, sed magis inde florere eandem.

* DXXV. *Vinum novum. Vas disrumpens novum.*

DISRUMPIT NOVA.

Dæmonis imago est, qui iniquior est recenter conversis, quam aliis.

Uva

DXXVI. *Uva vitro inclusa, in eadem Imagine inscribitur.*

UT CITO MATURET.

S. Stanislaum Kostkam, in tenerâ ætate Societatem Jesu ingressum Emblema innuit.

* DXXVII. *Viti putatæ lemma.*

GRATA MINUS, NISI LÆSA FORET.

Imago mortificationis Deo nos gratos facientis.

DXXVIII. *Vitis aridam Ulmum circumplexa.*

HUJUS ERAM VIVUS, MORTUUS HUJUS ERO.

Imago amoris per mortem minimè interrupti.

* DXXIX. *Vitis lachrymans fulcro alligata.*

JUNGITUR, ET MOERET.

Imago pœnitentis quem lachrymæ Deo jungunt.

DXXX. *Viti olivam ambienti, apud Verienum lemma est.*

NON BENE CONVENIUNT.

Imago matrimonii inter duos diversæ indolis conjuges.

DXXXI. *Uvæ in bombylio maturæ lemma.*

LATET INGRESSUS.

Incarnationis Mysterii incomprehensibilitatem sic rite exprimes.

* DXXXII. *Vitis fœcunditate suâ exarescens.*

PARERE MAVULT, QUAM VIVERE.

Imago puerperæ proli pariendæ immortuæ.

* DXXXIII. *Viti lemma.*

FODI ET INCIDI.

Ita cum justis Deus.

* DXXXIV. *Uvæ lemma.*

POTUSQUE CIBUSQUE.

Imago SS. Eucharistiæ.

DXXXV. *In nummo quodam Belgico, uva sub torculari vinum fundens inscribitur.*

EST A PRESSURA LARGIOR.

Imago cujusdam, quem adversitas erga pauperes liberalem fecerat.

DXXXVI. *Vino fermentanti Chovaynus inscribit.*

SPIRITUS INTUS ALIT.

Imago hominis Spiritu S. repleti.

DXXXVII. *P. Hesius vitem, sepultam anchoram circumplexam, inscripsit hoc lemmate.*

NEC IN IPSA MORTE RELINQUAM.

Efficaciam spei in ipso etiam mortis articulo inhærentem, Emblema exprimit.

* DXXXVIII. *Viti vinum ad Eucharisticas species producenti lemma.*

ET VITA, ET VIRTUS AB INDE EST.

vel ut P. Masenio placet.

IN VITE VITA.

Imago SS. Eucharistiæ.

* DXXXIX. *Vitis cultori suo vinum præbens.*

CULTORI, OFFICIOSA SUO.

Imago grati erga benefactorem suum animi.

Imago D. Dei amplissimè vel minimum obsequium, sibi impensum remunerantis.

* DXL. *Vino defæcato lemma.*

POSITO FERVORE JUVENTÆ.

Imago moderati viri ex fervido adolescente.

DXLI. *Vitis falce putata uvas ferens.*

FERO QUIA FALCEM FERO.

Fructus bonorum operum, quibus calamitatum falx sæpe causam incrementi præbuit, Emblema depingit.

* DXLII. *Vitis juxta brassicam plantata amara est.*

AVERSOR AMARA.

Imago immortificati.

Imago itidem mansueti animi.

DXLIII. *Vitis palo innixa.*

INNIXA QUIESCIT.

Imago sponsæ *Innixæ super dilectum suum. Cant.* 8.

Au-

DXLIV. *Auctor Peristromatum Reg. Galliæ, viti Pyramidem excelsam amplectenti, eamque transcendenti inscribit.*

CRESCIT IN IMMENSUM.

Vastitatem animi, & potentiæ Regiæ innuebat, quâ maxima quæque transgreditur Rex suus.

DXLV. *Vini liquor nondum defæcatus à P. Hesio inscribitur.*

IMPURUS TUMET, SINCERUS IN ÆQUO EST.

Imago charitatis, cujus proprietas una est: Non inflari: *Charitas non inflatur.* 1. *Cor.* 13.

* DXLVI. *Vino fermentanti lemma.*

INQUIETUM DUM PURUM.

Imago conscientiæ quæ inquieta tam diu erit, donec per sinceram Confessionem depuretur.

DXLVII. *Racemis de vite, Farnesius inscribit.*

PLACANT, HOMINESQUE DEOSQUE.

In vim munerum.

DXLVIII. *In Thesibus B. Stanislao Kostkæ dicatis, uvæ vitro inclusæ lemma est.*

AD NORMAM CRESCERE DOCTA.

In educationem piam ejusdem Sancti.

DXLIX. *Viti lachrymanti, Auct. Coll. inscribit.*

POST LACHRYMAS FRUCTUS. *Vel,* PRO LACHYMIS MOX VINA REFUNDET.

Lachrymas pœnitentiæ, Emblema innuit & divinas consolationes eis succedentes.

DL. *Idem Auctor Coll. viti à frigore adustæ inscribit.*

ARDOREM DUM TIMEO, GELU OFFENDO.

Imago vanorum & inconsultorum metuum humanorum.

* DLI. *Vitis vincula quædam tenuia profert, quibus se contra ventos firmat.*

SUA SE PER VINCULA FIRMAT.

Imago hominis renovatione votorum suorum magis, magisque se Deo firmantis.

DLII. *Vitis populo arbori innixa, puellæ se vulgo prostituentis insigne, inscripta fuit.*

NULLA MAGIS ARBORE GAUDET.

Imago meretricis populo seu vulgo se prostituentis.

DLIII. *P. Lyræus in fronte Operis sui de Christo patiente uvæ inscribit.*

UVAQUE LIVOREM, CONSPECTA DUCIT AB UVA.

Animæ Christo patienti compassæ ea imago est.

DLIV. *Viti Fevillæus inscribit.*

MAGIS DULCIA, QUAM SUBLIMIA.

In Concionatorem qui magis moralia, & hominum captu accommodata quam subtilia & Theologica tractabat.

DLV. *Vitis arida à palo adhuc sustentata.*

ET ARIDA SUSTINEOR.

Imago peccatoris sub tutela sui Custodis Angeli, adhuc existentis.

* DLVI. *Vitis palmites terræ impositi virescentes.*

SEPULTA VIRESCAM.

Imago sepultorum corporum nostrorum, quæ in extremo judicio in gloriam sempiternam revirescent.

* DLVII. *Vitis cultro putata.*

INDE CRESCO, UNDE CRUCIOR.

Vim Mortificationis quæ unum ad perfectionem medium est Emblema exprimit.

* DLVIII. *Viti gemmanti lemma.*

PROTRUDIT GEMMAS.

Imago Contemptoris divitiarum.

* DLIX. *Vitis lachrymis vicinæ sibi vitis rigata.*

HIS CRESCO RIGATA.

Imago S. Augustini lachrymis & orationibus maternis conversi.

D. Joan-

DLX. *D. Joannes Zahn, viti cultorem suum primum Noëmum inebrianti inscripsit.*

CULTORI PERNICIOSA SUO. *Vel,* NOXIA CULTORI.

Imago Dæmonis in suos cultores sævi.

* DLXI. *Uva maturans in vitro.*

DE CARCERE PULCHRIOR EXIT.

Imago hominis innocentis, cum gloriâ è carceribus educti. Item animarum purgatorio expiatarum.

DLXII. *Vitis palo suo alligata.*

VINCIOR UT JUNGAR.

Imago Religiosi vinculis Religiosorum votorum se innodantis, ut Christo arctius jungatur.

DLXIII. *Apud P. Pexenfelder, uvæ terræ promissionis inscribitur.*

DULCE PERICULUM.

Pericula Missionariorum in hæreticorum terris Emblema exprimit, dum cum periculo fructum suavissimum animarum conversionem habent.

DLXIV. *Viti palo alligatæ lemma.*

VINCTA QUIESCAM.

Imago inquietæ animæ nostræ, dum Deo amore beatifico in cœlis juncta demum conquiescat.

* DLXV. *Racemo vitis cui absconditus anguis implicatur inscribes.*

LATET ANGUIS IN HERBA.

Damna vini & ebrietatis sic exprimes. *Blandè ingreditur, & novissimè mordebit ut coluber. Prov. 23.*

CAPUT XXXVIII.

SYLVA.

* DLXVI. *Sylva virens ac florens, demum igni deputatur.*

POST FLORIDA FLAMMÆ.

Gaudiorum mundanorum flori, æternæ damnationis flamma ſuccedit.

* DLXVII. *Sylva latrones condens.*

SERVO LATRONES.

Imago perverſæ Societatis.

* DLXVIII. *Sylvæ arbores adverſis ventis ſtrepentes.*

MURMUR AB ADVERSIS.

Imago impatientis inter adverſa murmuratoris.

* DLXIX. *Sylva vento commota, ſtrepitu quodam plaudens.*

A SPIRITU PLAUSUS.

Imago animæ dono S. Spiritus, lætatæ in Domino Deo ſuo.

* DLXX. *In Sylvis cæduis, arbores rectæ & fabricis aptæ, ſtigmate inuruntur ut ſerventur.*

QUIA RECTÆ URUNTUR.

Quia acceptus eras Deo (inquit Tobiæ Angelus) *neceſſe erat ut tentatio probaret te. Tob. 12. Cap.*

DLXXI. *In iiſdem ſylvis cæduis, arbores juvenes rectæ ſervantur ad fabricas in longævam ætatem.*

SERVANTUR RECTÆ. *Vel,*

QUIA RECTÆ, LONGÆVÆ.

Juſtos longiore hoc in orbe vitâ ſæpe remuneratur Deus.

* DLXXII. *Sylvæ lemma.*

INTUS FERÆ.

Imago hominis malis affectibus pleni.

* DLXXIII. *Sylva ventis commota, jucundos ſtrepitus edit.*

COMMOTA DISERTA EST.

Calamitatis ad orationem nos adducentis, imago.

Spiritus Sancti, Concionatoribus facundiam inſpirantis, imago.

* DLXXIV. *Sylva ſucciſa repullulans.*

SUCCISA RESURGO.

Imago

Imago malorum affectuum nostrorum, mortificationis cultro succisorum, semper repullulantium.

* DLXXV. *Sylva cædua in quâ plures arbores signatæ.*

MILLIA SIGNATI.

Imago electorum de quibus *Apoc. Cap.* 7.

* DLXXVI. *Sylvæ arboribus suis, fungos adjunctos habens.*

JUNGIT SUA ROBORA FUNGIS.

In qualibet Communitate videas inutiles fungos, bonis intermixtos.

* DLXXVII. *Sylva cædua domino suo solis lignis fructificans.*

FRUCTUS MEI, FRONDES.

Imago cujusdam apud quem omnia in exteriori apparentiâ consistebant.

* DLXXVIII. *Sylvæ lemma.*

VIRESCUNT OMNIA CIRCUM.

Imago florentis Religionis Regni, &c.

* DLXXIX. *Sylvæ lemma.*

NESCIA CULTURÆ.

Imago mundani hominis qui nec aratro pœnitentiæ scinditur, nec semina doctrinæ aut gratiæ recipit, unde nec fructus operum vitæ æternæ meritorios producit.

* DLXXX. *Sylva deviis plena.*

FALLIT EUNTES.

Imago Seductoris Mundi, Carnis & Dæmonis.

* DLXXXI. *Sylva ob umbram delectationi, ob latrones horrori est.*

DELECTAT ET ANGIT.

Imago voluptatum mundanarum, quæ delectationibus suis conscientiæ remorsus adjunctos habent.

* DLXXXII. *Sylva laqueos feris structos servans.*

OCCULTAT LAQUEOS.

Ita mundus & dæmon seductor.

CAPUT XXXIX.

SURCULUS INOCULATUS.

* DLXXXIII. *Surculi plures alligati, incisi, constricti, &c.*

MULTÆ TRIBULATIONES JUSTORUM.

* DLXXXIV. *Surculus adultiori arbori alligatus.*

JAM PLENIS NUBILIS ANNIS.

Imago puellæ nuptiis agni maturæ.

* DLXXXV. *Cultro rami collaterales surculi abscissi.*

SUFFICIT UNUS.

Documentum præscindendorum, à se superfluorum amicorum fideli uno servato.

DLXXXVI. *Surculis aliquot lemma.*

EXCOLIMUR TENERI. *Ovid.*

Imago juventutis cum tenera est excolendæ.

DLXXXVII. *Surculus ex frugiferâ arbore, studiosè quæsitus.*

ELECTA DIGNO STIPITE.

Imago B. Virginis cui S. Josephus sponsus præelectus ex millibus est.

DLXXXVIII. *Verienus surculo inoculato inscriptum habet.*

VIVITUR INGENIO.

DLXXXIX. *Idem surculo tenero inscribit.*

POSTERITATI.

Imago adoptati in solatium posteritatis & familiæ.

* DXC. *Surculus in principio nimium luxurians, ex post arescit.*

PROPERE, NON PROSPERE.

In noxiam festinationem.

DXCI. *Surculi inoculati.*

CONSORTES EFFICIMUR.

In

In vim gratiæ Sanctificantis quâ insiti Deo, consortes efficimur ejusdem.

* DXCII. *Surculis aliquot lemma.*

MULTUM REFERT, QUO STIPITE SUMAS.

In delectum in seligendâ sibi conjuge habendum.

DXCIII. *Surculo inoculato Verienus inscribit.*

FRUCTUM, IN TEMPORE.

Imago opportuni donatoris.

Imago meriti correspondentis bonis operibus, dandi suo tempore in cœlis.

DXCIV. *Surculo arbori inoculato inscriptum legi.*

LEVAVIT ME, SUPER SE.

Honori S. Annæ Genitricis Matris Dei, factum fuit.

DXCV. *Surculo lemma.*

ARBOS ERO. *Vel,*

VENIET ROBUSTIOR ÆTAS.

Imago vegeti adolescentis.

DXCVI. *Surculis P. Masenius inscribit.*

SI VISUM EST SUPERIS.

Profectum omnem è cœlo esse, innuit Emblema.

* DXCVII. *Surculo lemma.*

CUM TRADUCE VIRTUS.

Affectus nostri ubique individui Comites.

* DXCVIII. *Surculo lemma.*

IN VIRIDI COALESCIT.

Opera meritoria tum demum sunt, cum in statu gratiæ fiunt.

* DXCIX. *Surculus fero stipiti implantatus, bonos fructus ferens.*

EXUITUR FERITAS.

Animorum feritas bonorum conjunctione exuitur.

Imago variorum Sanctorum uxoribus conversorum.

* DC. *Surculo ex bonâ arbore assumpto lemma.*

BONUS A BONO.

Imago filii paternarum virtutum hæredis.

* DCI. *Surculus malorum inoculatus.*

INSITA MALA.

Imago naturæ post lapsum corruptæ, insitum malorum fomitem habentis.

* DCII. *Surculus palo alligatus.*

NE COMMOVEAR.

Imago cujusdam, qui se certæ vivendi normæ & regulæ affixerat.

DCIII. *Arbori cui post inoculatum surculum, sylvestres ramusculi amputati ne surculo noceant à Meisnero inscribitur.*

BONIS NOCET, QUI MALIS PARCIT.

Meminerint judices istius, dum malefactores innoxios dimittunt.

DCIV. *Quando Rex Carolus II. à Rebellibus Angliæ subditis profugus in arbore delituerat, expressurus hoc quidam arbore ex inoculato sibi surculo poma ferenti inscripsit.*

MIRATURQUE NOVAS FRONDES, ET NON SUA POMA.

Poterit sic etiam peccator conversionem suam exprimere.

DCV. *Teneris aliquot surculis lemma.*

PARCENDUM EST TENERIS.

In animos neophytorum cautè tractandos.

DCVI. *Surculo lemma.*

DUM MOLLIOR INSTA.

Imago formandæ juventutis dum tenera est.

DCVII. *Spino, fragro Persici insito, Farnesius inscribit.*

FERTILIS EX STERILI.

Peccatoris conversi imago, occasione bonæ Societatis.

DCVIII. *Surculo lemma.*

SINE SEMINE GERMEN.

Imago Christi Domini, sine paterno germine incarnati.

Ar-

* DCIX. *Arbor alieno ſurculo inoculata.*
PEREGRINIS CONSPICIENDA COMIS.
Imago hominis ficto capillitio ſuperbi.
* DCX. *Surculo & arbori, cui inoculatur, lemma.*
INCREMENTO INVICEM.
Emolumenta bonæ ſocietatis Emblema repræſentat.
* DCXI. *Eiſdem lemma.*
PER VULNERA CRESCET UTERQUE.
Ita corpus per morborum, anima per calamitatum vulnera à Deo incuſſa mirum proficit.
* DCXII. *Arbor ſurculo inoculata.*
ALIENO PULCHRIOR.
Imago S. Joſephi, alienâ prole ſcilicet Chriſto magis glorioſi.

CAPUT XL.

RAMUS.

DCXIII. *Ramus mediâ ſui parte vaſi terrâ pleno inſitus, actis jam in terrâ radicibus præciſus, apud Catzium inſcribitur.*
ALTERIUS NON SIT, QUI SUUS ESSE POTEST.
Libertatis Commendationem expreſſam habes.
* DCXIV. *Ramis flexilibus lemma.*
FLECTENTI FACILES *Vel*, FLECTITUR OBSEQUIO.
Imago obedientis & obſequentis animi.
Exemplum animorum manſuetudine lucrandorum.
* DCXV. *Rami trunco arboris inhærentes à vento commoti.*
IN QUO VIVIMUS, MOVEMUR ET SUMUS.
Imago humanæ à Deo dependentiæ.
* DCXVI. *Ramo lemma.*

PRÆ-

PRÆCISUS ARESCET.

Imago Excommunicati.

* DCXVII. *Ramus ex parte aridus, suam compartem exarescere facit.*

NOXAM NOXA PARIT.

Unum peccatum sæpe aliorum pœna est.

* DCXVIII. *Rami ad solennitates præcisi.*

SOLENNITATI.

Factum fuit in Concionatorem festivalem.

* DCXIX. *Rami præcisi ut altius arbor excrescat.*

NOSTRA STRAGE MAJOR.

In laudem hoc cedit eorum militum, & Belliducum qui novissimis bellis Turcicis cæs· strage suâ, Christiani orbis & Austriacæ Domus res auxêre.

* DCXX. *Ramus arboris præcisæ exarescens.*

MATRIS STRAGE PERIT.

Imago filiæ cujusdam, quæ post mortem maternam sui juris facta, turpibus amoribus se dederat.

CAPUT XLI.

SPINA.

* DCXXI. *Spina cum tenera est, minimè pungens.*

PRIMO TEMPORE INERMIS ERAT. *Vel*, DUM TENER EST PARCIT.

Imago Christi in Nativitate suâ, ligatis manibus quasi inermis. Uti & Prælati initio Prælaturæ suæ mansueti.

* DCXXII. *Spina è carne extracta dolorem causat.*

DOLOR AB EXTRACTA.

In Mortem cujusdam SPINOLÆ factum fuit.

DCXXIII. *Spinis Camerarius manum appinxit, cum lemmate.*

SUSTINE VEL ABSTINE.

Ita

Ita qui voluptatum rosas carpunt, stimulos & remorsus Conscientiæ sustinere coguntur.

* DCXXIV. *Spinæ lemma.*

NESCIT MANSUESCERE.

Imago ferocis animi.

* DCXXV. *Eisdem lemma.*

TANTUMMODO LÆDERE NATÆ.

Imago injurii in proximos animi.

* DCXXVI. *Spinæ in sylvis ordinariè natæ.*

SYLVA PARENS GENUIT.

Imago hominis incultâ parentelâ orti.

* DCXXVII. *Spina rigens.*

RIGET AB ANNIS.

Imago intractabilis senii.

DCXXVIII. *Spina quo adultior est, eo plus pungit unde lemma à Chovayno habet.*

MAJOR ÆTATE, ET INIQUITATE.

Adulti peccatoris seu Tyranni imago.

* DCXXIX. *Eisdem lemma.*

SPONTE SUA VENIUNT.

Imago passionum seu malorum affectuum, ultroneè in nobis subnascentium.

* DCXXX. *Spinæ lemma.*

IN PROMPTU SEMPER ACUMEN HABET.

Imago excellentis cujusdam ingenii, quale fuit Patris Vasquez, qui *Doctor acutus* audit.

* DCXXXI. *Spinæ lemma.*

ACUMINE PUNGIT.

Imago mordacis Satyrici.

* DCXXXII. *Eisdem lemma.*

OMNIS MIHI VITA SUB ARMIS.

Imago humanæ vitæ, quæ est militia super terram:

* DCXXXIII. *Spinæ teneras herbas & frumenta suffocantes.*

SUF-

SUFFOCANT PARVULOS.

Imago Seductoris teneræ juventutis.

Imago ſcandali, quod ordinarie eſt puſillorum.

* DCXXXIV. *Spinæ lemma.*

NOLI ME TANGERE.

In Prædeſtinationis ſpinam intellectui humano caute tractandam. Impatientis quoque idea.

* DCXXXV. *Spina volentes ſolum pungens.*

NON NISI VOLENTES.

Ita ſolum eos lædere valet Dæmon, qui ſeſe voluntate propriâ ejus crudelitati exponunt.

* DCXXXVI. *Spinæ florenti lemma.*

OCCULTAT STIMULOS, NON FLORES.

Ita Mundus, Caro, & dæmon occultatis voluptatum remorſibus earum delicias palam oſtentat.

* DCXXXVII. *Eidem lemma.*

FLORE LATENT STIMULI.

Juventutis flos carnis ſtimulis vel maximè obnoxius eſt.

* DCXXXVIII. *Eidem ſpinæ aridæ lemma.*

ET ARIDA PUNGIT.

Imago Senis calumniatoris. Imago ſtimuli carnis aridam ſenectutem comitantis.

CAPUT XLII.

RUBUS.

* DCXXXIX. *Rubo Ramuſculos ſuos ad terram dimittenti Zinckgrefius inſcribit.*

TANTUS AMOR TERRÆ.

Imago hominis terrenis rebus affixi.

* DCXL. *Rubo ardenti Moyſis lemma.*

ALLICIT, ET TERRET.

Mortificationis carnem terrentis, Spiritum allicientis imago.

Rubo

DCXLI. *Rubo eidem lemma.*

INTER SPINAS SECURUS, INTER IGNES INTACTUS.

Imago Caſti aulici inter frequentes rerum obſcœnarum occaſiones.

* DCXLII. *Eidem rubo ardenti lemma.*

TERRET, ET ILLUSTRAT.

Imago diſciplinæ, quâ, etſi multum compeſcantur, multum etiam animi illuſtrantur.

CAPUT XLIII.

LIGNUM. BACULUS. VIRGA.

DCXLIII. *Scipioni alis inſtructo in Theſibus S. Staniſlao dedicatis inſcribitur.*

AMOR ADDIDIT.

In promptam ejuſdem Sancti obedientiam, quâ Romam pedes proficiſcebatur.

* DCXLIV. *Scipioni lemma.*

ELEVAT OMNES, QUI CORRUUNT.

Imago Sacramenti Pœnitentiæ.

DCXLV. *Scipio perâ inſtructus in Imagine Primi ſæculi inſcribitur.*

HOC SAT OPUM.

In Paupertatem Societatis ejuſdem.

DCXLVI. *Baculus ſeu Pedum Paſtorale, quo & oves ducuntur, & contra lupum defenduntur, apud Auct. Periſtromatum Regis Galliæ inſcribitur.*

ET REGIT, ET SERVAT.

Exprimere volebat, unam Regis ſui curam eſſe, ſuis ſubditis bene præeſſe, eoſque contra quoſcunque protegere.

DCXLVII. *Ligno quod duobus cylindris impositum, facile movetur Bruckius inscribit.*

TRAHOR, VOLENSQUE SEQUOR.

In vim amoris qui omnia facilitat.

DCXLVIII. *Lignum Cylindricum, impositis sibi aliis lignis ad motum facile.*

SUB PANDERE LEVE.

Imago cujusdam qui sub gravi dignitatum mole, facilis omnibus erat.

FINIS

PARTIS PRIMÆ.

[illegible]

a

+h